BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
13 C
30
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DE PAENITENTIA VIRTVTE

TRACTATVS AMPLISSIMVS.

IN QVO OMNIA AD PAENITENTIAM Virtutem ſpectantia, quæque eidem quouis modo conſideratæ accidunt, diligentiſſime pertractantur.

AVCTORE

FRATRE HIERONYMO ONVPHRIO ROMANO,

Ex Congregatione Faſſulana S. Hieronymi, Theologo Collegiato, & in Celeberrimo Archigymnaſio Bononiæ ſacrarum litterarum Profeſſore, ac Sanctiſſimæ Inquiſitionis ibidem Conſultore.

OPVS NON SOLVM THEOLOGIS, SED ET RELIQVIS omnibus pijs, ac ſtudioſis Confeſſarijs multum vtilitatis allaturum.

CVM INDICIBVS DISPVTATIONVM, QVAESTIONVM & Dubiorum, Locorum Sacræ Scripturæ, & Iuris Canonici, Rerum memorabilium, & Auctorum.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



VENETIIS, M DC XVI.

Apud Ioannem Guerilium.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMIS
Ampliſsimæ Vrbis Bononiæ
SENATORIBVS.

Frater Hieronymus Onuphrius Romanus F. P. O.

EA eſt ſtudioſorum Architectorũ mens, Patres Conſcripti, is animus, vt cum fabrica, aut ædificium aliquod illuſtre, atque inſigne ſibi deſignandum, ac fabricandum ſit, id ſibi tamquam certum quid ante oculos proponant, vt quæ admirabiliora, illuſtriora, ac locupletiora ſint, vel in ipſa ædificij fronte, ac facie ponant; neq; id ſine maximo conſilio; ſic enim fit, vt qui fabricam conſpiciant, eiuſdem extrinſeca quadam pulchritudine, pompa, ac varietate allecti ſic acquieſcant, vt ne quid præterea ſibi quærendum iudicent; etſi quid vitij tum demum in ipſa ſit, celetur, occultetur, cohoneſtetur. Hoc ipſum Illuſtriſ. Senatores, vel ipſo initio faciendũ duxi, cũ hanc fabricam huius mei Opuſculi, quod de Pęnitentia Virtute dicitur, conſtruẽdam excogitaui, vt ſcilicet, confecto opere, veſtra pręſentia, veſtro nomine, veſtra dignitate ac ſplendore decorarem, atque exornarem; vt ſic, qui ipſum inſpicerent ac contempla-

Digitized by Google

rentur, vel ipſo veſtri nominis ſplẽdore illuſtrati, ita acquieſcerent, vt ſibi non plus vltra inſpiciendum arbitrarentur; & tandem quidquid imperfecti in ipſo eſſet, veſtra dignitate, ac nobilitate cohoneſtaretur. Sapientiſſime hoc à me factum eſſe, vel ipſa quotidiana experientia doceor: quibus enim ego hos meos labores, has meas vigilias, hos meos partus, aut fęlicius dicare, aut prudentius conſecrare potuerim? quam ijs, quorum munificentia, quorum liberalitate in diem viuo? An me lateat, quanti fuerit veſtri in me grati animi promptitudo, quanta liberalis animi arrha? vt vix cum vobis quinque abhinc annis primos meos labores conſecraſſem, maiori quadam animi propenſione me ita exornaueritis, ac decoraueritis, vt inter cęteros ſapientiſſimos huius celeberrimi veſtri Archigymnaſij publicos lectores me annumerare, & adſcribere volueritis, ac decreueritis. Fuit id veſtræ benignitatis argumentum, fuit veſtræ humanitatis partus. An me lateat, quantus ſit ſplendor huius veſtræ Senatoriæ dignitatis? quantus ſit huius cæteræ Bononienſis nobilitatis liberalis animus? Iam toto orbe terrarũ decantatur vna Ciuitas Bononia, decantantur optimorum Patrum Circumſcriptorum pietas, ac maxima Religio, decantatur ſingulare veſtrum in bonos Ciues ſtudium. Quid? nunquam eſſet finis dicendi, cum nunquam deſit copia laudandi; loquuntur antiquiora veſtra præclara facta, loquuntur antiquiſſimæ hiſtoriæ. Iam extant in hac veſtra Ciuitate optimi Ciues; fortiſſimi Equites, præclariſſimi Comites, ac Marchiones, tum demum Duces ſtrenui. Vbique dicuntur laudes Ciuium Bononienſium celeberrimæ, vbique ad Cęlum volat illud ſatis vulgatum, ſed præclariſsimum dictum, BONONIA DOCET. Docet, inquam, mo-

res,

Digitized by Google

res, docet liberalitatem , docet diſciplinas, docet arma. Quid tandem?

Hæc ſunt, Nobiliſsimi Viri, quæ fuerunt in animis, cum vobis, quale quale illud ſit, Opuſculum hoc dicauerim, vt quod in ipſo deſiderari poſsit, veſtra magnificentia, ac ſplendore celetur, atque cohoneſtetur. Vt mihi certum ſuadeam, Vos Optimos Patres, ac Parentes huius mei Opuſculi futuros, & tandem me (quæ veſtra humanitas erit) fidiſsimum ſeruum habituros. Valete.

Dat. Bononiæ in Cœnobio noſtro S. Mariæ Gratiarum, die 26. Aprilis 1616.

AD BENIGNOS LECTORES.

EN alterum opuſculum, quod iam promiſeram, humaniſſimi Lectores; In Priori actum eſt de ſacro ſigillo: In hoc agitur de Pœnitentia Virtute. Quis autem meus fuerit animus, quæ mens in priore iam edito libello explicui. Igitur illud vnum reſtat, vt vos moneam, me in hoc opere fabricando, ac perficiendo plurimum inſudaſſe, vt tandem aliquam vobis afferrem & commoditatem, & animi oblectationem: vobis, inquam, qui benigno ac pacato animo hoc opus, quodcumque illud ſit, ſitis perlecturi; quod ſi me hoc aſſequutum cognouero, maximum quid feciſſe iudicabo; nam cum res de qua hic agitur, difficilior ſit, & quæ ingenia vel perſpicaciſſima extorſerit, certe ſin minus res ex mente euenerit, aliqua apud vos dignus habebor excuſatione: Illud tamen vt certiſſimum fateor, maximum adfuiſſe laborem, maximam vobis inſeruiendi adfuiſſe voluntatem; vt hoc vnum præcipue à Deo omnium datore exoptarim. Hæc eo dicta volo; ne, cum librum hunc perlegeritis, illum vobis faciatis animum, quem ſibi, vt relatum eſt, & inuidum, & tumulentum fecit neſcio quis. Ignoro, an terræ filius? Iactat quidem ſe ille nobilem Venetum eſſe, Venetijs natum, atque educatum; ſed verum fatear, nihil minus credo. Certe alia mens eſt Venetis, alij mores, alia ſanctitas. Dicitur hic quiſque ille ſit, dicam breuioribus, oblatraſſe in noſtrum iam editum libellum, vt dixerit, fuiſſe potius quamdam bre-

Digitized by Google

uiorem enarrationem de B.Virgine. Vtinam id ita eſset. Vtinam verum dixerit, quid enim aut vtilius, aut nobilius à me conſcribi potuiſſet, quam de tanta Virgine? qua vel minima maxima, vel mortalia immortalia iudicantur, redduntur, conſecrantur? Quare vel inuitus iſte homo ſuo ſe gladio iugulauit; ac cum me carpere voluit, nolens, vel me maxime laudauerit, ſed malo laudari à laudato viro. Abeat igitur iſte in bonam rem. Igitur quod maxime exopto illud eſt, vt quo animo vobis hunc, quiſquis ille ſit, librum perlegendum tradiderim, eo à vobis, & accipiatur, & perlegatur; & ſi quid minus in eo ex dignitate pertractatum, ac diſputatum fuerit, id in memoriam reducatis, Me tandem hominem eſſe. Valete.

Digitized by Google

REVER.^MO PATRI GENERALI MAGIST. STEPHANO PENOLACIO

ac cæteris Sac. Congr. Feſſulanæ Prælatis.

S. D. M.

POenitentiam Virtutem diuinitus nobis datam ag-
greſſus ſum, Reuerendiſſime Pater, cæterique viri
Præſtantiſſimi, ac Religioſiſſimi, in hoc libello ex-
plicare; cuius tanta eſt excellentia, tantaque præ-
ſtantia, vt hominem ſanctum faciat, fęliciorem red
dat, beatiſſimumque conſtituat; cuius Sacramen-
tum adeo humanum captum, mentemque tranſcendit, vt vix, aut
ne vix quidem ab homine, niſi diuino fauore illuſtrato, aut perci-
Ezech. 6 pi, aut explicari poſſit; & *niſi Dominus dederit cor nouum & ſpiritum*
nouum, nullo modo haberi poſſit: hæc enim eſt Virtus illa, *qua fit*
Pſal 50 *Deo ſacrificium ſpiritus contribulatus*: hæc, *quæ ſecundum Deum opera-*
Paul. 2. Cor. 7. *tur pænitentiam in ſalutem ſtabilem*: hæc, *qua anima triſtis reddit Deo*
Baruc 2. *gloriam*; hæc denique, quam cæleſtem, ac ſupernaturalem affir-
In pſ. 37 mant Sancti: An non cæleſtis dicenda ſit, cum ipſa, ex Ambroſio,
Tertull lib. de pænit. *ſoluatur precium pro redemptione peccati?* An non cęleſtis, cum illa
Deus ipſe mitigetur? quam facit Baſilius *pharmacum peccatorum*; Hie
In ſerm. de pænit. ronymus *purgamentum macularumque ablutionem*; Auguſtinus deni-
In Epitaphio Fabiolæ. que *vindictam, qua peccata puniuntur*: vt merito dixerit Sanctiſſimus
Propheta. *Si impius egerit Pænitentiam ab omnibus iniquitatibus ſuis,*
Lib 5. cōtra Iulian. c. 3 *omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor*. De Cœlo
venit hæc Virtus, vt propterea dicatur poſtulaſſe *Cor nouum, ſpiri-*
Ezech. 6. *tum nouum*; quo poſſit aut ex dignitate explicari, aut vt fas eſt com
mendari; tanta enim eſt ipſius in orbe condito præſtantia, tanta
vtilitas, tantum commodum, vt hac vna habita, reliqua habean-
tur ad ſalutem neceſſaria neceſſe ſit; qua vero deficiente, nihil prę-
terea firmum, nihil ſanctum, nihil quod meritorie Deo placeat
cenſendum ſit; Vt mirandum non ſit, ſi hac vna ex cauſa anti-
quiores hæretici illam funditus euertere conati ſint: omitto mo-
derniores, eaſque flagitioſiſſimas hæreſes, ac poſt hominum memo
riam pernicioſiſſimas, quæ hanc ſingularem Virtutem Pœniten-

tiam

Digitized by Google

tiam de medio tollunt; peſſimum hominum genus: hi *ſunt nouiſſimi dies, in quibus Diabolus venit habens iram magnam, ſciens quia modicum tempus habet*. At vt peſſima hæreſis, ita peſſimos habet auctores. Deus immortalis qualès? Religioſos Apoſtatas, excucullatos monachos, ſacrilegos ſacerdotes, perditorum hominum agmina, deſperatorum gregem ac fęcem; Homines loquentiæ multum, parum eloquentiæ; ſcientiæ modicum, cōſcientiæ nihil: Sed *non dormitat* neque *dormit cuſtos Iſrael*, qui tot viros Illuſtres ex omni natione, Italos, Hiſpanos, Gallos, Germanos excitauit, q̃ hāc Eccleſiā ſic ſtrenue defenderūt, vt hoſtib. omnino deuictis, *glorioſa ſemper exultet*. Vtinā is eſsē, qui in hac Dei Eccleſia militante pro ipſa pugnarim: Vtinam in hac Petra aliquid firmi, ſtabiliſq; ediderim. Vtinam, vt bonus ac diligens cultor, aliquem ex hac vinea dignum fructum retulerim, vtinam tandem, vt prudens Villicus quinque data talenta retulerim locupletiora. Fuit quidem ſemper is animus, fuit bona voluntas, fuit maximum hoc ſtudium; vt tandem his meis vigilijs, ac laboribus id aſſequi poſſem; vt tanquā ſtrenuus miles contra tot malorum hominum phalangē pugnarē, vt in hoc ſpirituali ædificio ſic elaborarem, vt tanquam anxius ac fidus huius ædificij cultor haberer; vt hanc Domini vineam ſic excolerem, vt aliquem inde fructum referrem; & tandem, vt in hoc Talentorum negocio alia quinque ſuperadderem, vt tum demum ſupra multa a Domino conſtitui mererer: Neque vero hæc mihi euentura diffido; is enim eſt, *qui regit populum ſuum Iſrael, qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, qui dat niuem ſicut lanam*, vt fidelis & iuſtus reddat cuique quod ſuum eſt, *det omnibus inuocantibus eum omnia affluenter, diſpergat omnia pauperibus*. Quare vnum reſtat, quod ſi ex benignitate veſtra addatur, nihil præterea addi poſſe cenſendum ſit; Vt hoc opus, quodcumque illud ſit, vt partus boni animi, ſtudioſi viri bonus animus, grata mente, hilari fronte a vobis omnibus recipiatur: neque vero me latet, Reuerendiſſime Pater, quanta ſit tua in ſtudioſos animos ſingularis propenſio, perinexplicabile ſtudium. Iam noui & te tenera tua ætate in grauioribus hiſce ſtudijs verſatum, in quibus tamen, quantum profeceris, vel ipſæ ſcholaſticæ a te habitæ diſputationes, vel annuæ Sacræ conciones, vel ipſa Patauina ſtudia, in quib. Theologus Collegiatus extiſtis,

Marginal notes: Apo. 12 · Pſ. 147. · Pſ. 111.

iſtis,ſatis aperte teſtantur; vt mihi facile perſuadeam,non difficile futurum, a te vt id obtineam. Amas Religionem, amas Religionis amatores, amas Pietatem, amas bonas artes, amas ſtudiorum ſectatores, amas Verbi Dei ſeminatores,amabis tum demum Sacræ Theologiæ modernos ſcriptores. Hinc crediderim, vt omnia tibi fęliciter eueniant,vt res tuas ſecundet Deus, amicitijs,honoribus, obſequijs, alijs omnibus permultis,quotidie magis,magiſque excreſcas. Filij tui te diligant, maiores natu te obſeruent, cæterique te continuis apud Deum precibus,votiſque proſequantur: *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum ſint in circuitu menſæ tuæ,& videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſrael. Ecce ſic benedicitur homo, qui timet Dominum.* Tu nempe res illius curas, ipſe tuas; tu Regnum illius auges,ille tuum; Tu hanc familiam noſtram ipſe tueris, ipſe tibi hanc prouinciam;tu populum hunc Hieronymianum illi fidelem præbes, ille tibi obſequentem. Tu vis illum amari & coli à ſuis,ille te a tuis. In qua denique menſura fidelis ſeruus ipſi metiris, ille prius tibi remetitur Dominus. Hæc ſunt præcipua, Reuerendiſſime Pater, cæterique omnes, quæ me promouerunt,vt vobis hoc opus commendarem ex animis. Vos mihi,meiſque incæptis fauere pergatis, fauebitis vero,ſi more veſtro fouebitis;quod ſi hoc dabitis, id polliceor, me ex corde dicturum,ac decantaturū.

Pſ.127

Exaudiat vos Dominus in die tribulationis, protegat vos nomen Dei Iacob. Mittat vobis auxilium de Sancto: & de Sion tueatur vos, tribuat vobis ſecundum cor veſtrum, & omne conſilium veſtrum confirmet.

Pſal.19

Valete.

MA

MAGISTER MARIVS MARTINENGVS BRIXIENSIS.

Ad Librum.

Cornua Nympharum, vt perhibent, Acheloia quondam
Impleuit vario ruris honore chorus.
Cornu hoc, hic liber eſt; Rarum hic natura coegit
Quidquid Olympus habet, quod humus ipſa refert.
Illic veris opes, ſunt hic virtutis honores:
Tempus at illud edit, tempus at iſtud alit.

ALIVD EIVSDEM.

INſolitum ſolitus ſenſit ſol ſurgere ſolem,
Atque ſolo ſolitas ſuſtulit ille faces,
Triſtia mox alto ducens ſuſpiria corde,
Tales irato protulit ore ſonos,
Si ſum ſola ſolo lucis ſolatia præbens,
Cur nouus hic tantum fundit ab ore iubar?
Si noſtro rapuit purum de lumine lumen,
Cur noſtras vincunt lumina rapta faces?
En redit, Onuphri vt lumen de lumine nouit,
Rettulit. O tanti ſolis imago forem?

FRA-

Digitized by Google

FRATER CAMILLVS ZENONIVS BRIXIENSIS.

Ad Librum.

SVnt tibi cæleſtes ſenſus, ſunt mellea dicta,
Hæc aures, illi pectora fixa tenent.
Cæleſtes voces aures ſe audire fatentur,
Et dulces ipſo melle liquente magis.
Cæleſtes ſenſus pectus traxiſſe fatetur,
Dum Virtus fragili calica fluxit humo.

ALIVD EIVSDEM.

CAntat Io Phœbus, Terpſis, Polhymnia, Clio,
Threÿcius vates, Theſpiadumque chori
Lætitiæ ingeminant voces, & laudis honores,
ONVPHRI noſtræ Relligionis honos.
Sic te quo poſſunt Muſæ dignantur honore
Hic cape quod præbent, Cætera Apollo dabit.

IN-

INDEX DISPVTATIONVM, SECTIONVM, QVÆSTIONVM principalium, ac Dubitationum, quæ in hoc Opere continentur.

DISPVTATIO PRIMA.
De Pœnitentia Virtute.

SECTIO PRIMA.
De Pœnitentia Virtute ſecundum ſe.

Quæſt.1. Quid ſit Pęnitentia Virtus. pag.3
Quæſt.2. An Pęnitentia ſit Virtus. 7
Dubium Vnicum. An impoſsibile cognitum vt ſic, poſsit à voluntate appeti. 23
Quæſt.3. An Pęnitentia ſit Virtus ab omnibus alijs diſtincta. 26
Quæſt.4. An Pęnitentia ſit Virtus Theologica, an moralis. 40
Quæſt.5. An & quomodo Pęnitentia pertineat ad Virtutem iuſtitiæ. 57
Dubium Vnicum. An actus contritionis ſit verè, & propriè ſatisfactio æqualis pro culpa. 70

SECTIO SECVNDA.
De ſubiecto Virtutis Pęnitentiæ.

Quæſt.1. Quodnam ſit proximum & immediatum ſubiectum Virtutis Pęnitentiæ. pag.76
Dubium vnicum. Quodnam ſit ſubiectum iuſtitiæ Virtutis. 77
Quæſt. 2. In quibusnam ſit, aut eſſe potuit Pęnitentia Virtus. 86
Prima. Dubitatio. De Angelis. An detur creatura aliqua impeccabilis ex natura ſua. 86
Primum Dubium. An Angeli ſint ex natura ſua impeccabiles. 91
Secundum Dubium. An in Angelis fuerit aut eſſe potuerit pęnitentia. 93
Secunda Dubitatio Principalis. De Adamo. An in illo fuerit Pęnitentia. 105
Tertia Dubitatio. De Chriſto. An in illo fuerit Pęnitentia, & eſſe potuerit. 116
Quarta Dubitatio. De innocentibus An in illis fuerit & poſsit eſſe Pęnitentia. 123
Quinta Dubitatio. De Beatis. An in illis ſit Pęnitentia. 124
Vltima Dubitatio. De Apoſtolis. An in illis in via exiſtentibus fuerit Pęnitentia. 126

SECTIO TERTIA.
De Virtute Pęnitentiæ in ordine ad aliud.

Quæſt.1. An Pęnitentia ſit Virtus infuſa. pag.128
Quæſt.2. Qua ratione actus Pęnitentiæ ſit in nobis. 142
Dubitatio Vnica. An liberum arbitriū in ordine ad actus ſupernaturales, quos ex gratia elicit, ſit cauſa principalis, an inſtrumentalis. 161

DISPVTATIO SECVNDA.
De contritione.

SECTIO PRIMA.
De contritione ſecundum ſe.

Quæſt.1. Quid ſit contritio. pag.187

Diſpu-

Diſputatio breuis de amore, & odio.
Prima Pars. De amore, cauſis, & effectibus illius.

1. Dubit. Quid ſit amor. pag. 195
2. Dubit. Quotuplex ſit amor. 198
3. Dubit. Quæ nam cauſæ ſint amoris. 201
4. Dubit. De effectibus amoris. 202

Secunda Pars. De odio, effectibus & cauſis illius.

1. Dubitat. Quid ſit odium. 205
2. Dubit. Quæ ſit cauſa odij. 207
Quæſt. 2. An contritio formaliter includat propoſitum cauendi peccati futuri. 210
Dubium Vnicum. Quomodo contritio requirat huiuſmodi propoſitū. 211
Quæſt. 3. An & quomodo contritio diſtinguatur ab attritione. 222
1. Dubit. An ſit neceſſarium vt attritio exiſtimetur cōtritio, vt ſatis ſit cum ſacramento ad iuſtificationem. 133
2. Dubit. An ſuppleatur ſufficiens diſpoſitio per exiſtimationē, qua quis putet ſe habere verum dolorem, cū tamen verè non habeat ad digne recipiendum ſacramentum. 236
3. Dubit. An ſi quis accedat ad ſacramentum cū dolore abſentiæ doloris ſufficientis virtute ſacramenti conſequatur gratiam. 237
Quæſt. 4. An attritio poſsit fieri contritio. 239

SECTIO SECVNDA.
De proprietatibus, & conditionibus Contritionis.

Quæſt. 1. An requiratur ſingularis contritio in ſingulis peccatis deteſtandis. pag. 252
1. Dubit. An ad eliciendam contritionē peccatorum prærequiratur aliquod examen. 252
2. Dubit. An requiratur ſingularis contritio in ſingulis peccatis deteſtandis. 262. 295
Quæſt. 2. An Contritio requirat dolorē perceptibilem. 297
Quæſt. 3. An contritio requirat ſummū conatum. 303
Quæſt. 4. An contritio requirat certam aliquam intenſionem. 316
Quæſt. 5. An odium, & deteſtatio peccati debeat excedere omnibus modis omne aliud odium, & deteſtationem. 320
Dubit. 1. An deteſtatio, & dolor de peccato, vt eſt contra Deum, debeat omni modo ſuperare omnem alium & quemcumque dolorem. 321
Dubit. 2. An comparationes faciendæ ſint in deteſtatione peccati. 329
Dubit. 3. An ſint admittendæ aliquæ comparationes inter ipſa peccata. 334
Quæſt. vltima. An cōtritio requirat certam aliquam durationem temporis. 335
1. Dubit. An productio contritionis requirat certum tempus. 335
2. Dubit. An natura contritionis requirat certam durationem. 338
3. Dubit. An ad hoc, vt contritio ſortiatur ſuum effectum, requirat certum tempus. 339

SECTIO TERTIA.
De cauſalitate Contritionis in ordine ad Gratiam.

Quæſt. 1. Vtrum contritio diſtinguatur a remiſsione peccati. pag. 342
Quæſt. 2. An contritio neceſſario habeat adiunctam gratiam. 346

Quæſt.

Digitized by Google

Quæſt.3. Vtrum contritio ſit ratio formalis iuſtificationis. 349
Quæſt.4. Vtrum contritio ſit poſterior gratia habituali an prior. 351
Quæſt. Vltima, an ſit dandum meritũ de congruo. 361

SECTIO QVARTA.
De contritione, vt eſt in præcepto.

Quæſt.1. An ſit aliquod præceptum contritionis. pag.366
Quæſt. 2. Cuiuſmodi ſit præceptum contritionis. 401
Quæſt.vlt. Quando obliget pręceptum contritionis. 413

DISPVTATIO TERTIA.
De Contritione in ordine ad ſacramentum Pœnitentiæ.

SECTIO PRIMA.
De Contritione, vt eſt pars Sacramenti.

Quæſt.1. Quid & an Pęnitentia ſit Sacramentum nouæ legis. pag.431
Quæſt.2. An ſacramentum Pęnitentiæ componatur ex materia, & forma. 440
Quæſt.3. Pro quo ſupponat hoc ſacramentum Pęnitentiæ. 446
Quæſt.4. Quodnam in hoc Sacramento ſit Sacramentum tantum, ſit res tantum, ſit res & Sacramentum ſimul. 456
Quæſt.5. De abſolutione in ordine ad culpam, & pœnam. 467
1. Dubit. An & quænam peccata ſint materia ſacramenti pœnitẽtię. 467
2. Dubit. An poteſtas iuriſdictiones ad remittenda peccata ſacramentaliter habeatur ſimul cum ordine. 474
3. Dubit. An abſolutio attingat culpam an pœnam. 481

SECTIO VLTIMA.
De Contritione in ordine ad Gratiam ſacramentalem.

Quæſt.1. An & quomodo ſacramenta dicantur continere gratiam. p.492
Quæſt.2. An & quomodo ſacramenta attingãt productionem gratiæ. 495
Quæſt.3. An & quam efficientiam habeant ſacramenta in ordine ad gratiam. 501
Quæſt.4. An in ſacramentis ſit aliqua Virtus productiua gratię. 509
Quæſt.5. Vnde ſacramenta habeant virtutem conferendi gratiam. 513
Quæſt. 6. Quæ nam ſit gratia ſacramentalis. 515
Quæſt.Vlt. An & quomodo contritio ad gratiã ſacramenti concurrat. 519

Digitized by Google

QVÆSTIONES ET DVBIA INCIDENTIA in hoc Opere.

EX SECTIONE PRIMA Diſputationis primæ.

Quæſt.2. AN dentur habitus. litt.D pag.7
An actus Pænitẽtię ſint ſtudioſi.C 9
An actus potentiæ ſenſitiuæ ſint virtuoſi.B 15
An dolor ſit in voluntate. A 16
An verecundia ſit Virtus.A 17
An actus Pœnitentiæ ſit nolitio abſoluta.A 22
An Angeli peccarint, quia deſiderarint. ęqualitatem Dei. B 26
Quæſt 3. An actus per obiecta, & habitus per actus diſtinguantur.D 27
An & quomodo pœnitentia ſit Virtus generalis.D 30
Quomodo Pœnitentia opponatur peccato.D 41
Quæſt.4. An Pænitentia ſit Virtus Theologica.B 51
Ad quam nam ex virtutibus moralibus reducatur Pœnitentia.D 56
Quæſt.5. An ad rationem iuſtitiæ requirantur perſonæ diſtinctæ.C 63
An homo exiſtens in gratia poſsit ex iuſtitia Deo ſatisfacere. A 73

EX SECTIONE SECVNDA Diſputat. primæ.

Quæſt.2. An pœnitentia ſit in vtroque appetitu.A.B 82
Quare Deus voluerit hominem, non angelum reparare.A 97
An & quare peccatũ angelorum malorum fuerit irremiſsibile.A 98
Cur nullus ex malis angelis egerit pœnitentiam.B.C 98
An oriatur obſtinatio ĩ dęmone.D 101
An angeli in via potuerint peccare venialiter.B 105
An virtutes Theologales fuerint in Adamo.B 107
An virtutes intellectuales fuerint in Adamo. A 107
An Adam in ſtatu perfecto potuerit peccare venialiter.B 110
An Chriſtus potuerit habere aliquod peccatum.D 115
An B.Virgo habuerit extinctum fomitem peccati.C 119
An B.Virgo potuerit peccare venialiter.C 122
An B.Virgo receperit ſacramentum pęnitentiæ.C 122
An B.Virgo paſſa ſit ſpaſmum.C 123

EX SECTIONE TERTIA Diſputat. primæ.

Quæſt.1. An actus ſupernaturales elici poſsint à voluntate auxilio actuali Dei ſine habitibus infuſis. A 128
An dentur habitus infuſi per ſe.D 128
Quæſt.2. An in ſingulis cõuerſionibus excitandus ſit homo ſingulari motione diuina.C.D 143.145
Quomodo concurrant habitus cũ voluntate ad actus ſupernaturales.C 180

EX

EX SECTIONE PRIMA Diſputat. ſecundæ.

Quæſt. 1. An poſſimus amare amore amicitiæ creaturas irrationales. B. 202

Quæſt. 4. An & qui timor ſit bonus & qui malus. A 242

EX SECTIONE SECVNDA Diſputat. ſecundæ.

Quæſt. 1. An examen conſcientiæ præ requiratur ad contritionem. B 252

An remiſſio peccati poſſit fieri ſine infuſione gratiæ habitualis. B 263

An gratia iuſtificans ſit habitualis. 271 & ſequentibus.

Quæ repugnantia ſit inter gratiam & peccatum. D 277

An poſſit remitti vnum peccatum mortale ſine alio. D 258

An quis poſſit conteri de vno peccato mortali, & non de alio. A 291

Quæſt. 4. An in actu amoris in Deum requiratur aliqua perfectio ex parte affectus. C 322

An actu poſitiuo teneatur quis pręferre Deũ cuicunq; alteri bono. A 330

An quis debeat magis deteſtari peccatum quam ſui annihilationem aut pęnam damnationis. B 330

EX SECTIONE TERTIA Diſputatio. ſecundæ.

Quæſt. 1. An quis poſſit eſſe certus de ſua gratia ſanctificante. B 341

Quæſt. 5. An prima gratia poſſit cadere ſub meritum. B 366

EX SECTIONE QVARTA diſputat. ſecundæ.

Quæſt. 1. An finalis impęnitentia ſit diſtinctum peccatum. B pag. 400

Quæſt. 2. An exiſtens in peccato mortali poſſit diu vitare alia. D 420

An actus concionandi petat ſubiectũ ſanctum & gratum. B 428

An Euchariſtia ſupponat ſuſcipiẽtem gratum. D 428

An ſi quis dicat Nolo pænitere, excuſetur à peccato. D 428

An præceptum contritionis obliget in publicis calamitatibus. B 429

An contritio ſit in præcepto quando vincenda eſt aliqua tentatio. B 430

EX SECTIONE PRIMA Diſputat. tertiæ.

Quæſt. 1. Quomodo dicatur ſacramentum de ſacramentis nouæ & veteris legis. B 434

Quæſt. 4. An & quomodo contritio ſit pars ſacramenti pęnitentię. D 454

Quæſt. 5. An & quomodo peccatum in ſpiritum Sanctum dicatur irremiſſibile. C 472

An omnes ſacerdotes habeãt iuriſdictionem ex vi ordinis. C 474

EX SECTIONE SECVNDA diſputat. tertiæ.

Quæſt. 2. An gratia creetur, an educetur, an concreetur. B 495

An creatura poſſit aſſumi ad creandum. B 496

Quæſt. 3. An ſacramenta producãt gratiam phyſice an moraliter. A 502

Quæſt. 5. An gratia ſacramentalis & iuſtificans ead. ſit. D 516

An omnia ſacramenta conferant primam gratiam. A 516

Quæſt. vlt. Quid ſit ſacramenta conferre gratiam ex opere operato. A 520

An remiſſa culpa maneat reatus pęnę. A 523

Digitized by Google

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ IN hoc Opere continentur.

GENESIS.

Cap.4. NON ne ſi bene egeris recipies? ſin autem male. A pag. 405

Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear. C 215

EXODVS.

Cap.7. Induratum eſt cor Pharaonis, & non audiuit eos, &c. A 188

NVMERI.

Cap.5. Vir ſiue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ ſolent hominibus accidere, & per negligentiam tranſgreſſi fuerint mandatum Domini atque deliquerint, confitebuntur peccatum ſuum, &c. A 453

DEVTERONOM.

Cap.4. Cũ quæſieris ibi Dominũ Deũ tuum inuenies eũ, ſi tamen toto corde quæſieris & tota tribulatione aĩæ tuæ. B.307.D.308.D.311.D 435

Cap.6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. A 304.C 312

REGVM LIBRI.

Lib.1.Cap.18. Et factum eſt cum compleſſet loqui ad Saul, Anima Ionathæ conglutinata eſt animæ Dauid, & dilexit eum. C 203

Cap.30. Leuauerunt Dauid & populus, qui erat cum eo, voces ſuas & plãxerunt donec deficerent in eis lachrimæ. A 14

Lib.2.Cap.12. Et dixit Dauid ad Nathan, peccaui Domino. Dixitque Nathan ad Dauid: Dominus quoq; trãſtulit peccatum tuum, &c. D 212.B 340.C 522.

Cap.18. Et ſic loquebatur vadens: Abſalom, Abſalom fili mi, quis mihi tribuat vt ego moriar pro te, &c. C 22.

Lib.3.Cap.8. Si peccauerit homo in proximum ſuũ, & habuerit aliquod iuramentum, &c. & infra, Quod ſi peccauerit tibi, &c. & reuerſi fuerint ad te in vniuerſo corde ſuo & tota anima ſua, &c. D 344

Cap.19. At ille reſpondit: Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini mei. C 205

Lib.4.Cap.23. Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde ſuo, & tota anima ſua, & vniuerſa virtute ſua, &c. D 308

IOB.

Cap.1. Et erat vir illi ſimplex & rectus ac timens Deum & recedens à malo. C 313

Cap.6. Vtinam appenderentur peccata

Digitized by Google

ta mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in ſtatera. B 514
Cap. 14. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine, nonne tu qui ſolus es? A 44
Cap 41. Cor eius indurabitur tãquam lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus. B. 95. A 104

PSALMI.

4. Et in cubilibus veſtri compungimini. D. 4. D 188
Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. A 404
6. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum lachrimis meis ſtratũ meũ rigabo. D 255. A 259
7. Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrauit, arcum ſuum tetendit & parauit illum. B 228
10. Qui autem diligit iniquitatem odit animam ſuam. A 208
15. Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum, &c. A 404
16. Vt non loquatur os meum opera hominũ, propter verba labiorũ tuorum ego cuſtodiui vias duras. B 313
17. Et intonuit de cęlo Dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuã, &c. C 161
Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, &c. A 404
18. Cęli enarrant gloriã Dei, &c. B 406
Timor Domini ſanctus permanens in ſeculum ſeculi. C 205
21. Circumdederunt me vituli multi tauri pingues obſederant me. B 11
26. Adiutor meus eſto, ne derelinquas me, &c. A 149. A 158. A 159
31. Conturbatus eſt in ira oculus meus anima mea, & venter meus. A 160
Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatẽ peccati mei. C 212
32. Conuerſus ſum in ærumna mea, &c. A 160
35. Quaſi lugens & contriſtatus ſic humiliabar. C 13
37. Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea. A 160
Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. A 205
Non audiuit populus meus vocem meam.
50. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. 210
Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. D 271
Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. C 27. A 65. A 453. A 188
58. Deus meus miſericordia eius præueniet me. D 146. B 147. C 148
Commouiſti terram & conturbaſti eam. B 344
73. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. A 104
76. Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mẽte habui. A 253. C 259
79. Cibabis nos pane lachrimarum, & potum dabis nobis, &c. B 14
Domine Deus virtutum conuerte nos, & oſtende faciem tuam, &c. B 152. A 189
84. Conuerte nos Deus ſalutaris noſter. D 188
93. Qui docet hominem ſcientiã, &c. A 133
94. Et nos populus paſcuę eius & oues manus eius. B 152
102. Quantum diſtat ortus ab occidente, lõge fecit à nobis iniquitates noſtras.

ſtras.B 265
110. Initium ſapientiæ timor Domini. B 160
115. Quid retribuam Domino pro omnibus quę retribuit mihi. D 62
118. Latum mandatum tuum nimis. B 313
Erraui ſicut ouis quæ perijt, &c. A 189
122. Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum. A 62
138. Si aſcendero in cęlum, tu illic es, ſi deſcendero in infernū, ades. D 161

PROVERBIORVM.

Cap. 1. Timor Domini principium ſapientiæ. B 247. B 248
Quia vocaui & renuiſtis, extēdi manum meam, &c. C. 368. D 424
5. Iniquitates ſuæ capiunt impium & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur. C 421
8. Ego diligentes me diligo. C 292
14. Errant qui operantur malū. B 92

ECCLESIASTICVS.

Cap. 5. Et ne dicas, miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorū meorum miſeretur. C 18
Ne tardes conuerti ad Dominum & ne differas de die in diem. C 414
11. Facile eſt in oculis Dei ſubito honeſtare pauperē. B 255. B 337. C 340
15. Ne dixeris per Deum abeſt, quæ enim odit ne feceris. C 425

ECCLESIASTES.

Cap. 7. Conſidera opera Domini quod nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexerit. A 189
11. Si ceciderit lignum ad auſtrum aut ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit ibi erit. A 94
12. Deum time & mandata eius obſerua. B 194

SAPIENTIA.

Cap. 1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. D 161
7. Eſt enim in illa ſpiritus intelligentiæ, ſanctus, &c. ſtabilis, &c. omnem habens virtutem, &c. C 133
8. Sobrietatem enim & prudentiā docet & iuſtitiam & virtutē, &c. A 133

CANT. CANT.

2. Iam enim hiems trāſijt, imber abijt & receſſit. B 188. B 243
8. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, &c. D 248
Dura ſicut infernus æmulatio, &c. B 188

ISAIAS.

Cap. 1. Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. C 211. B 286
11. Replebit eum Spiritus timoris Domini, &c. B 250
26. Domine dabis nobis pacem, omnia enim opera noſtra operatus es nobis, &c. B 161
Sicut quæ concipit cum appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus ſuis. D 4
Concepimus, & quaſi parturiuimus & peperimus ſpiritum ſalutis. D. 13. A 228. D 230. D 247
30. Cum ingemueris tunc ſaluus eris. B 255. B 317. C 340

28. Re-

Digitized by Google

38. Recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine animæ meæ. a. 210. a. 253. b. 252. b. 260. d 308
43. Ego ſum, ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me. a. 44. a. 547
53. Eo quod iniquitatem non fecerit. b. 117
55. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas. d. 215
59. Rugiemus quaſi vrſi omnes, & quaſi columbæ meditantes gememus. a. 13
65. Numerabo vos in gladio, & omnes in cæde corruetis. c 368
Quia obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores. &c. b 126
Inuenerunt qui non quæſierunt me. b 152
66. Quia ecce Dominus in igne veniet, &c. d 94

IEREMIAS.

Cap. 3. Tu autem fornicata es cũ amatoribus multis. b. 62. b 340
6. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. a. 4. b 14
9. Confortati ſunt in terra, quia de malo ad malum egreſsi ſunt. c 414
23. Nunquid non cœlum, & terrã ego impleo? d 161
24. Ego ero eis in Deum. d 308
29. Quæretis me, & inuenietis cũ quæſieritis me in toto corde veſtro. d. 344
31. Poſtquam. n. conuertiſti me egi pœnitentiam. d. 136. a 152
Statue, tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines. a 13
Confuſus ſum, & erubui. d. 160. d. 188

EZECHIEL.

Cap. 18. Si autem impius egerit pœnitentiam ab oĩbus peccatis ſuis, &c. a. 13. d. 211. a. 253. b. 255. d. 260. b. 286. a. 340. a 344
Conuertimini, & agite pœnitentiã ab omnibus iniquitatibus veſtris. &c. c 286
Proijcite à vobis omnes iniquitates veſtras in quibus præuaricati eſtis. d. 286
33. Iuſtitia iuſti non liberabit eum in quacunque die peccauerit. b. 13. b. 255
Et impietas impij nõ nocebit ei, &c. b. 255. a 340
36. Non propter vos ego faciam domus Iſrael, ſed propter nomen ſanctum meũ quod polluiſtis, &c. b. 152
Et dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum, &c. a. 89. d. 271. a. 313

DANIEL.

Cap. 3. Sed in animo contrito, & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. a 188
6. Quia coram eo iuſtitia inuenta eſt in me. c 265
12. Et multi de his qui dormiũt in terræ puluere euigilabunt. b 94

OSEE.

Cap. 3. Perditio tua Iſrael, &c. c 245

IOEL.

Cap. 2. Cõuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio, & fletu, &c. ſcindite corda veſtra, &c. & conuertimini ad Dominum, &c. a. b. 13. a. 188. a. 196. d. 363. d. 364. a 453

BARVCH.

Cap. 2. Sed anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, &c. a. 4. c 13

Digitized by Google

2. Et dabo eis cor,& intelligent.c 271

AMOS.

Cap.5. Odite malum, & diligite bonū. c.211.b 286

IONAS.

Cap.2. Cū anguſtiaretur in me anima mea,Domini recordatus ſum.b 13

MICHEAS.

Cap.4. Nunc quare mærore contraheris. b 13

MALACHIAS.

Cap.3. Ego enim Dominus,& nō mutor. d 100

THRENI.

Cap.1. Peccatum peccauit Hieruſalem, &c.a 422
Attendite, & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. b 514

Teſtamentum nouum.

MATTHAEVS.

Cap.3. Pœnitentiam agite appropinquauit.n. regnum cœlorum. a.190. a.137.a 368
Et baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata ſua. b 453
Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi bene complacui. c 117
8. Quid timidi eſtis modicę fidei?b.243
9. Non.n. veni vocare iuſtos ſed peccatores. d 194
10. Et nolite timere eos qui occidunt corpus,animam autem non poſſunt occidere.a.243.a 247
Qui amat patrē pluſquam me, &c. b. 309
11. Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſayda,quia ſi ī Tyro,& Sidone factę eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis,olim in cilicio,& cinere pœnitentiam egiſſent.c.4. b 453
Iugum.n. meum ſuauè eſt, & onus meum leue. d 313
12. Viri Niniuitæ ſurgēt in Iudicio cū generatione iſta.a 228
16. Tibi dabo claues regni cœlorum, quodcunque ligaueris.&c. c 438
22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,&c.a.304. d 306
25. Euge ſerue bone, & fidelis,&c. d. 193
Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. b 94
26. Pater mi,ſi poſsibile, tranſeat a me calix iſte. c 22

MARCVS.

Cap.9. Bonum eſt tibi debilem introire in vitam. b 94
12. Et diliges Dominum Deū tuum ex toto corde tuo,&c. a 304

LVCAS.

Cap.1. Ideoque,& quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei.b 117
2. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. a 123
3. Genimina viperam, quis oſtēdit vobis fugere a ventura ira? b 228
Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. b 317
5. Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus? b 44
6. Beati qui nunc fletis,&c. b 14
7. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum. a 251

Lachry-

7. Lachrimis cœpit rigare pedes eius. b. 14
Remittuntur ei peccata multa, &c. c.307.c 445
10. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c. a 304
12. Timete eum qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam. a 194
13. Sed ſi pœnitentiam non habueritis. d 368
14. Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, &c. c 309
15. Pater peccaui in cœlum, & coram te. a 62
17 Totum hominem ſanum fecit in Sabbato.
19. Hodie huic domui ſalus facta eſt. d.256
22. Reſpexit Dominus ad Petrum, &c. a. 189
Egreſſus foras fleuit amare. d.4. d. 189
Vlt. Et prędicare in nomine eius pœnitentiam, & remiſſionem peccatorũ. d. 194

IOANNES.

Cap.1. Et vidimus gloriam eius gloriã quaſi vnigeniti. a 117
Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. b 264
2. Zelus domus tuæ comedit me.c.205
3. Niſi quis renatus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei. d 368
Non.n. ad menſuram dat Deus ſpiritum .b 117
4. Fiet ĩ eo fons aquæ ſaliẽtis, &c.d.271
5. Hæc charitas Dei eſt. c 313
6. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum.d.146.c.152
Omnis qui audiuit à patre, & didicit venit ad me. d 348
Niſi manducaueritis carnẽm filij hominis. d 368
Quis ex vobis arguet me de peccato. c.117
10. Quem pater ſanctificauit, & miſit in mundum. b 117
14. Si quis diligit me ſermonem meũ ſeruabit. d 313
Qui diligit me diligetur à patre meo. b 292
15. Quia ſine me nihil poteſtis facere. a.152.a.158.c 161
16. Et gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. d 193
17. Sanctifica eos in veritate. b 264
20. Accipite ſpiritum ſanctum, quorũ remiſeritis peccata, &c.d.438.a.445 b.449.b.485.b 494
21. Simon Ioãnes amas me, &c. b. 195

ACTA APOSTOLORVM.

Cap.2. Pœnitentiam agite, & baptizetur, &c. b 368
3. Pęnitemini igitur, & conuertimini vt deleantur peccata veſtra. b 368
4. Multitudinis autem credentiũ erat cor vnum, &c. c 203
7. Hunc Deus principem, & redemptorem miſit. &c. a 153
Celum mihi ſedes eſt. d 161
13. Inueni Dauid filium Ieſſe virum ſecundum cor meum. d 313
17. Quamuis longe non ſit ab vnoquoque noſtrum. d 161
In ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus. c 162
19. Multique credentium veniebant confitentes, &c. a 453

AD ROMANOS.

Cap.2. Quoniam benignitas Dei ad pęnitentiam te adducit. d 136
Ijs aũt, qui ſunt ex cõtentione. a 425
Et circumciſio cordis in ſpiritu. d. 271

3. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. d.347.b.363.c 225
Quoniam quidē vnus eſt Deus qui iuſtificat circumciſionē ex fide.a 44
4. Ei qui operatur merces nō imputatur ſecundum gratiam,ſed ſecundū debitum.c.364.b 366
Qui traditus eſt propter delicta noſtra. b 264
5. Quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris,&c. a.136.d 247
Igitur ſicut per vnius delictū in omnes homines in condemnationē,ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines,&c. b 264
6. An ignoratis quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto. b 505
Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis. d 160
8. Nihil ergo nunc damnationis eſt ijs qui ſunt in Chriſto. a 265
Non.n.accepiſtis ſpiritum ſeruitutis. b.133.d 247
Spes autem quæ videtur nō eſt ſpes. b.117
11. Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei. d 152
12. Rationabile obſequiū veſtrū.a.299
Plenitudo ergo legis eſt dilectio. b. 31

AD CORINTHIOS.

Ex 1.c.1. Qui factus eſt nobis a Deo ſapientia,& iuſtitia. b 275
4. Quid aūt habes quod non accepiſti? b.152
5. Expurgate vetus fermētū,&c. d.215
7. Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus non habens neceſſitatē, poteſtatem autem habēs ſuæ voluntatis, d.348
13. Nunc autem manent tria hæc, &c. b.272
Ex 2.c.3. Non quod ſimus ſufficientes cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis.a.128. d.146.d 406
5. Eū qui non nouerat peccatum.d.117
7. Nunc gaudeo non quia contriſtati eſtis,&c. c.13.a 19

AD GALATHAS.

Cap.2. Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. c 204
3. Si enim data eſſet lex,quæ poſſet viuificare. c 265
Quicūq;.n.in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum induiſtis,&c.d.271.b.505

AD EPHESIOS.

Cap.2. Ipſius.n. ſumus factura, &c. d. 152.d 271
4. Vnicuique autem data eſt gratia ſecundum menſuram. b 117
Deponite nos ſcd̄m priſtinam cōuerſationem veterem hominem. d.211
Induite nouum hominem.b 271
5. Mundans eā lauacro aquæ in verbo. a.494
Nemo.n. vnquam carnem ſuā odio habuit. c 208
Sacrum hoc magnum eſt,&c.b.433

AD PHILIPPENSES.

Cap.1. Eo ꝙ habeā vos in corde. c.203
2. Deus eſt.n.qui operatur in vobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. c. 161
3. Et inueniar in illo non habens meā iuſtitiam. c 275
4. Omnia poſſum in eo qui me confortat. c 313

AD COLOSSENSES.

C.2. Qui dat velle,& pficere,&c.a.153

AD THESSALON.

Ex 2.C.1. In flamma ignis dantis vindictam ijs,&c. a 94

AD TIMOTHEVM.

Ex 1. C. 6. Qui ſolus habet immortalitatem. d 100
Ex 2.c.2. Ille fidelis permanet, negare ſeipſum non poteſt. b 348

Si quis

Digitized by Google

Si quis ergo emũdauerit ſe ab illis, &c.c. 444
Seruum autem Domini non oportet litigare.a. 152
Cap.4. Quam reddet mihi Dominus in illa die, &c.b. 363

AD TITVM.

Cap.3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, &c.a. 494
Quem effudit in nos abunde.a.271

AD HEBRÆOS.

Cap.1. Portans omnia verbo virtutis ſuæ.a. 161
4.Non enim habemus Pontificem qui non poſſit compati.c. 117
6. Impoſſibile enim eſt eos qui ſemel ſunt illuminati.a. 425
7.Talis enim decebat vt nobis eſſet Põtifex.c. 117
10. Teneamus confeſſionem ſpei noſtræ indeclinabilem.b. 348
Iam non relinquitur pro peccatis hoſtia.c. 426
11. Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum.a. 117
Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo.c.135.c. 225

EPISTOLA IACOBI.

Cap.4. Appropinquate Deo & appropinquabit vobis.b. 292
5. Et oratio fidei ſaluabit infirmum.b. 494

EPISTOLA PETRI.

Ex 1.Ca.1.Vniuerſa delicta operit charitas.b.292.c. 307
Cap.2.Qui peccatum non fecit.b. 117
Ex 2.Cap.1.Per quem maxima & precioſa nobis promiſſa donauit.a. 272
Cap.2.Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit.c. 94

EPISTOLA IOANNIS.

Ex 1.Cap.1.Et ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato,&c.b. 514
Si confiteamur peccata noſtra, &c. b. 453
3. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo.a.46.c. 444
Filioli mei non diligamus verbo neque lingua.b. 305
Et in hoc ſcimus quoniam manet in nobis.a. 222
4. Et charitas Dei in nobis perfecta eſt. b. 271
Sed perfecta charitas foras mittit timorem.c. 230
5. Scimus quia omnis qui natus eſt ex Deo non peccat.a. 136

EPISTOLA IVDAE.

Angelos vero qui non ſeruauerunt ſuũ præceptum.c. 94

APOCALYPSIS.

Cap.1. Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis. 514
2. Age pænitentiam & prima opera fac.c. 414
3. Ego ſto ad oſtium & pulſo.b.317.c. 425
Qui habet clauem Dauid,&c.c.485
12. Et factum eſt prælium magnum in cælo.b. 94
14. Et hic bibet de vino iræ Dei, &c. c. 94
15. Quis non timebit te Domine, & magnificabit.b.b. 250
17. Et in fronte eius nomen ſcriptum myſterium,&c.b. 433
20. Et Diabolus qui ſeducebat eos miſſus eſt in ſtagnum ignis.d. 94
21. Abſterget Deus omnem lachrimã ab oculis eorum.b. 126

Digitized by Google

INDEX CAPITVLORVM IVRIS CANONICI QVÆ IN hoc Opere continentur.

EX DECRETO.

Ex diſtinctio. Prima.

Cap. Quis aliquando. pag. 6
Cap. Quem pœnitet. 6
Cap. Ecce nunc tempus. 6
Cap. Inanis. 6
Cap. Pęnitentiam agere. 6
Cap. Irriſor. 6
Cap. Si cui. 190
Cap. Nemo. 426.471
Cap. Quemlibet. 298
Cap. Quantumlibet. 426.471
Cap. Multiplex. 471.490.425

Ex diſtinctione ſecunda.

Cap. Princeps. 106
Cap. Talis. 256

Ex diſtinctione tertia.

Cap. Pęnitentia. 3.13
Cap. Reperiuntur. 5
Cap. Licet. 14
Cap. Si Apoſtolus. 16
Cap. Quem pœnitet. 286
Cap. Sunt plures. 292.194.286
Cap. Non poteſt. 292
Cap. Talis. 340
Cap. Nihil prodeſt. 437
Cap. Conſideret. 13.254.473
Cap. Qui vult. 292
Cap. Ex quibus. 292
Cap. Placuit. 477
Cap. Nullus. 225.340
Cap. In capite. 5

DE CONSECRATIONE.

Ex diſtinctione ſecunda.

Cap. Hoc eſt. 458

Ex diſtinctione quarta.

Cap. Nemo. 475

Ex diſtinctione quinta.

Cap. Non mediocriter. 16
Cap. Si Presbyter. 26. q. 6. 341
Cap. Adijcimus. 16. q. 1. 476
Cap. Generaliter. 26. q. 1. 476
Cap. Primum. 13. q. 1. 477

IN-

INDEX RERVM MEMORABILIVM, ET NOTATV dignarum, quæ in hoc Opere continentur.

A

ABſoluendi verbum quomodo ponatur in ſacramento Pœnitentiæ.d. pag.491

Abſolutio abſoluit etiam a culpa,et non ſolum a pœna.a. 482

Abſolutio eſt pars Sacramenti pœnitentiæ.a.d. 448

Abſolutio quæ datur a confeſſario,quomodo verificetur quando datur contrito.b.c.. 489

Abſolutio quare ſola dicatur a Scoto pars eſſētialis.a.450.d.449.c.d.454

Abſolutio quomodo dicatur Sacramentum Pœnitentiæ.c. 451

Actus elicitus quis dicatur.c.. 34

Actus formatus quis dicatur.b.355.& quis actus informis.. ibid.

Actus totalis quis dicatur.b. 29

Actus ordinatur ad operationem.a. 28

Actus boni ſinguli egent ſingulari Dei auxilio.b.. 157

Actus conditionati ſunt voluntarij abſolute.c.22 (c.355

Actus liberi arbitrij priores ſunt grã.

Actus potentijs, obiecta actibus ſunt priora.a. 28

Actus quomodo ſpecificentur ab obiectis.d. ibid.

Actus ſupernaturales neceſſario egent gratia Dei.a.131 a.137.a. 146

Actus ſupernaturales quomodo cognoſcantur tales.a. 140

Actus virtutum Theologicarum fieri poſſunt ſine habitibus.a.129.c.137.d.141

Adamus erat natura peccabilis.a.118

Adamus & Eua quare non erubuerunt ante peccatum.c.. 108

Adamus habuit gratiam ſanctificantem per propriam diſpoſitionē.c. 108

Adamus habuit iuſtitiam originalem, gratiam ſanctificantem,& diuinã aſſiſtentiam.a.106.b.108.d. 114

Adamus habuit omnes naturales ſcientias et virtutes ĩtellectuales.b.c.107

Adamus habuit paſſiones,quæ non repugnant ſtatui felici.c.d. 114

Adamus habuit religionem, pietatē,iuſtitiam,& cæteras virtutes quæ moderentur operationes.a.b. 109

Adamus in ſtatu perfecto nõ habuit ſimpliciter habitum pñitiæ.c.113.b.110

Adamus potuit habere habitum pœnitẽtiæ,& ex qua cã.b.111.c,112.d.114

Adamus ſi peccaſſet venialiter nõ amiſiſſet illum ſtatum felicē.d.112.a.115

in Adamo non fuerunt virtutes morales,quæ moderentur paſſiones.d. 107

in Adamo quis ſit effectus gratiæ ſanctificantis, & iuſtitiæ originalis.b. c. 106.a. 108

Aluarez ſententia,an voluntas ſit cauſa principalis ad actus ſupernaturales.b 177.& ſeq.

Amamus proximũ multis modis. a.b. 304

Amans eſt in amato.b.203. & ſeq.

Amare plus eſt quam diligere.c. 196

Amicitia quid & quæ requirantur ad ipſam.a.b. 197

Amor q̃d ſit.b.c.197.et quotuplex.c.198

Amor amicitiæ & concupiſcentiæ quis c.32.b 199.a.200.a.203.a.204.b.c. 303

Amor appreciatiuus non repugnat eſſe cum peccato.d. 325

Amor creaturæ non contrariatur amori Dei..

Digitized by Google

Dei.d.327.a. 328
Amor dupliciter dici poteſt maior.d. 307.appreciatiue & intenſiue. ibid.
Amor in bonã partẽ accipitur. a. 195. et dicitur de bono et malo amore.c.ib.
Amor in Deum duplex.c.139.a.b.303.
Amor in Deum an appreciatiuus an intenſiuus.c.322.a.323.b.326.& ſeq.
Amor quis actus ſit.b. 151
Amor quis ſit appreciatiuus, & quis intenſiuus.d.a.b.322.a.323.b. 324
Amor quomodo ſit vnio.a. 203
Amoris cauſæ multa.a. 201
Amoris effectus qui.b. 202
Amoris quatuor nomina.c. 195.& q̃uo diſtinguantur intere ſe.b.168.& ſeq.
Amorem conſequitur delectatio vel deſiderium.b.c. 198
Angelus de facto poſt lapſum nullus egit pœnitentiam.b. 94
Angelus non habuit niſi vnam operationem deliberatam.c.97.c. 100
Angelus nunc de facto neque bonus neq; malus põt peccare venialiter.a. 105
Angeli ex gratia immutabiles ſunt.c. 100.a. 103
Angeli in via potuerunt peccare venialiter.c. 105
Angeli mali cur relicti ſint ſine pœnitentia.a. 96
Angeli mali ex ſe non ſunt incapaces pænitentiæ.a.101.a.b.105 (lia.a.92
Angeli peccare potuerunt circa natura
Angeli quare & vnde obſtinati.e. 105
Angeli quare immutabiles in ſua electione.c. 100
Angeli q̃uo poſsĩt mutare electionẽ d.91
Angeli quomodo poſſint mutare voluntatem & iudicium.a.99.& ſeq.
Angelorum malorum actiones ſemper ſunt mortales.b.105. (119
Anima Chriſti quas habuit virtutes.b.
Anima Chriſti videbat Deum.a. 117
Apoſtoli quomodo ſint confirmati in bono.d.126.a. 127
Appetitus duplex.b. 82
Appetitus ſenſitiuus in quo ſit c. 79
Appetitus ſenſitiuus non pertinet eſſentialiter ad pœnitentiam b. 84
Appetitus ſenſitiui obiectum.c. 88
Ariſtoteles quid intelligat per æquale quod requiritur in iuſtitia.a.b. 63
Arithmetica proportio reperitur in iuſtitia & delictis puniendis.b. 59
Attritio quid ſit.b. 222
Attritio deteſtať peccatũ ƥpDeũ.b.229
Attritio eſt actus bonus.a. 246 & ſeq.b. 247.a.248.ſed imperfectus.d. 246
Attritio & contritio quomodo cõueniãt & differant.a.228 & ſeq.d. 229
Attritio ex ſe non eſt ſufficiens diſpoſitio ad gratiam ſine Sacramẽto.c.231.c. 246. eſt aũt cum Sacrõ.a.232 c.234
Attritio non facit hominem hypocritã contra Lutheranos.d. 241
Attritio non poteſt fieri contritio.a.240 a.241.& ſeq.
Attritio non requiritur ſingularis ad ſingula peccata.b.d. 295
Attritio poteſt eſſe informis.c. 230
Attritio pure naturalis non iuſtificat.b. 223.a.224.c. 225.d.226.an proprie dicatur Attritio.d. 223
Attritionis motiuum non eſt humanũ ſed diuinum.b. 234
Auctoris intentio in præſenti Opere.a. 1
Auxilium diuinum duplex.b. 145
Auxilium diuinum varijs modis dicitur.b. 146
Auxilium particulare duplex.b. 145
Auxilium ſufficiens duplex.b.c. 150
Auxiliũ ſufficiẽs nemini denegať.b.150
Auxilij diuini effectus & vis.b.c. 146
Auxilij ſpecialis qualitas et nãa.c.d.150
per Auxilia communia quid intelligat Durandus.a.d. 145

Bap-

B

Baptiſmus eſt cauſa inſtrumentalis iuſtificationis quomodo.d 349
Baptiſmus quare dicatur ablutio.b pagina. 447
Baptiſmus remittit omnem pœnam.c 523.a 524
Beati habent diſplicentiam ſine dolore.a 84
Beatitudo habet gaudium tamquam proprietatem.c 193
Beneuolentia quid ſit.c.d 196
Benignitas quid ſit.c 60
Bonum eſt cauſa amoris.b 201

C

Catechumenus non eget confeſſione.a 470
Cauſa duplex eſt phyſica et moralis.c. 501.a. 506
Cauſæ ſecundæ non egent aliqua determinatione primæ cauſæ.a.b 165
Cauſæ ſecundæ quomodo pendeant a prima.b 162
Charitas quid ſit.b 196
Charitas an expellat timorem, an ſeruilitatem.a.b.245.246.& ſeq.
Charitas formaliter opponitur odio Dei. d.45
Charitas nunquam nimia.c 302
Charitas præfefert aliquid ſupra amorem.b.596.a.197.& ſeq.
Charitas qua ratione dicatur virtus generalis.a 31
Charitas quomodo deteſtetur omnia peccata.a 48
Charitas reſpicit Deum & quomodo.d 57.d 70
Charitatis actus maior & minor multis modis poteſt eſſe.d 320
Charitatis actus non petit ſummum conatum.d 310
Charitatis obiectum formale.a 52
Chriſtus aſſumpſit timorem naturalem. d.244
Chriſtus duplicem habet influxũ gratiæ in ipſa iuſtificatione.b 506
Chriſtus quam habuit ſanctitatem & quas virtutes.d.117.b 119
Chriſtus vt cauſa moralis noſtræ iuſtificationis quot modis concurrat.c. 506
Chriſti ſanctitas non ſufficit ad ſanctitatem hominis.a 278
in Chriſto an fuerit fides, ſpes, & pænitentia.d.116.c.117.b 118.a 119
Cilicio indui quid ſit.b 4
Clauis triplex eſt.c.474.c.474.& quomodo. ibid.
Clauis & character quo modo diſtinguantur.d 480
Clauis ſcientiæ & poteſtatis quæ.b 474
Clementia quid ſit.a 60
Confeſſio quo modo ſit pars ſacramenti pænitentiæ.d 445
Confeſſio ſacramentalis dupliciter poteſt conſiderari.a 455
Confeſſio ſacramentalis prærequirit examen.c 259
Confirmatio in bono dupliciter contingit.c 126
Confirmatus in gratia poteſt peccare in via venialiter.a.b. 113
Continentia triplex eſt.c 493
Contritio quid ſit.a.190.b.194.& ſeq.
Contritio an & quomodo iuſtificet ſine prævio examine conſcientiæ.d. 255.d.256.a 262
Contritio an & quomodo maior de mortalibus quam de venialibus.c.d.258
Contritio durat per inſtans & quare. a.b.d. 338
Contritio eſt diſpoſitio ad gratiam.a.b. 76.a.231.c.268.d.344.c.d 351
Contritio eſt donum Dei.d 188
Contritio eſt in beatis.c 191
Contritio eſt ſub præcepto.c.368.a.400.

Digitized by Google

& ſub præcepto naturali. d. 408. a. 410. & ſeq.

Contritio eſt vera pars ſacramenti. d. 453

Contritio & attritio conueniunt & differunt. a. 228. d. 229. d. 231

Contritio ex adiunctione gratiæ quomodo remittat pœnam temporalem. a. b. 52

Contritio habet efficientiam in ordine ad effectum ſacramenti. a. 721

Contritio includit propoſitum emendæ. a. 211. c. 216. & quodnam ſit hoc votum, implicitum an explicitum. c. 212. d. 214. a. 215. d. 216. b. 217. a. 221

Contritio non eſt æqualis ſatisfactio pro culpa. c. 73. a. 74. d. 75. c. 76. c. 72. b. 319. d. 345. d. 407

Contritio non eſt formaliter dolor ſeu triſtitia. a. 190. b. 191. & quomodo definiatur per dolorem. a. 194

Contritio non eſt ipſa remiſſio peccati et quomodo illam afferat. b. 42. c. 74. a. 268. d. 343. b. 345. c. 347. b. 350

Contritio non eſt maior aut minor de maiori aut minori peccato. c. a. 258. a. 259. d. 261

Contritio non eſt mera paſſio. a. 189. neq; timores incuſſi a. 194

Contritio non eſt poſterior gratia habituali. a. 74. d. 355

Contritio non eſt ratio formalis iuſtificationis. c. 349

Contritio non poteſt fieri in vnum peccatum quin feratur in aliud. a. 291. a. 294. & quo ſenſu poſſit concedi, poſſe ferri in vnum & non in aliud. b. c. 294. & ſeq.

Contritio non requiritur ſingularis ad ſingula peccata. b. 295. b. 297. a. 334

Contritio numquam informis. b. 230. et quomodo poſſit dici informis. b. 357

Contritio pertinet ad legem euangelicam. d. 194

Contritio quare dicatur dolor. d. 84. b. c. 193. a. 307. & quo modo illum contineat. b. 193

Contritio quem actum proprie dicat. b. 191. a. 192. b. 318. c. d. 320

Contritio quem amoris actum in ſe contineat. c. 305. b. 307

Contritio quomodo habeat votum ſacramenti pœnitentiæ. d. 350

Contritio quo modo poſſit dici iuſtificare, ſanctificare, &c. b. 351

Contritio quomodo producatur in homine. c. d. 336. an in inſtanti an ſucceſſiue. a. 336. 337. d. 339

Contritio reſpicit peccata præterita. a. 210. b. 215

Cōtritio ſēper habet gratiam adiunctā & quo modo. c. 348. a. 355

Contritio ſeparari poteſt a dolore. a. b. 193. b. 301

Contritio tollit pœnam æternam. d. 522. et aliquam temporalem. a. 523

Contritio vt pars ſacramenti concurrit in genere cauſæ efficientis inſtrumentalis ad gratiam producendā. c. 522

Contritio vt pars ſacramenti effectiue concurrit ad gratiam. d. 356. b. 458. a. 720. d. 321

Contritio vt ſit ex toto corde quid requirat. a. 312

Cōtritionis quid nominis. b. 187. & ſeq.

Contritionis actus an ex ſua natura ſit ſufficiens ad placandum Deum. b. a. 408

Contritionis actus non petit ſummum conatum. d. 310. b. c. 315

Contritionis actus quo modo comparari poſſit cum malo actu. c. 71. a. 72

Contritionis intenſio duplex. a. 317. & quæ ſufficiat ad illam. b. c. 317. d. 319. d. 324

Digitized by Google

d.324.d. 325
Contritionis obiectum quodnam ſit.d. 35.b.228 d. 229
Contritionis præceptum aliquando obligat per accidens, & quando. d.426.a 427
Contritionis præceptum diſpenſari, quid ſit.d. 412
Contritionis præceptum non eſt penitus indiſpenſabile.d.411.a. 412
Contritionis præceptum obligat per ſe ſtatim.d.416. & quale præceptũ ſit. b.418.d.419, & quando obliget. a. 426.a. 429
Contritionis præceptum pertinet ad præceptum charitatis.d 412
Contritionis quis ſit effectus formalis. a.b.75.a. 347
Correctio differri poteſt, quando.b. 419
Correctio non obligat ſtatim.c.419. nec quoties peccatum menti ocurrit.a. 424
Creatura libera habet capacitatem ad operationes ſupernaturales & quomodo.a. 167
Creatura nulla impeccabilis.a. 90. & ſeq.
Creatura poteſt concurrere ad creandũ. c.497
Creatura quam efficientiam habeat in ordine ad gratiam.c.d. 505
Creatura quare defectibilis.c.d. 89
Culpa remiſſa manet reatus pænæ.c.523

D

Dæmones & viatores reprobi quo differant.b. 104
Dæmones non agunt pœnitentiam quare.a.102 & ſeq.
Dæmonum voluntas ex ſe non eſt immutabilis.b. 101
Damnatus quomodo deſideret Deum non eſſe, & ſe eſſe Deum.d. 25
Deteſtatio peccati ex motiuo pure humano non iuſtificat.a. 223
Deteſtatio peccati non eſt actus elicitus virtutis pœnitentiæ.b. 34
Deteſtatio peccati pertinet ad charitatem quomodo.c.34.a. 37
Deteſtatio peccati propter metum gehennæ non iuſtificat per ſe.b. 227
Deteſtatio peccati quomodo pertineat ad pœnitentiam.b.35.a. 37
Deteſtatio peccati quo modo ſit in beatis.a. 126
Deus conſeruat omnia.a. 161
Deus eſt ex natura ſua immutabilis & impeccabilis.a.89.c. 99
Deus eſt qui expellit peccatum & illud remittit.a.44.c.47.a.c. 347
Deus eſt qui primò incipit in his, quæ ſunt ad ſalutem.a. 148
Deus neminem deſerit.c. 425
Deus non communicat cauſæ ſecundæ aliquid de nouo, &c.d. 163
Deus præſens eſt omnibus rebus.d. 161
Deus quare dicatur producere gratiã. d.157
Deus quare dicatur Zelotes. 204
Deus quo modo producat effectum ſine cauſa ſecunda.d. 162
Deus quo modo vtatur inſtrumento.c. 164.a. 166
Deus quo modo vtatur cauſis liberis, &c. 266
Deus quot modis operare poſſit.c. 164
Dei concurſus cum cauſis ſecundis qui. c.162.& ſeq.
Dilectio quid & quo modo ab amore diſtinguatur.d. 195
Dilectio Dei quot modis dicatur naturalis.b. 305
Dilectio Dei quot modis habeatur in hac vita.c. 304
Dilectio quæ ſit neceſſaria in hac vita.c. 304.a. 305
Dilectionis præceptum.a.304.c. 306

Di-

Diſtributio quid ſit.a. 60

Dolor de peccato quo modo inuoluntarius.c. 16

Dolor & triſtitia dupliciter conſiderari poſſunt.a.11.c. 297

Dolor non habendi deteſtationem de peccatis an ſufficiat ad Sacramentum. a.b. 302

Dolor quo modo ſequatur ex contritione.c. 301

Dolor rationalis bonus.b. 13

Dolor rationalis de peccato nunquam nimius.c. 302

Dolor reperitur in facultate ſenſitiua & in voluntate.b. 300

Dolor reperitur in parte intellectiua. b. 11

Dolor ſenſibilis non pertinet eſſentialiter ad contritionem.a.298.b. 301

Dolor ſenſitiuus & intellectiuus quid ſint.c. 11

Dolor ſenſitiuus & rationalis non ſemper coniunguntur.c. 299

Dolor ſenſitiuus magis pungit quam rationalis.a.b. 300

Dolor ſenſitiuus non ſemper coniungitur cum Pænitentia a. 11

Dolor vt ſit in voluntate quid requirat. a.16.d. 301

Doloris ſenſitiui actus bonus.d.14.a. 298

Doloris quæ ſint cauſa immediatæ.d. 302

Dona Spiritus Sancti an requirant ſubiectum gratum.b.c. 249

E

ECſtaſis, effectus amoris.d. 204

Ecſtaſis quotuplex ſit.d. 204

Efficientia duplex eſt, moralis & phyſica.c. 501

Electio verſatur circa poſſibilia.c. 21

Eleemoſyna quomodo pertinere poſſit ad Pænitentiam.c. 39

Eſau quare non ſit aſſecutus veniam peccatorum eſt.c. 16

Examen peccatorum non prærequiritur ad cõtritionem.d.255.d.256.c.257

F

FIdes fundamentum eſt.b. 159

Fides non fuit in Chriſto.d.116.a. 117.a. 118

Fides quomodo poſſit poni in Chriſto.c. 118

Fidei obiectum formale.a. 57

Fidelis quare deteſtari debet peccatum. a.140

Fidelitas quid ſit b. 60

Forma naturalis quomodo inducatur in ſubiectum.b. 336

Fortitudo quid ſit.a. 57

G

GRatia quid ſit.c. 60

Gratia adiuuans quæ ſit, & vnde dicatur ſic.a. 149

Gratia cooperans quæ dicatur.c. 149

Gratia creatur.c.456 b.c. 499

Gratia Dei primo incipit in bene operantibus.b. 148

Gratia Dei quomodo dicatur ſubſequẽs, concomitans, & cooperans.c. 148

Gratia duobus modis cõparatur.b. 520

Gratia eſt neceſſaria ad diſponendum hominem ad Sacramentum.a. 155

Gratia & peccatum quomodo pugnent. d.281.a.282.b.283.& ſeq.

Gratia habitualis eſt formalis remiſſio peccati.b. 75

Gratia habitualis non cadit ſub præcepto.d. 367

Gratia non concreatur, neque educitur ex ſubiecto.a.b. 499

Gratia permanens eſt principiũ operãdi ſupernaturaliter.d. 274

Gratia præueniens quæ ſit, & illius vis. b.147.& ſeq.

Gratia prima nunquam datur ex iuſtitia.

tia. b. c. 346
Gratia ſacramentalis, & gratis data habent quamdam proportionem b.c. 518
Gratia ſacramentalis quomodo diſtinguatur a gratia iuſtificante a. 517. d. 518. a. 519
Gratia diuiſio, qua ſit ex mente Auguſtini. d. 149
Gratia donum dupliciter infunditur. a. 264
Gratia excitātis natura & uis. d. 151
Gratia infuſio & remiſſio peccati quem ordinem habent inter ſe. a. 42. a. 43
Gratia infuſio quomodo prior ipſa contritione. c. 359
Gratia priuatio, quot includat. d. 279. a. 280
Gratia quis ſit effectus formalis a.b. 270 a.b. 350
Gratia ſubiectum in quo eſt Anima & quomodo. c. 498
de Gratia praeueniente, operante, & excitante. d.b. 141 & ſeq.
de Gratia ſubſequente, cooperante, & adiuuante. ibid.
ſub Gratia praeueniente, quae veniant. a. 150

H

HAbitus infuſus gratia non cadit ſub praecepto. d. 367
Habitus infuſus, vt ſic, quam vim habeat. c. 151. & ſeq.
Habitus quomodo concurrat ad producendum actus. d. 151. c. 353
Habitus dicunt ordinem eſſentialem ad actus. a. 28. b. 111. a. 112
Habitus ſſectiue concurrunt cum potentia. c.d. 180
Habitus morales infuſi ſupernaturales dantur. d. 128. b. 135
Habitus non ſunt in Deo. a. 8
Habitus quare ponantur in aliqua potentia. c. 48
Habitus ſpecificantur ab actibus, et obiectis. a. 28
Habitus ſunt in voluntate. c. d. 8
Habitus ſupernaturales non ſolum tribuunt poſſe ſed etiam actualem operationem potentiis. a. 159
Habitus Theologici dantur. d. 135
Homo attritus fit contritus. c. 241
Homo dicitur ſperare, amare &c. b. 46
Homo iuſtus iuſtitia Chriſti, quomodo. a. 277
Homo peccator, an poſſint reſtitui rectitudini naturali ſine ſupernaturali. c. 278
Homo poteſt appetere ſe immortalem, & impeccabilem eſſe. a. 26
Homo quacumque gratia non poteſt Deo ſatisfacere. a. b. 73
Hoſpitalitas, quid ſit. d. 60

I

IMpaenitentia alia materialis alia formalis, & quid vtraque b.c. 400
Imputationis nomen an admittendum b.c. 276
per Influentiam cōmunem quid intelligat Scotus. b. 145
Innocentes habuerunt habitum poenitentiae. c.d. 123
Innocentes quo diſtinguantur ab Adamo. b. 124
Inſtrumentum quid ſit b. 168
Inſtrumētū aliquādo operatur, vt inſtrumentum, aliquando vt cauſa principalis. d. 169
Inſtrumentum, vt ſic, tantum agit virtute alterius. c. 168. b. 178
Inſtrumenti actio duo habet. c.d. 175
Inſtrumenti ratio, quid requirat. a. 168
Inſtrumento quomodo deus vtatur. b. 510.
Inſtrumenta Dei quo diſtinguantur a caeteris inſtrumentis naturaliū agentium b. 510. & ſeq.

Digitized by Google

Ira quo diſtinguatur ab odio. d. 208. a. 209
Iudex Chartularius quis ſit. c. d. 476
Iuriſdictio duplex eſt. a. 475. c. 479
Iuriſdictio ſacerdotis tria hẽt. d. a. 476
Ius diuinum, & humanum differunt. b. 40
Iuſtificatur homo iuſtitia Chriſti, quomodo ſit intelligendum. a. 277
Iuſtificatio adulti quo differat à iuſtificatione paruuli. c. 106. a. 40
Iuſtificatio de facto fit per infuſionem gratiæ habitualis inhærentis. b. 267. c. 268. a. 270. a. 273. & ſeq. a. 274. & ſeq.
Iuſtificatio de potentia abſoluta poteſt fieri ſine infuſione gratiæ habitualis. d. 268
Iuſtificatio impij quatuor habet. a. b. 43
Iuſtificatio non fit per ſolam denominationem extrinſecam 264. Neque per actum contritionis aut dilectionis in Deum. a. 267
Iuſtificatio non petit ſingulares aut contritiones aut attritiones de peccato. b. 295
Iuſtificatio poteſt eſſe in inſtanti. a. b. 255. d. 261. a. 262
Iuſtificationis cauſa formalis. b. c. d. 349. a. b. 350
Iuſtitia quid ſit. d. 59. b. 60. b. 62
Iuſtitia an requirat diſtinctionem naturarum. b. 63
Iuſtitia an requirat perſonas diſtinctas. c. 63
Iuſtitia conſiſtit in medio rei per ſe. a. 82
Iuſtitia legalis, et iuſtitia priuata quid. b. d. 69. a. b. 70
Iuſtitia quare non inter patrem, & filium, inter virũ, & vxorem, inter ſeruum, & dominum. c. d. 62. a. c. 63
Iuſtitia quare non poteſt eſſe inter nos, & Deum. a. 62. a. 40
Iuſtitia quo diſtinguatur à cæteris virtutibus moralibus. a. 82
Iuſtitia requirit æqualem rationem dati, & accepti. c. 63
Iuſtitia reſpicit actiones, & perſonas. b. 72
Iuſtitia temperat, quæ accidũt circa lucrum. b. 81
Iuſtitia commutatiua, & vindicatiua actus. c. d. 27
Iuſtitiæ obiectum. a. b. 55
Iuſtitiæ partes integrales, ſubiectiua, poteſtatiua, quæ, & quomodo diſtinguãtur. c. 61. & ſeq. a. 62
Iuſtitiæ partes quot, & quales. d. 60. b. 61
Iuſtitiæ ſubiectum. c. 80. d. 82
ad Iuſtitiam, quæ virtutes reuocentur. b. d. 60

L

LAchrimæ non pertinent ad veram contritionem. d. 300
Liberalitas quid ſit. c. 60
Liberum arbitrium quomodo eleuetur ad actus ſupernaturales. b. 179
in Libero arbitrio tria cõſiderãtur. c. 179
Libido non eſt amor. c. d. 200
Lumen gloriæ eſt per modum habitus. a. 138
Lumen gloriæ poteſt ſuppleri à Deo. c. d. 129. a. b. 130
Lumen gloriæ quare neceſſarium ad videndum Deum. b. 130. a. 131
Lumen naturale, quid ſit. d. a. 404
Lumen naturale cognoſcit peccatũ deteſtandum, & quantum. c. d. 405
Lumine naturali, quæ cognoſcantur. b. 404. b. 405
Lutherus damnat actus doloris in pœnitentia. a. 14. b. 432
Lutherus tollebat liberum arbitrium. d. 156
Lutheranorum errores. b. 270

Mar-

Digitized by Google

M

MArtyrij actus quomodo iuſtificet.c. 294
Medij neceſſitas quæ ſit.d.367.a. 368
Meritũ ad Deum quid requirat.c. 363
Meritum de condigno cui innitatur.a. 363
Meritum de congruo an detur, & quodnam ſit.c.364.b. 365
Meritum de congruo & de cõdigno quo diſtinguantur.a. 362
Meritum de congruo innititur liberalitati Dei.d.361.c. 363
Meritum de congruo quam mercedem petat.a. 366
Meritoria actio quid requirat.d. 363.a.364
Miſericordia quid ſit.c. 60
Montanus negat Sacramentum pœnitentiæ.a. 432
Mos quid ſignificet.d. 78
Motio diuina quæ requiratur ad ſingulos actus,&c.a. 155
Motio diuina quare non requiratur tãquam diſpoſitio.d. 160

N

NAtura vnum dicitur prius alio, quomodo.c. 43
Naturalia non acquirunt habitus.b. 8
per Naturalem vim quid intelligat Scotus.a. 145
Nouatus negat Sacramentum pænitentiæ.a. 432

O

OBdurationis quotuplex cauſa. c. 103.a. 104
Obedientia quid ſit.b. 60
Obedientia cui opponatur formaliter.a. 45
Obiectum quale dicatur totale.d. 28
Obſeruantia quid ſit.b. 60
Obſtinatio Dæmonum & hominum peccatorum differũt.d. 103
Obſtinatio Dæmonũ vnde oriatur.a. 103
Obſtinatio quid includat.a.c. 102
Obſtinatio quid ponat.d.101.c. 102
Odiſſe nemo poteſt ſeipſum.c. 208
Odiſſe peccatum propter Deum quid? b.c.191.b. 192
Odium quid ſit.c.205.c.206.& illius obiectum.c.85.b. 207
Odium duplex.a.b. 207
Odium duplex,inimicitiæ & abominationis.c.32.a.207.& ſeq.
Odium & ira diſtinguuntur.c. 208.& ſeq.a.209.& ſeq.
Odium peccati eſt odium abominationis.b.33.b. 191
Odium peccati quomodo ſit actus negatiuus & quomodo poſitiuus.c. 37
Odium poteſt eſſe maius & minus multis modis.d. 320
Odij cauſa.a.207.& ſeq.
Operatio immanens quid habeat proprium.c. 85
Opus ex gratia factum habet vitam æternam quomodo.c.d. 408
Operis diuiſio ab Authore.b. 2
Opera ſunt in triplici genere.a.361. & in quibus ſit meritum.c. 364.a. 365

P

PAſſio quid ſit.b. 79
Pater quãdo poſſit vĩdere filiũ.a.63
Peccator non reſtituitur ad rectitudinẽ naturalem quin etiam ad ſupernaturalem.b.c. 278
peccator quam æqualitatem ponat cum Deo.a.b. 67
peccator quare & quomodo dicatur fieri magis peccator.a.288.a.b. 289
peccator quo expellat gratiam.b.c. 281
peccator quomodo ex vno peccato pertrahatur ad aliud.b. 241
peccator quomodo nollet peccaſſe.d.22.c.25
peccator vnde ſic dicatur.a. d.279.a. 280.

Digitized by Google

280.& ſeq.
peccatum quid ſit.b. 91
peccatum an cognoſcatur lumine naturæ contra legem Dei & naturæ.b. 405
peccatum eſt contra viſionē Dei.b.c. 333
peccatum in Spiritum Sanctum dicitur irremiſſibile.c. 472
peccatum magis deteſtandum quam pœna Inferni.a. 333
peccatum mortale pugnat cum confirmatione in bono.a. 127
peccatum mortale pugnat cum ſtatu innocentiæ.c.d.115.a. 116
peccatum nullum eſt quod pœnitentia non tollatur.d.425.a.d. 426
peccatum originale non eſt materia remota ſacramenti pænitentiæ.a.b. 468
peccatum poteſt nō remitti homini etiā contrito de potentia abſoluta.a. 348
peccatum proprium magis deteſtādum quam alienum.d. 334
peccatum pugnat cum Chriſto. d.117. a.118
peccatum quodcumque vel grauiſſimū poteſt pœnitentia tolli.a. 471
peccatum quomodo pugnet cum gratia. b.c.280.& ſeq.d. 281.a.282.& ſeq. b.283.
peccatum quomodo ſit magis deteſtandum omni alia re.b. 331
peccatum ſi occurrat memoriæ deteſtandum quomodo.b.215.& ſeq.
peccatū veniale an & quomodo pugnat cum ſtatu innocentiæ.c. 112.b. 113. c.114.b. 115
peccatum veniale non fuit de facto in Adamo.b.113.c.d. 114
peccatum veniale non repugnat cum cōfirmatis in bono.c. 127
peccatum veniale qua ratione tolleretur ſi fuiſſet in ſtatu innocentiæ.c.115.a. 116.
peccatum veniale quæ ſecum afferat.d. 114
peccatum vnum non remittitur ſine alio an de facto an de poteſtate Dei abſoluta.b.286.b.287.d.289.a.292. & ſeq.
peccatum vnum trahit ad aliud, quomodo.b.421.& ſeq.
peccati remiſſio non cadit ſub meritum de condigno.c.d. 346
peccati venialis effectus.c. 109
peccata euitari non poſſunt ſine gratia. c.d.422
peccata quomodo comparentur inter ſe. d.334
peccata ſi occurrant memoriæ deteſtanda.b.c. 430
peccata ſunt materia remota ſacramenti pœnitentiæ.b.468.c.d.469.& quænam.b.c.468.c.469.b.d. 470
pelagius tollebat gratiam.d. 156.& quot præterea errores habuit.b. 270
perſeuerantia eſt donum diſtinctum a gratia habituali.d. 159
perſeuerantia donum quid petat.b.159
perſona quæ meretur quid requirat.a 346
pietas quid ſit.b. 60
pœnitendi initium quomodo non ſit ex nobis.c.d. 158
Pœnitentia quid ſit.a.b. 7
Pœnitentia a qua potentia eliciatur.b.c. 85
Pœnitentia alia naturalis, alia ſupernaturalis.c. 139
Pœnitentia an & quomodo fuerit in B Virgine.a. 132
Pœnitentia an fuerit in Apoſtolis.b.127
Pœnitentia an fuerit in Chriſto & quæ? d.116.c.117.a.118.c.119.a. 121
Pœnitentia an fuerit in innocentibus.c. d.123
Pœnitentia an remaneat in Beatis, & quomodo.a.c.125.c.d. 126

pœ-

Digitized by Google

Pœnitentia continet dolorem, quem & quomodo per ipſum definiatur. littera, c. pagina 3. c. 4. b. 13. d. 38. a, b. 84
Pœnitentia dicitur baptiſmus lachrimarum, & laborioſus. littera. a. pagina. 15
Pœnitentia eſt adſoluendum debitum Deo. a. b, 47. b. 64
Pœnitentia eſt habitus infuſus & ſupernaturalis. d. 7. d. 12. b. 28. c. 48. 136. c. 137. a. 138
pœnitentia prior charitate littera. c. pagina. 185
Pœnitentia eſt virtus ſpecialis. c. 33. b. 39. b. c. 47
Pœnitentia ex ſe non repugnat eſſe in malis Angelis. a. 101
Pœnitentia naturalis & ſupernaturalis non reperitur in eodem homine. d. 189. a. 140. & ſeq.
Pœnitentia naturalis non eſt ſufficiens diſpoſitio ad gratiam. littera. b. pagina. 139
Pœnitentia non eſt Charitas, neque religio, neque iuſtitia vt ſic. littera. b. pagina. 57. a. 58. b. 34. c. 36. b. 62. a. 64. d. 54. d. 38. a. 59
pœnitentia non eſt pars ſubiectiua ſed poteſtatiua iuſtitia. littera. a. 64. et ſequentibus.
Pœnitentia non eſt virtus Theologica, ſed moralis. b. 51
Pœnitentia non habet medium rationis ſed rei. a. b. 54
Pœnitentia non reuocatur aut ad prudentiam aut ad temperantiam aut ad fortitudinem, ſed ad iuſtitiam, & quomodo. littera. a. pagina. 56. a. 57. a. 66
Pœnitentia ſpectat ad iuſtitiam punitiuam non ad diſtributiuam. b. 54 b. 58
Pœnitentia potuit in via eſſe in angelis, & quare. a. b. 105
Pœnitentia primo verſatur circa actiones, ſecundo circa paſſiones. c. 53. a. c. 55.
Pœnitentia proprie eſt virtus, & qua ratione. c. 11. a. 12. a. 20
Pœnitentia qua ratione deficiat à vera ratione virtutis. d. 20
Pœnitentia qua ratione ſit virtus generalis. c. 31. a. 32. b. 39
Pœnitentia, qua ſit proprie Sacramentum? b. 437
Pœnitentia quam æqualitatem ponat inter nos & Deum. littera. a. pagin. 64. & ſeq. 67
Pœnitentia quibus nominibus vocetur. b. 4.
Pœnitentia quomodo dicatur a Luthero & quid ſit ſecundum ipſum. a. pagi. 3. a. 9
Pœnitentia quomodo dicatur cauſa effectrix & diſpoſitiua. a. pag. 45. a. 46 a. 47
Pœniteniia quomodo dicatur effectiue expellere peccata. littera. c. pagina 44
Pœnitentia quomodo dicatur naſci ex timore ſeruili & filiali. littera. c. pagina. 160
Pœnitentia quomodo dicatur ſacrificium. c. 39
Pœnitentia quomodo feratur in peccatum præteritum. littera. c. pagina. 22. b. 409
Pœnitentia quomodo habeat Deum pro fine. b. 56
Pœnitentia quomodo imperet actum deteſtandi, & c. littera. b. c. pagina. ibi- d. c.

d.c.38.b.41.c.47.c. 48

Pœnitentia quomodo imperet actus religionis.littera,a. pagina.39.& ſequentibus.

Pœnitentia quomodo poſſit dici habere medium rationis.littera,c.54. & ſequentibus.

pœnitentia quomodo reſpiciat turpe factum.d. 17

pœnitentia quomodo vocetur ab Eraſmo.c.3.

pœnitentia repugnat actui beatifico.d. 125

pœnitentia reſarcit amicitiam Dei.d.pagina.57

pœnitentia Sacramentum quo diſtinguatur a cæteris Sacramentis. littera,c. pagina 439.b. 447. d.451.b. 452.c.d.521.a. 522

pœnitentia ſaltem pro peccato veniali poteſt poni.d.pagina. 105.b.109.c.d. 113

pœnitentia verſatur circa turpe factum præſens.c. 17

pœnitentia vt Sacramentum, habet ſuam compoſitionem.littera,d pagina.442.

pœnitentiæ actus conditionatus non ponit habitum aliquem.b.pagina.115. c.d.111

pœnitentiæ actus eliciti ex auxilio ſpeciali apti ſunt producere habitum pœnitentiæ & quem.littera,c.pagina. 142

Pœnitentiæ actus nunquam eſt ſine charitate.d. 185

pœnitentiæ actus poteſt elici ſine habitu eiuſdem.c. 140

pœnitentiæ actus quis ſecundum Caietanum.d. 26

pœnitentiæ actus ſemper ſunt a gratia. a.152

pœnitentiæ actus ſunt & a gratia & a libero arbitrio.b. 156

pœnitentiæ diſtractio nunquam bona.b. 424.& ſeq.b. 425

pænitentiæ habitus poteſt intendi.d.pag. 142

pænitentiæ nomen ambiguum eſt.d. pagina.5

pœnitentiæ nomen horrent hæretici. pagina.c.3

pœnitentiæ nomen multa ſignificat. pagina.d.5

pœnitentiæ nomen quomodo ab Auctore accipiatur.a. 6

pœnitentiæ quotuplex ſubiectũ & quodnam ſit proprium.littera,c.pagina. 76 b.c. 85

pœnitentiæ Sacramentum pro quo ſupponat.b.448.& principalius.b.d.449. a.450

pœnitentiæ Sacramentum ſecundum ſe totum habet plures partes.littera,d. pagina.452.& quas ibidem, & a. 453

pœnitentiæ Sacramenti definitiones.c. 448.a.449.c. 451

pœnitentiæ Sacramenti materia proxima quæ.c.443.& quæ materia ſit remota.d. 443

pœnitentiæ Sacramenti quænam ſit materia proxima,& quænam remota.a. 468

pœnitentiæ variæ deſcriptiones.littera, a.pag.6

pœnitentiæ virtutis actus quomodo concurrant ad pœnitentiam vt Sacramentum.c. 448

pœnitentiæ Virtutis quis ſit proprius actus,an ſit bonus & laudabilis.c.9. b. 12.a.22.b.33.a.36.b.38.d.39.c. 65.b

Digitized by Google

65.b. 185

pœnitentiam agere in cinere & fauilla quid ſit.c. 4

de Pœnitentia loquuntur ſcripturæ et ad illam nos hortantur. d.4.d.13.a.148.a 228

in pœnitentia lachrimæ ſunt laudabiles & an ingrediantur eſſentialiter ipſam.b. 15.a.16.a. 48

in pœnitentia qui actus diſtinguantur. a.36.c. 404

in pœnitentiæ Sacramento impoſitio manuum non eſt eſſentialis.littera,d. 444.a.445. neque ſignum crucis.b. 445

in pœnitentiæ Sacramento quæ compoſitio artificialis ſit.d.447.& quæ phyſica. ibid.

in pœnitentiæ Sacramento res & Sacramentũ,an & quid ſint. d.456.& ſeq. a.b.466

in pœnitentiæ Sacramento res, Sacramentum, & res & Sacramentum ſimul non neceſſario reperiuntur.c. 457.c. 466

poſſe peccare vnde oriatur.d. 89

potentia obedientialis quæ & quotuplex.c.163.& ſeq.& an dicat potentiã aliquam in effectum & quam ibidem & a. pagina. 164.& ſequentibus. a.175

potentia ſpecificatur per actus quomodo.b. 27

potentiæ obedientialis obiectum.b. 175. & ſeq.

potentiæ humanæ non dicuntur inſtrumenta Dei in ordine ad operationes vitales etiam ſupernaturales quas exercet per habitus infuſos.littera, c. pag.166

præcepti neceſſitas & medij quo diſtinguantur. littera, d.pagina. 367.a. 368

præcepta alia naturalia,alia poſitiua, et quæ ſint.b.c. 401

præcepta negatiua & affirmatiua quomodo obligent.b. 416

prudentia in quo formaliter conſiſtat.a. 56

pudoris metus bonus & vtilis. d.pagin. 160

Q

QValitates ſpirituales an ponãtur in prædicamento, & in quo.c.68. a.69

Qualitates ſpirituales & naturales an conueniant vniuoce. littera, b. pagina.499

Qualitates ſpirituales infunduntur à Deo,&c.b. 499

R

REctitudo naturalis & ſupernaturalis quid ſint.c. 278

Rectitudo naturalis ſubordinatur ſupernaturaliter.c.d. 278

Religio quomodo reſpiciat cultum Dei. a.40.a. 65

Religio vnde dicatur.b. 27

Reſtitutionis obligatio vnde naſcatur. c.d.418

Reſtitutionis omiſſio an ſemper peccatum.a. 418

Digitized by Google

S

Sacerdos quomodo dicitur in Sacramento pœnitentiæ remittere peccata.c. 522

Sacerdotes a quo nam habẽt immediate auctoritatem abſoluendi, littera.d. pagina. 476. b. 477. & ſeq.c.480.a. 481

Sacerdotes habent iuriſdictionem abſoluendi a peccatis in ordinatione, & quomodo illam habeant. littera, d. 476.a.477.& ſeq. d.478.b. 480

Sacerdotes in abſoluendo quare dicant Abſoluo te.a.488.& ſeq.non ſic in Sacramento extremæ vnctionis ibid.c. d.488.c.d.489.a.b. 490

Sacerdotes in Sacramento pœnitentiæ vere remittunt peccata.a.b. 487

Sacramentum an definiri poſſit.a.434. & ſeq.

Sacramentum dicitur ad Sacramenta nouæ legis & veteris.littera, d.434. & quomodo, an vniuoce an Analogice. a.435.& ſequentibus d.436. b.440

Sacramentum duplicem habet compoſitionem.c. 441

Sacramentum, eſſe vſitatum nomen. a. 433.& ſeq.

Sacramentum non eſt omnis pœnitentia exterior.a. 437

Sacramentum pœnitentiæ componitur materia & forma.d. 442

Sacramentum pœnitentiæ habet actionis forenſis rationem.littera,d.pagina.446

Sacramentum pœnitentiæ quibus nominibus vocetur.littera,b. pagina.437. & ſeq.

Sacramentum pœnitentiæ quo diſtinguatur a baptiſmo.c.439.& a cæteris.b. 447

Sacramentum pœnitentiæ quod nam ſit d.437

Sacramentum quam compoſitionem phyſicam habeat. d.441.a.442.c.d. 447

Sacramentum quomodo ſit vnum. d. 455

Sacramentum vnumquodque habet ſuum proprium effectum. littera, c. 517

Sacramenti ratio tria petit.littera, a. 438

in Sacramento duo ſunt opera.b.c. 220

in Sacramento tria diſtinguuntur. d. 456

Sacramenta an ſint inſtrumenta Dei an Chriſti.d. 504

Sacramenta continere duobus modis intelligitur.a.b. 492

Sacramenta duplicem habent materiam.d. 467

Sacramenta & vt inſtrumenta Dei, & vt inſtrumenta Chriſti poſſunt conſiderari.c. 504

Sacramenta nouæ legis an omnia conferunt primam gratiam.b.516.& quomodo.d. 516

Sacramenta nouæ legis conferunt & augent gratiam. littera, d. pagin.515. a.516

Sacramenta quare dicantur emanaſſe ex latere Chriſti.b. 515

Sacramenta quare in rebus ſenſibilibus inſtituta ſint.d. 445

Sacramenta quomodo contineant gratiam.b.c.d.pagina. 492.a.493.& ſequent.b. 495

Sacramenta quomodo efficienter concur-

cur-

currant ad gratiam. a. pagina. 498. d.501
Sacramenta quomodo inſtrumenta phyſica ad producendam gratiam.a.b. 507.a. 513
Sacramenta quomodo producant gratiam.b.502.a.d. 506
Sacramenta veteris & Sacramenta noua legis poſſunt comparari inter ſe multis modis.a. 436
Sacramenta veteris legis imperfecta & quare.a. 437
ad Sacramentorũ effectum quot concurrant.a.b. 519
Sacramentorum efficientia moralis quæ ſit.d. 506
Sacramentorum formæ non ſunt preces nec ſupplicationes, &c. littera, d. pagina.490
Sacramentorum quænam ſit illa virtus productiua.a. 512
Sacramentorum vis eſt ex meritis Chriſti.b. 513
in Sacramẽtis eſt virtus productiua gratiæ.b. 510
Sacrificia legis ſcriptæ non valebant ad expianda peccata.a. 261
Satisfactio Chriſti quomodo ſimpliciter neceſſaria.a. 73
Satisfactio creaturæ ad Deum quæ?c.d. 37
Satisfactio perfecta quid petat. littera, b.72
Satisfactio quomodo pertineat ad Sacramentum pœnitentiæ. littera, a. pagina.454
Satisfactio vnde oriatur. littera, b. pagina.40
Satisfactionis diuinæ & humanæ non eadem ratio.c. 36
Scientia totalis quomodo dicatur vna. littera, b.80
Scriptoris munus quale.a. 1
Scriptura ſacra nos hortatur ad actus bonos.a. 14
Scriptura ſacra nos hortatur ad pœnitentiam.d. 13
Seruus dicitur inſtrumentum ſui domini.b. 63
Signum quid ſit.b. 445
Similitudo eſt cauſa amoris.c. 202
Spes non eſt in Chriſto, & quomodo poteſt poni.d.116.a.117.a.c. 118
Subiectum receptiuum habitus tria requirit.a. 8
Suarij probabilis ſententia quod voluntas poſſit dici inſtrumentum cum operatur ex habitibus infuſis. d.167. 168.169.170

T

Temperantia quid ſit b. 65
Temperantia acquiſita quo diſtinguatur ab infuſa.a. 135
Temperantia in quo ſubiecto ſit b. 82
Tentationes an vincantur ſine gratia. b.c.130
Timor quid & quotuplex.a. 242
Timor an ſit donum Spiritus ſancti. a. 248.b. 249
Timor caſtus ſeu amicalis ſeu filialis, quid, & quo diſtinguatur ab alijs. b. 245.a. 250
Timor filialis an ſit neceſſarius ad iuſtificationem.a.b. 160
Timor filialis manet in patria.b.350. an manet in Chriſto & in beatis.b.c. 250
Timor gehennæ an & quomodo ſit ſufficiens diſpoſitio ad Sacramentum. b.251

Ti-

Timor initialis quid, & quo diſtinguatur a filiali.c. 250
Timor mundanus quid, & quo diſtinguatur a ſeruili.c.242.d. 249
Timor mundanus an excludat voluntatem peccandi.c.d. 243
Timor mundanus an ſemper ſit peccatum mortale.a. 244
Timor mundanus an ſit malus.d. 250
Timor mundanus aſſimilatur hiemi.b. 243
Timor naturalis quid ſit, & an ſit malus.a.244.
Timor quomodo ſit initium noſtræ iuſtificationis.a.b.160.a. 249
Timor ſeruilis quid, & an ſit malus.a.242.b. 245
Timor ſeruilis vtilis & honeſtus.d.159 a 231.a. 248
Timoris ſeruilitas mala.a.245.c. 249
Triſtitiæ quæ ſint cauſæ immediatæ.d. 302

V

Verecundia an ſit virtus ex ſententia Ariſtotelis.a. 19
Verecundia commendanda in iuuenibus a.19
Verecundia cur frequentior in iuuenibus quam in ſenibus.c. 20
Verecundia virtus, & quare.b.19.a. 20
Verecundiæ obiectum.b. 17
Veritas quid ſit.c. 60
Vindicatio quid ſit.d. 60
B.Virgo habuit virtutes omnes.d. 121
Virgo non habuit habitum pœnitentiæ.c.121
Virgo non habuit Sacramentum pœnitentiæ.c. 122
B.Virgo nullum habuit peccatum actuale, neque fomitem peccati.a.120.c.121.a.b. 122
Virgo quem gladium fuerit paſſa.c.d. pag.120
Virgo quo differat a Christo quoad capacitatem peccati.b. 122
Virgo quomodo paſſa ſit ſpaſmũ.b.c. 123
Virginis priuilegium in quibus conſiſtat.a. 122
Virtus acquiſita ad quem finem tendat a.134.
Virtus an ponatur in prædicamento qualitatis.a. 80
Virtus Cardinalis quare ſic dicatur.c. 107
Virtus habet duplex obiectum.c.d. 50
Virtus infuſa alia Theologica, alia moralis.c. 50
Virtus infuſa per ſe & infuſa per accidens quæ c. 128
Virtus infuſa quare dicatur ſuperioris ordinis.d. 134
Virtus moralis alia circa paſſiones alia circa operationes.b. 107
Virtus moralis an conſiſtat in medio extremorum.d. 54
Virtus moralis dicit collectionem habituum.c.d. 79
Virtus moralis eſt in homine per modũ habitus.c.134.c.137.a. 138
Virtus moralis eſt in potentia libera.b. 81
Virtus moralis & Theologica quo diſtinguantur.d. 50
Virtus moralis qua ratione habeat rationem virtutis.a.b. 78
Virtus moralis quæ ſit & unde dicatur c.d.78.b. 80
Virtus moralis quid intrinſece petat. b.c.78
Virtus moralis verſatur circa voluptates

tes & dolores.c. 81
Virtus non excludit omnem inclinationem ad malum.b. 18
Virtus non facit hominem indefectibilem.d.19.a. 88
Virtus nulla vera ſine charitate.e. 31
Virtus, quæ dicatur generalis.d. 30
Virtus Theologica an aliqua verſetur circa paſſiones.a. 53
Virtus Theologica dicitur infuſa per ſe d.105
Virtus Theologica immediate verſatur circa Deum.c.50.c.d. 51
Virtus Theologica per ſe non verſatur in medio rationis.a. 53.& ſequentibus.
Virtus Theologica quomodo poſſit habere medium rationis.a. 53
Virtutis definitio.d. pa.g 11.a. 12.a.9.b. 79.b. 80
Virtutis diuiſio in moralem, intellectualem,&c.c. 105
Virtutis ſubiectum immediatum.b.82. a.85
in Virtute Theologica quomodo poſſit habere exceſſum.d. 53
Virtutes acquiſitæ & infuſæ differunt quoad ſubſtantiam actus.a. 135
Virtutes morales infuſæ non poſſunt negari.b. 135
Virtutes quid habeant commune inter ſe.b. 85
Virtutum moralium diſtinctio vnde petatur.c. 78
Viſio beatifica fit ab intellectu informato lumine gloriæ.d. 180
Viſio beatifica poteſt fieri ſine lumine. gloriæ.c.129
Viſus obiectum totale a. 29
Vitalis cauſa an poſſit eſſe inſtrumentum reſpectu ſuorum effectum vitalium.littera.b.pagina. 171.a.172.& ſequent.
Voluntas alia deſiderij alia complacentia.a. 21
Voluntas alia efficax alia inefficax.a.pagina.21
Voluntas an poſſit eſſe de impoſſibili, & quomodo.littera b.pagina.21.b.24.a.25
Voluntas conditionata an verſetur circa impoſſibile. littera. a. 25
Voluntas condicionata duplex.d.pagin. 23.b.24
Voluntas efficax reputatur pro facto.a. 24.
Voluntas efficax ſatisfaciendi Deo quid includat.b. 33
Volūtas eodem modo ſe habet ad Deum quomodocunque operantem.d. 177
Voluntas eſt potentia indeterminata. b.c.88.a 89
Voluntas eſt principalis cauſa ad effectus ſupernaturales. b.177.& ſeq.c. 178.a.180.a. 181
Voluntas ex ſe non eſt ordinata ad malum.d. 87
Voluntas habet potentiam obedientialem ad actus ſupernaturales.littera d.pagina.170.a.171.& ſequentibus. b.174
Voluntas habet potentiam obedientialem ad ſupernaturalia. littera.a. 8
Voluntas habet potentiam remotam ad actus ſupernaturales.littera.a.pagina.181
Voluntas non neceſſitatur habitibus. a. 100
Voluntas nullam habet potentiam perfectam ad actus ſupernaturales. b. 182
Voluntas quare defectibilis.littera.d. pag.

Digitized by Google

pag.91
Voluntas quare dicatur appetitus rationalis.c. 82
Voluntas quo differat a ſenſu.a.pagina. 88
Voluntas quomodo feratur circa peccatum præteritum.b. 22
Voluntas quomodo poſſit dici inſtrumentum Dei, *& qua ratione.b.* 160. *& ſeq.*
Voluntas quomodo reſpiciat actus naturales, & quomodo ſupernaturales.d. 180
Voluntas quot modis poſſit aliquid appetere.c. 23
Voluntas vnde propenſa ſit ad malum. d.87.*a.* 88
Voluntatis actiones quomodo dicantur. b.c.53
Voluntatis actus quare durare poſſint per inſtans.a. 338
Voluntatis obiectum. litteris,b.c.pagin. 88.*d.* 24
Voluntati adeſt regula. littera.c.pagin. 89
*in Voluntate indifferentia eſt formaliter,in intellectu radicaliter. littera.a pag.*89

Z

ZElus eſt effectus amoris. littera.c.pag. 204

FINIS.

IN-

INDEX AVCTORVM OMNIVM, QVI IN HOC OPERE de Pœnitentia Virtute continentur.

A

Abulenſis
Adrianus
Alanus Cardin.
Albertalus.
Albertus Magnus.
Alexander.
Alexander Halenſis.
Almaynus.
Alfonſus à Caſtro.
Altiſſiodorenſis.
S. Ambroſius.
Andreas Vega.
Angelus.
S. Anſelmus.
S. Antoninus.
Antonius Andreas.
Antonius Cordubens.
Archidiaconus.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Armacanus.
S. Athanaſius.
Auctor de ver. & fal. Pœnit.
S. Auguſtinus.
Aureolus.

B

Baldus.
Baptiſta Bottarellus.
Bartholomæus Medina.
S. Baſilius.
Vener. Beda.
S. Bernardus.
S. Bonauentura.
Buridanus.

C

Cardanus.
Caietanus.
Caſſianus.
Caſtro
Catechiſmus.
Crhyſologus.
Cicero.
Clemens Alexandrin.
Clemens Roman.
Concil. Africanum.
Concil. Araxican.
Concil. Baſileenſi.
Concil. Carthaginen.
Concil. Conſtantien.
Concil. Florentin.
Concil. Mileuitan.
Concil. Moguntinum.
Concil. Pariſien.
Concil. Triden.
Concil. Viennenſe.
Contarenus.
Cornelius.
Coſmas Philiarchus.
S. Cyprianus.
Cyrillus Alexandrin.
Cyrillus Hieroſolymit.

D

S. Damaſcenus.
Daniel Mallonius.
Didacus Aluarez
Didacus Couarruias.
Didacus Nugnus.
Dionyſius Areopag.
Dionyſius Carthuſ.
Dominicus Bannes,
Dominicus Sotus.
Driedon.
Durandus.

E

Egidius.
Emanuel Rodriquez.

S.Epi-

pag.91

Voluntas quare dicatur appetitus rationalis.c. 82

Voluntas quo differat a ſenſu.a.pagina. 88

Voluntas quomodo feratur circa peccatum præteritum.b. 22

Voluntas quomodo poſſit dici inſtrumentum Dei, & qua ratione.b. 160. *& ſeq.*

Voluntas quomodo reſpiciat actus naturales, & quomodo ſupernaturales.d. 180

Voluntas quot modis poſſit aliquid appetere.c. 23

Voluntas vnde propenſa ſit ad malum. d.*87.a.* 88

Voluntatis actiones quomodo dicantur. *b.c.*53

Voluntatis actus quare durare poſſint per inſtans.a. 338

Voluntatis obiectum. litteris,b.c.pagin. 88.*d.* 24

Voluntati adeſt regula. littera.c.pagin. 89

*in Voluntate indifferentia eſt formaliter, in intellectu radicaliter. littera.a pag.*89

Z

ZElus eſt effectus amoris. littera. c.pag. 204

F I N I S.

IN-

INDEX AVCTORVM OMNIVM, QVI IN HOC OPERE de Pœnitentia Virtute continentur.

A

Abulenſis
Adrianus
Alanus Cardin.
Albertalus.
Albertus Magnus.
Alexander.
Alexander Halenſis.
Almaynus.
Alfonſus à Caſtro.
Altiſſiodorenſis.
S. Ambroſius.
Andreas Vega.
Angelus.
S. Anſelmus.
S. Antoninus.
Antonius Andreas.
Antonius Cordubens.
Archidiaconus.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Armacanus.
S. Athanaſius.
Auctor de ver.& fal.Pœnit.
S. Auguſtinus.
Aureolus.

B

Baldus.
Baptiſta Bottarellus.
Bartholomæus Medina.
S. Baſilius.
Vener.Beda.
S. Bernardus.
S. Bonauentura.
Buridanus.

C

Cardanus.
Caietanus.
Caſſianus.
Caſtro
Catechiſmus.
Crhyſologus.
Cicero.
Clemens Alexandrin.
Clemens Roman.
Concil. Africanum.
Concil.Araxican.
Concil.Baſileenſi.
Concil. Carthaginen.
Concil. Conſtantien.
Concil. Florentin.
Concil. Mileuitan.
Concil. Moguntinum.
Concil.Pariſien.
Concil. Triden.
Concil. Viennenſe.
Contarenus.
Cornelius.
Coſmas Philiarchus.
S.Cyprianus.
Cyrillus Alexandrin.
Cyrillus Hieroſolymit.

D

S. Damaſcenus.
Daniel Mallonius.
Didacus Aluarez
Didacus Couarruias.
Didacus Nugnus.
Dionyſius Areopag.
Dionyſius Carthuſ.
Dominicus Bannes.
Dominicus Sotus.
Driedon.
Durandus.

E

Egidius.
Emanuel Rodriquez.

S.Epi-

S. Epiphanius.
Euſebius Cæſarienſ.
Euthimius.

F

FErrarienſis.
Fracaſtorius.
Franciſcus Cumel.
Franciſcus Maironius.
Franciſcus Sayrus.
Franciſcus Tolet. Card.
S. Fulgentius.

G

GAbriel
Gabriel Vaſquez.
Gloſſa Iuris Canonici.
Gratianus.
Gregorius Ariminenſ.
Gregorius de Valentia.
S. Gregorius Magnus.
S. Gregorius Nazianzenus.
S. Gregorius Niſſenus.
Gregorius Sayrus.
Guglielmus de Rubione.
Guglielmus Pariſienſ.

H

HEnricus a Gandauo.
Henricus Henriquez.
Herueus.
S. Hieronymus.
S. Hilarius.
Hoſtienſis.

I

IAcobus de Graffis.
Iacobus Simancas.
Iandunus.
Ianſenius.
Innocentius PP. III.
Innocentius PP. IIII.
Ioannes Canonicus.
Io. Capreolus.
S. Io. Chryſoſtomus.
Io. de Baſſolis.
Io. Maldonatus.
Io. Medina.
Io. Petrus Gluſſianus.
Io. Scotus.
Io. Viguerius.
S. Irenæus.
Iſidorus.
Iuſtinus Martyr.

L

LActantius Firmianus.
S. Leo Papa.
Leonardus.
Ludouicus Molina.

M

MAcrobius.
Magiſter Sentent.
Maior
Marſilius.
Marſilius Ficinus.
Martinus Alph. de Viu.
Martinus Ledeſma.
Martinus Nauarus.
Melchior Canus.
Michael Medina.
Michael Salonius.
Mirandulanus.

N

NIcephorus.
Nicolaus de Lyra.

O

OKam
Oldradus.
Origenes.

P

PAlacius.
Panormitanus Ab.
Paulus Venetus.
Petrus de Aragona.
Petrus de Palude.
Petrus Sotus.
Philoponus.
Piſanella Summa.
Plato.
Porphyrius.
Proſper.

Ra-

R

RAbanus.
Richardus.
Richardus Taper.
Robertus Bellarmin. Cardin.
Roſſenſis.
Roſella Summa.
Ruffinus.
Rupertus Abbas.

S

SCaliger.
Sebaſtianus Barradius.
Silueſter.
Socrates.
Soncinas.

T

TAbiena Summa.
Tartaretus.
Tertullianus.
Theodoret.
Theophilactus.
S. Thomas.
Thomas de Argentina.
Thomas Vualdenſis.
Trombetta

V

VAſquez.
Vgo de Sancto Charo.
Vgo de Sancto Victore.
Victoria.
Vlpianus.
Vrbanus Secundus.

Z

ZAbarella.
Zimara.

FVit de mandato mei infraſcripto diligenter lectus, & examinatus præſens hic liber de Pœnitentia Virtute Reuer. Adm. P. Magiſtri Fratris Hieronymi Onuphrij, Romani Congregationis Feſſulani Sancti Hieronymi Publici Lectoris Studij Bononien. & libente animo impreſſioni admiſſus, &c.

Frater Ioan. Dominicus Vignutius Magiſter & Generalis Inquiſit. Venetiar.

Digitized by Google

Errata grauiora, quæ nullum, vel alienum ſenſum reddere poſſunt, ſic corrige.

pag.	lit.	Errata	Corrige
4	B	*Cinere*	*Cinere*
10	D	*poteſtatem*	*peccatum*
13	B	*concederes*	*contraheris*
18	C	*quamuis*	*quatenus*
21	C	*quamuis*	*quatenus*
22	A	*quamuis*	*quatenus*
25	C	*ſententiarum*	*contra gentes*
27	C	*quamuis*	*quatenus*
27	B	*re*	*res*
31	A	*monere*	*mouere*
41	A	*appetiti*	*oppoſiti*
45	B	*diſponitur*	*diſponit*
68	A	*reſpondetur*	*reſpondet*
73	B	*aſſenſum*	*aſcenſum*
86	B	*nec*	*hac*
86	C	*poterit*	*potuit*
97	A	*conueniat*	*conuineat*
99	D	*ſuam*	*ſecundum*
109	D	*cornatum*	*ornatum*
120	D	*creatione*	*viſione*
124	D	*ſit*	*ſi*
129	C	*homine*	*lumine*
130	B	*ſecundo*	*ſcilicet*
130	C	*hominis*	*luminis*
130	A	*conſequitur*	*conſequenter*
130	B	*valet*	*velit*
131	D	*aliter*	*hactenus*
134	B	*ſcilicet*	*ſimul cum*
134	A	*intrinſecum*	*intrinſece*
141	A	*poſterius*	*poſterior*
144	D	*ecce*	*eſſe*
178	A	*operando*	*operandi*
191	B	*directum*	*dilectum*
196	C	*aſſeritur*	*aſſerit*
222	A	*intentionem*	*intenſionem*
222	C	*inuiſibiliter*	*inuincibiliter*
225	C	*inuiſibiliter*	*inuincibiliter*
241	D	*ergo*	*qui*
257	B	*vita*	*in voto*
276	C	*antequam*	*nunquam*
277	A	*Sotus*	*Scotus*
290	A	*eccitari*	*euitari*
300	A	*peccatorum*	*peccatores*
300	A	*ommiſſo*	*commiſſo*
314	D	*in hac*	*in hac vita*
318	C	*conſilium*	*conſequenter*
322	B	*Suarius*	*ſuauius*
333	A	*aut*	*autem*
419	C	*non ſit*	*non ſic*
427	C	*peccatur*	*peccator*
449	C	*Dei*	*rei*
489	A	*ſua*	*ſiue*
497	A	*rerum*	*verum*

Alia vero errata, ſcilicet litteras, ſeu ſyllabas ſuperfluentes vel deficientes, vel tranſpoſitas, quæ nulla vel imperfecta reddunt verba, diligens quiſque Lector per ſe aduertere poterit, & ad verũ & legitimum reducere ſenſum.

DE PAENITENTIA VIRTVTE TRACTATVS.

Auctore

FR. HIERONYMO ONVPHRIO ROMANO,

Ex Congregatione Feſſulana Sancti Hieronymi, Theologō Collegiato,

Et in celeberrimo Bononienſi Archigymnaſio ſacrarum litterarum Profeſſore, ac Sanctiſs. Inquiſitionis Bononiæ Conſultore.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUEL.

QVONIAM Scriptoris munus eſt, non ſolum optimam, ac ſanam doctrinam tradere, obſcura illuſtrare, abdita pandere, ac demum difficultates tollere; ſed etiam pijs Lectoribus fontes indicare, è quibus ipſi egregiam doctrinam haurire poſsint; ideo Auctores primo loco indicabimus, qui de hac materia, de quo ſumus di-
A ſputaturi, conſcripſerunt, ac fuſius tractarunt.

Tractant igitur de Pænitentia Virtute, tum Scholaſtici, tum Canoniſtæ, tum Summiſtæ. Magiſt. in 4. diſtinct. 14. S. Thom. tum in 4. diſtinct. 14. quæſt. 1. 2. & 3. tum 3. par. quæſt. 85. & ibidem. *Auctores qui tractant de Pænitētia Virtute.*
B Caietanus, & in Summa cond. 12. Scotus in 4. diſtinct. 14. quæſt. 3. & 4. Durandus ibidem quæſt. 1. 2. & 3. Capreolus ibidem quæſt. 1. Alenſ. 4. par. quæſt. 54. Altiſsiodor. libro 4. Summ. Theolog. tract. de

Digitized by Google

Pænitentia. Maior. in 4. diſtinct. 14. quæſt. 2. Gabr. ibidem. Palud. ibidem quæſt. 2. Albert. Magn. in 4. diſtinct. 14. S. Bonauent. ibidem a. 1. quæſt. 2. Richard. ibid. quæſt. 1. art. 1. & 2. Maior ibidem quæſt. 10. Scotus ibidem. Canus Relect. de Pænitentia. S. Antonin. 3. parte titul. 14. à capit. 17. Viguerius de Pænitentia. Ioann. Medina C. de Pænitentia. Barthol. Medina in ſua Summa. Ledeſma 2. part. quæſt. 2. Piſanella, Roſella, Angel. Silueſter. Tabiena, Armil. & alij Summiſtæ communiter, vel verbo Confeſsio, vel verbo Pænitentia, vel verbo Contritio. Nauar. in Manual. cap. 1. 2. & 3. Illuſtriſs. Toletus lib. 3. Inſtruct. Sacerd. Illuſtriſs. Belarm. de Pænitentia. Pietro Giuſſano in ſuo libello, Italice conſcripto, nel Dialogo primo della Contritione. Emanuel Rodriquez libro 1. Caſ. conſcien. cap. 48. Baptiſta Bottarel. in tract. de effic. contrit. Suarius in 3. par. D. Thom. quæſt. 85. Didacus Nugnus in eamd. 3. part. D. Thom. quæſt. 85. Coſmus Philiarchus li. 2. de Sacramento pęnitentię cap. 18. & alij.

A

Pænitētia dupliciter accipitur.

Et quoniam pænitentiæ nomen ex omnium ſententia dupliciter poteſt accipi, primo, vt virtus eſt: ſecundo, vt eſt Sacramentum, nos in hoc Opuſculo ſolum agemus de pænitentia, vt virtus, non vt Sacramentum eſt. Verum, quia ad pænitentiam, vt virtus, ſi ſit efficax pertinet contritio: Contritio autem reperitur, & extra Sacramentum actu ſuſceptum, & in ipſo Sacramento: ideo de illa ſecundum vtramque conſiderationem diſſeremus.

B

De quibus ſit diſputandum, & de ordine ſeruando.

Vnde tres in hoc Opuſculo inſtituemus diſputationes; in quarum prima diſputabimus de pænitentia virtute; in altera de Contritione ſecundum ſe; in poſtrema de eadem Contritione in ordine ad Sacramentum; & priorem quidem diſputationem in tres ſecabimus Sectiones; & in priori quidem Sectione agemus de pænitentia Virtute ſecundum ſe;

C

in ſecunda, de ſubiecto eiuſdem; in tertia denique, de eadem pænitentia relata ad aliud; & ſic altera pænitentiæ conditio, quam iam diximus eſſe lachrimabilem, & de qua in ſuperiori Opuſculo, iam à nobis in lucem dato, promiſimus tractare; erit pro viribus tractata.

Finis huius Opuſculi.

DISPV-

Digitized by

DISPVTATIO PRIMA.

De Pænitentia Virtute.

SECTIO PRIMA.

De Pænitentia Virtute ſecundum ſe.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid ſit Pænitentia Virtus.

QVONIAM ex communi Peripateticorũ ſententia, in vnaquaque ſcientia debemus prius præcognoſcere (ſi tamẽ ordo doctrinæ ſeruandus ſit) quid nominis rei, de qua eſt quæſtio, quam eiuſdem rei eſſentiam, ac definitionem inueſtigare; & hanc prius, quam ad paſsiones venire; ideo nos hunc eumdem ordinem ſeruaturi. Primò quid nominis Pænitentię, tum eiuſdem eſſentiam, ac quidditatem, vltimo alia omnia, quæ illi poſſunt accidere explicabimus. Vt igitur rem ipſam aggrediamur

Not. Primo. Hæreticos noſtri temporis ita nomen Pænitentię odiſſe, vt propterea loco illius poſuerint reſipiſcentiam, ſic enim vertunt verbum Gręcum *μετάνοια* & Eraſmus quidem nihil aliud ſonare dicebat Pænitentiam, quam quod Latini habent, poſte-

A rius conſilium tenere; Lutherus vero, qui cum probet Pænitentiam eſſe reſipiſcentiam, addit tamen nihil in illa durum, nihil aſperum contineri, vt inter alios referunt Melchior Canus part. 1. Relect. de Sacram. Pænitentiæ, & Illuſtriſsimus Belarmin. lib. ſecundo de Pænitentia cap. 4. ita vt

B voluerit Lutherus, Pænitentiam nihil eſſe aliud, quam nouam quamdam nouæ vitæ cupiditatem, atque amorem; quorum hæreticorum ſectatores adhuc fuiſſe in Hiſpania, ſed reiectos, ſed damnatos, teſtatur Didacus Nugnus in 3. par. D. Thom. q. 85. art. 1. Sed quidquid ſit de Hæreticis, contra quos agere nunc non

C intendimus, illud certum eſt, Pęnitentiam, tam in Hebraica, quã in Græca, & Latina lingua continere dolorem quemdam, ita vt Pænitere, aut nihil ſit aliud, quã pænam tenere, vt habet Auctor de ver. & fal. pænit. & refertur de Pænit. diſt. 3. can. Pænitentia, & affirmant Hoſtien. libr. 5. de

Quid Pænitẽtia cõtineat in ſe.

Auct. de ver. et fal. pæn.

pæn.& remiſſ.§. quid ſit Pœnitentia.S. Antonin.3.par.titu.14.c.17. §.ſecundo. Naua. in ſuo Præludio c.decimo, & Illuſtriſs. Belarm. lib. primo de Pęnit. ca. 7. in fine; aut prius factum, ſeu quod antea placuit, diſplicere, vt habent Domin. Sotus in 4.diſt.14.q.1.art.1 Bottarel. tract.2. de offic.contrit. cap.8. aut nolle feciſſe, quod iam factū eſt, vt habet Nauarr. loco citato, aut denique retractare prius factum, vt habet Suarez in 3.p.q. 95. diſput. ſecunda, ſect. prima, numero ſecundo, quamquam hæc omnia pro eodem accipiantur: Vnde pœnitentia aliquando nomine doloris, aliquando nomine gemitus, aliquando nomine compunctionis, aliquando alijs, & alijs nominibus, quę dolorem, & diſplicentiam includunt, exprimitur, vt dicemus in ſecunda diſputatione, vt merito dixerit S. Auguſtinus libro de Pœnitentiæ medicina initio, *neminem poſſe vitam nouam inchoare, niſi eum ſuperioris vitæ pœniteat*, quo loco, verbum Pœnitere, dolorem, & diſplicentiam includit, id quod Sacræ ſcripturæ explicant, cum de pœnitentia loquuntur. Deut. 4. *Cumque quæſieris ibi Dominū Deum tuum, inuenies eum, ſi tamen toto corde quæſieris, et tota tribulatione animæ tuæ*. Pſal. 4. *Et in cubilibus veſtris compungimini*, quam locum explicans Lyranus, ait, *animam compungi per contritionem, & compunctionem*. Iſa.26. *Sicut quæ concipit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus ſuis, ſic facti ſumus a facie tua Domine. concepimus, & quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritū ſalutis*. Hier. 6. *luctum vnigeniti fac tibi planctū amarum*, & paulo ante, *tribulatio apprehendit nos, dolores, vt parturientem*. Baruch. 2. *ſed anima, quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, & incedit curua, & infirma, & oculi deficientes, & anima eſuriens dat tibi gloriam, & iuſtitiā*. Ioel 2. *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu*. Iob. vlt. *Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitētiam in fauilla & cinere*, in quem locum Lyranus ait, *in fauilla & cinere pœnitentiam agere, eſſe contemplata diuina eſſentia, nihil aliud ſe, quam fauillam, cineremque cognoſcere*: Sed elegantius Bottarellus vbi ſup. tract. tertio c. 18. explicat, quid ſit agere pœnitentiam in fauilla, & cinere, & oſtendit, quomodo fauilla, & cinis ad pœnitentiam pertineant, ait enim, *his nos Dei mortem ac Iudicium contemplari*. Matt. 11. *Væ tibi Corozain: Væ tibi Betſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent*, quem locum explicans idem Bottarellus ibidem ait, *cilicio nos indui, dum verum pœnitentiæ propoſitum admittimus*, tandē Luc. 22. *egreſſus foras fleuit amare*, in quem locum Ambroſ. ait *Lachrimas lego, ſatisfactionem non lego*; quia, vt ait Vgo de S.Charo in eundem locum Lucæ, *contritio ſuſtulerat omnem pœnam*. Hoc idem confir-

S. Antonin. — Quibus nominibus exprimitur pœnitētia. — S. Auguſt. — Deut. 4. — Pſal. 4. — Iſai. 26. — Hierem. 6. — Baruch. 2. — Ioel. 2. — Iob vlt. — Matt. 11. — Luc. 22. — S. Ambr.

Digitized by Google

Clemens confirmant SS. Patres Clemens lib. ſecundo Stromat. diſputans de pœnitentia aſſerit, *quem facti panitet, torquet, animum ſuum* & lib. quarto ibidem, *panitentiam*, ait, *continere odium praterita vita.* Tertull. Tertull. in lib. de Pænitentia, *ex confeſſione*, inquit, *& deteſtatione* S. Auguſt. *naſcitur panitentia*. S. Auguſt. de pænitentiæ medicina homil. vlt. c.15. *non ſatis eſt*, ait, *prateritam vitam mutare, ſed etiã de eo per dolorem ſatisfacere:* Tertio idem patet ex toto titu. de pænitentia, & Cõc. Trid. tandem ex Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 4. vbi ſic habet. *Si quis conſiderauerit illos ſanctorum clamores, Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anima, et alios huiuſmodi generis facile intelliget, eos ex vehementi quodam ante acta vita odio, & ingenti peccatorum deteſtatione manaſſe, &c.* Ex quibus ſatis apparet, Qua includat pan. pęnitentiam non ſolum reſpicere ante actam vitam; ſed ſimul etiam includere dolorem, & deteſtationem, quibus mala ante acta vita deteſtetur, propoſitumque includat illam mutandi, ac Deo ſatiſ- D. Aug. faciendi, vt bene D. Auguſt. dixerit lib. ſecundo qq. ad Simpl. q. ſecunda, *opus panitendi eſſe, cum reperitur voluntas mutandi cum animi dolore*.

Pænitentia nomen ambiguum. Not. ſecundo, pęnitentiæ nomen non ſolum apud patres, ſed etiam apud Concilia ambiguum eſſe, ſæpe enim pęnitentia ſignificat externam quamdam compen- A ſationem delicti, quæ deinde diuiditur in publicam ſolemnem, & publicam non ſolemnem, de quibus multa habent inter alios Couaru. lib. ſecundo variarum reſolut. cap. 10. num. 3. Thom. de Argent. in 4. d. 14. q. 1. artic. 3. Gab. ibidem q. 3. art. 2. dub. 6. Et Belarmin lib. 1. de Pęnit. a cap. 21. & hac ratione apud Cano. ſæpe legimus aliquẽ fuiſſe indutum habitu pęnitentiæ; B legantur de hoc cap. Reperiuntur de pęnit. d. 3. c. In capite d. 50. aliquando vero ſignificat Pęnitentia internam contritionem, & dolorem, quomodo Sacræ litteræ ſæpe nos ad pęnitentiam hortantur, de qua nos in ſect. ſequenti agemus; Varijs modis accipitur pænitẽtia. aliquando accipitur Pęnitẽtia pro ipſo ſacramento Pęnitentiæ, quod conſtat confeſsione, contritione, & ſatisfactione, tanquam partibus C quaſi materialibus, vt inquit Concil. Trid. ſeſs. 14. cap. tertio, & ipſa Cõc. Trid. abſolutione, tanquam forma: quo modo D. Pater Hieronymus appellauit illam, ſecundam tabulam S. Hieron. poſt naufragium. In Iſaiam cap. 3. & refertur de pęnitentia d. prima, ſic etiam illam appellauit S. Ambroſ. ad Virginem lapſam cap. 8. S. Ambr. Tertul. lib. de Pęnitentia, & Concil. Triden. ſeſs. 6. cap. 14. & ſeſſ. 14. Tertull. Cõc. Trid. D can. 2. Alij appellarunt baptiſmũ lacrimarum, vt Hieron. lib. 2. contra Pelagianos: Sanctus Nazianzenus in oratione in ſanctum lauacrum, & in ſancta lumina: Theodoretus in epit. diuin. decret. Ambroſ. lib. 2. de Pęnit. & S. Damaſc. lib. 4. cap. 10. Alij ſacramentum reconciliationis, ita Auguſt. tum in epiſt. 108. tum lib. 5. de Baptiſmo S. Hieron. Nazianze. Theodor. Ambroſ. Damaſc. Auguſt.

Digitized by Google

tum in Pſal. 106. alij denique alijs nominibus, de quib. alibi. Aliquādo ſumitur pęnitentia pro actu voluntatis ſatisfaciendi Deo pro peccatis, in illum commiſsis, de qua ſignificatione hic diſputandum a nobis erit.

Varia definitiones, & deſcriptiones pęnitentię.

Not. tertio, multas, ac varias aſsignari definitiones, ſeu potius deſcriptiones pęnitentię, quas quiſq; legere poterit apud Mag. 4. ſent. d. 14. Gratianum de pęn. d. 3. Hoſtien. lib. 5. de pęn. & remiſs. Alenſ. 4. p. q. 54. m. 2. art. 2. §. 3. Gab. in 4. diſt. 14. q. 1. *S. Bonau.* S. Bonau. ibidem, & Scholaſt. cōiter loco citato nos autem hoc loco nonnullas afferemus: Lactantius Firmianus lib. 6. diuin. Inſtit. cap. 13. ſic pęnitentiā deſcribit: *Pænitētia nihil eſt aliud, quam profiteri, & affirmare ſe amplius non peccaturum*, cui ſimilis *S. Ambr.* eſt illa S. Ambroſij 2. Cor. 3. *Pænitere eſſe ceſſare a peccato*; quæ tamen definitio, ſi præciſe intelligatur, mala eſt, & videtur condemnata a Concil. Triden. ſeſſ. 14. *Cōc. Trid.* quomodo autem ſit intelligenda hæc definitio, ne mala ſit, optime explicant Belarmin. lib. 2. de Pęnit. c. 4. & Suarius ſup. diſput. 3. ſect. 5. num. 2. ita vt pęnitentia ita dicat ceſſationē a peccato, vt etiam peccata iam commiſſa, atq; adeo mala ante acta vita diſpliceant. Iuxta illud *S. Aug.* D. Auguſt. hom. 27. in lib. 50. hom. ſup. relat. *neminem eligere vitam nouam, niſi quem veteris pæniteat*; aliam etiam deſcriptionem affert idem Sanctus Ambro- *S. Ambr.* ſius, & refertur ab Alen. loco iam citato; *Pænitentia eſt res optima, & perfecta, quæ omnes defectus ad*

A *perfectum reuocat.*: Verum hæc deſcriptio Pęnitentię eſt admodum vniuerſalis, ſicut & illa S. Au- *S. Aug.* guſt. primo de doct. Chriſtiana cap. 19. vbi, ait, *Pænitentiam eſſe, qua animus præteritos mores interimit*; & de fide, & operibus c. 8. *Pænitentia eſt expoliatio veteris vitæ, vt noua induatur*, idem S. Am- *S. Amb.* broſ. in præfat. in Pſal. 37. ſic etiā deſcribit pęnitentiam: *eſt*, inquit, B *pænitentia quaſi quotidiana cōmemoratio delictorum, dum quis caſtigat peccata ſua veluti quodā quotidiani ſermonis flagello, & cōmiſſa ſibi flagitia condemnat*; ſed hæc deſcriptio potius videtur reſpicere ſa- *Auct. de ver.* cramentum pęnitentię, quemadmodum & illa, quam affert Auctor de ver. & fal. pęnit. cap. 8. & refertur de pęnit. d. 1. cap. Quis aliquando, & cap. Quem pęni- C tet; *vt pænitentia ſit quædam pænitentis vindicta*. Verum conue- *S. Amb.* nientiorem deſcriptionem pęnitentię affert, idem S. Ambroſ. in quodam ſermone, qui incipit. *Ecce nunc tempus acceptabile*, & refertur de pęnit. d. 1. cap. *Ecce nunc tempus, &c. pænitentiam*, ait, *eſſe commiſſa plangere, & plangen-* *S Gregor.* *da iterum non committere*; quam *Iſidorus.* etiam S. Gregor. habet homil. 34. *Auct. de ver.* D in Euang. Iſidorus lib. 2. de ſum. bono cap. 16. Auctor de vera, & falſa pęnitentia cap. 13. & refertur de pęnit. diſt. 1. cap. Inanis, cap. Pęnitentiam agere, & cap. Irriſor: Ex quibus deſcriptionibus *Finis pęn.* illud ad rem noſtram colligendum eſt; habitum, ſeu actum pęnitentię eo ſpectare, vt peccatum remoueat, & Deo offenſo ſatiſ-

Digitized by Google

ſatisfaciat, tum ratione culpæ, tum ratione pęnæ, ita vt pęnitentia ſit illa, qua quis vult quodammodo deſtruere peccatum, vt ſatisfaciat Deo offenſo,& his poſitis.

Prima concluſio: Pęnitentia non ſolum reſipiſcentiam, ſed reſipiſcentiam cum dolore, & triſtitia ſignificat: Vnde non a pone, ſed a pęna dicitur pęnitentia,ita vt pęnitere nihil ſit aliud, niſi pęnam de peccatis tenere.

Vnde dicta ſit Pœnitentia.

Hęc concluſio magis patebit ex dicendis in ſect. ſecunda; interim tamen poſſumus probare illam: Primo auctoritate Patrum; nam ſic habet Clemens lib. quarto Stromat. vbi aſſerit, *pœnitentiam continere odium præteritæ vitæ*. Auctor de ver. & falſ. pęnit. cap. 19. *pœnitere*, ait, *eſt pœnam tenere, vt ſemper puniat, in ſe vlciſcendo, quod commiſit peccando*: hoc ipſum habet S. Auguſt. ſerm. ſeptimo de tempore, & epiſtola 108. ad Seleutianum, Cyprian. epiſtola 28. & 52. Chryſoſt. hom. 5. ad populum.

Clemens. *Auct. de ver.* *S. Auguſt.* *Cyprian.* *Chryſoſt.*

Secundò probatur concluſio, quia pęnitentia, vt ad rem noſtrã attinet, eſt qua deteſtatur peccatum, vt Deo offenſo fiat ſatisfactio, ſed non poteſt ita peccatum deteſtari, niſi ſit de eodem dolor, ergo pęnitentia vt ſic, pręter illam reſipiſcentiam, debet includere dolorem de peccato.

Secunda concluſio: Pęnitentia, vt hoc loco accipitur, eſt habitus, quo quis vult, & eligit deſtructionem peccati, vt Deo offenſo ſatisfaciat.

Vera deſcriptio pœnitentiæ.

Hæc etiam concluſio fuſius infra probabitur: interim tamen ſatis ſit dicere, allatam deſcriptionem Pęnitentiæ eſſe bonam, quia continet proprium genus, & propriam differentiam illius, vt patebit infra, & ideo, ne bis eadem repetenda veniant ad alteram quæſtionem veniendam eſt.

QVÆSTIO SECVNDA.

An pęnitentia ſit virtus?

Aſſignata etymologia, & ſignificatione nominis Pęnitentiæ, eiuſdemque definitione, deſcendendum eſt, vt illius qualitatem inueſtigemus; An ſcilicet pęnitentia ſit virtus, id quod facili negotio fiet,ſi a poſteriori inueſtigabimus, An ſcilicet actus pęnitentiæ ſit per ſe laudabilis,ac ſtudioſus; nam inde reuera pendet huius quæſtionis ſolutio; nam ſi actus pęnitentiæ ſit laude, atque æſtimatione dignus, inde optime colligemus, etiam habitum pęnitentię eſſe laude, atque ęſtimatione dignum; ſicut idem collegerunt Durandus in 4.d.14.q.1. & Tho. de Argent. ibidem. pro qua re

S.Thom.

Supponendum eſt primo, Facile ab omnibus concedi, pęnitentiam eſſe ex ſuo genere habitũ, in quo non videmus præcipuam aliquam difficultatem, neque enim ſunt audiendi, qui negant dari aliquos habitus, vt docet Sanctus Thom. parte ſecunda, quæſt. 49. articulo quarto, & ibi Bartholom. Medina; & ratio ſuadet (lo-

Digitized by Google

quimur autem de habitibus in genere) pro cuius intelligentia aduertendum eſt, ad hoc vt ſubiectum ſit receptiuum habitus, ex communi ſententia, tria requiri; primo, vt ſubiectū ſit quid ab habitu diſtinctum, & ideo ſubiectum, quod ab habitu diſponitur, debet habere potentiā aliquam ad illum, & ex hoc capite Theologi excludunt a Deo quoſcunque habitus, quia ſcilicet in Deo nulla ſit potentia ad habitus. Secundo requiritur, vt id quod eſt in potentia, pluribus modis, & ad diuerſa determinari poſsit, & ideo, quod eſt determinatum ad vnum, non poteſt habere habitum, vt patet in lapide, qui nullum requirit habitum deſcendendi deorſum, etiā ſi infinities deſcenderet, vt docuit Ariſtot. ſecundo Ethic. cap. primo. *Ariſt. 2. Ethic.* Tertiò requiritur, vt habitus determinet id, quod eſt indeterminatum, & licet hæc tria euidentiora ſint in potētijs materialibus, quę ex habitu operantur, vt patet; attamen hęc eadem ſatis etiam aperta ſint in potentijs animæ, intellectus ſcilicet, & voluntatis, vt habet Barthol. Medina vbi ſupra: Voluntas enim, vt de hac loquamur, eſt potentia diſtincta ab habitu, quem recipit, eſt indeterminata ad bonum, vel malum appetendum, & ab habitu poteſt determinari ad vnam partem. Imo hæc eadem habet voluntas in ordine ad actus ſupernaturales, vt patet diſcurrenti, ſed ſeruatis ſeruandis: Vnde poſſumus concludere voluntatem eſſe ſuſceptiuam habituum etiam ſupernaturalium;

A dximus, ſeruatis ſeruandis, quia voluntas reſpectu habituum ſupernaturalium habet tantam potentiam obedientialem, qua accipere poteſt quidquid a Deo ſibi infunditur, vt infra dicemus; præterea voluntas ita determinatur ab habitu ad operationem ſupernaturalem, vt tamen ipſa volens ex habitu operetur, adiuta ſingulari auxilio, vt ſuo loco dicemus:

B tandem ita operetur ex habitu, & determinetur ad huiuſmodi operationem ab eodem, modo explicato, vt tamen ſine illo, aut aliquo, quod ſuppleat vicem ipſius, nullo modo operari poſsit, vt infra docebimus: ex quibus ſatis euidenter colligere poſſumus dari habitus in voluntate; nam illud, quod proxime voluntati dat poſſe operari, etiam in ordine ad ſu-

C pernaturalia, quod eidem tollit omnem in operando difficultatem, quod ad ſupernaturaliter bene operandum illam eleuat, inclinat, ac mouet vocamus habitum; cum enim ex Ariſtotele habitus ſit qualitas difficile mobilis, qua bene, vel male operamur (licet proprie loquatur Ariſtot. ibi de habitibus materialibus) quo noſtra voluntas ſic diſponitur etiā

D ad ſupernaturaliter operandum, erit habitus. Igitur quod ad rem noſtram attinet, nemini poteſt eſſe dubium, pęnitentiam eſſe habitum, quo diſponitur voluntas *Penit. eſt habitus.* ad eliciendos ſuos actus; Præterea ſi velimus ſequi definitionem habitus, quam habet Ariſtot. tum *Ariſt. 2. Ethic.* primo Ethic. capit. nono, tum tertio de Anima, textu 18. & ſe-

quuntur

Auer 3. de Anima. S.Auguſt.

quuntur Auerroes ibidem, tertio de Anima comm. 18. S. Auguſt. de Bono coniug. cap.21. & Scotus ſecundo ſentent. diſtinct.42.quæſtione quarta, fere initio, ſcilicet, vt habitus ſit, quo quis vtitur, cum voluerit, bene etiam poſſumus concludere pænitentiam eſſe habitum, nam vbi quis a Deo habet habitum pęnitentiæ, poteſt illo vti, cum voluerit, concurrente tamen diuino fauore, vt ſuo loco dicemus: Vnde facile poſſumus intelligere pęnitentiam eſſe habitum.

Quid nomine virtutis.

Supponendum ſecundo. Nos hic, nomine Virtutis, intelligere habitum laude dignum, tum ex obiecto, tum ex circumſtantijs, & deducitur ex Ariſtot. ſecundo Ethico. vbi definiens virtutem, ait, virtutem eſſe actum elicitum ſecundum rectam rationem: Vnde ſi in pęnitentia reperiemus talem actum ex obiecto, & circumſtantijs bonum, & ex recta ratione elicitum, iure optimo illam inter virtutes enumerare poterimus, ſupponimus autem hoc loco, quod tamen infra probabimus, actum pænitentiæ eſſe illum, quo quis quodammodo vult deſtruere peccatum, vt ſic Deo offenſo ſatisfaciat, cui actui coniungi ſolet dolor, & triſtitia; vnde ipſe actus pænitentiæ aliquando denominari ſolet, vt ſupra innuimus, & fuſius infra dicetur, ad eum modum, quo Suarius ſup. quæſt. 85. diſput. ſecunda, ſect. quarta, numero tertio, ait, contritionē denominari a dolore illam cōſequente: Quare remanet ſolum examinare: An huiuſmodi actus pęnitentiæ, quem paulo ante aſsignauimus, ſit ſtudioſus, & laude dignus: nā ex hoc, vt diximus, optime deinde concludemus, ſit ne pænitentia Virtus, an non.

Ariſt. 2. Ethic.

Fuit ſententia olim Lutheri, quā refert Ioan. Roffenſis in refutatione art. Luthe. art. ſeptimo, Sotus in quarta diſtin.14.quæſtione prima, articulo primo, & lib. ſecundo, de natura & gratia cap. primo, Belarmin. lib. ſecundo de pęnitentia cap. quarto, qui falſo exiſtimauerit penitentiam nihil aliud eſſe, quam nouam vitam, nullum agnoſcens actum pænitentiæ cum dolore, qui pertineat ad virtutem, imo aſſeruit illum actum pęnitentiæ potius pertinere ad hypocritam.

Verum hæc ſententia tanquam impia meritò iam exploſa eſt, & reiecta ab omnibus, vt patet ex DD. paulo ante citatis.

Inter Catholicos autem conſtat, dari aliquem actum pęnitentiæ, cum quo natura ſua coniungatur neſcio quis dolor & triſtitia.

An actus Pænitentiæ ſit honeſtus

Dubitatio autem ſola eſt. Vtrū ille actus ſit ſtudioſus, & honeſtus, vt conſtituere poſsit ſuum habitum, a quo pendet, in genere virtutis.

Prima ſententia, inter Catholicos eſt Altiſsiodorenſ. lib. quarto, Sum. Theolog. tract. ſexto, qui eſt de pęnitentia quæſtione tertia, qui aſſerit, actum pænitentiæ eſſe quidem actum ſtudioſum, & laudabilem: negat tamen dari aliquem habitum pænitentiæ, qui ſit virtus.

Poteſt

Digitized by Google

Poteſt autem probari hæc ſententia ex argumentis quæ communiter afferri ſolent ab auctoribus infra citandis.

Ariſt. 2. Ethic. Primo ex Ariſtotele ſecundo Ethic. c. ſeptimo, & libro quarto c. vltimo, vbi loquens de Verecundia aſſerit, illam non eſſe virtutem, quia ſupponit turpe factum; ergo neque pænitentia erit Virtus propter eamdem rationem, quia ſcilicet ſupponit peccatum, quod deteſtatur.

Secundo probatur, quia Chriſtus habuit omnia virtutum genera, & tamen non habuit pænitentiam; ergo Pænitentia non eſt Virtus. Chriſtum autem non habuiſſe pęnitentiam, patet, quia Chriſtus nullum habuit, nec potuit habere peccatum, quod deteſtaretur.

Tertio probatur, quia illud, quod eſt paſsio, non poteſt eſſe Virtus, ex Ariſt. 2. Ethic. ſed pęnitentia eſt paſsio, ergo non eſt Virtus: maior probatur, quia paſsio nō eſt habitus, cum tamen Virtus debeat eſſe habitus: minor etiam probatur, quia pænitentia dicitur a pæna, quaſi pęnæ tenentia.

Quarto probatur. Virtus eſt de ſe appetibilis, ſed pænitentia non eſt huiuſmodi, ergo. Minor probatur, quia, cum pęnitentia præſupponat poteſtatem, quod deteſtari debet, nullo modo videtur per ſe appetibilis.

Secunda ſententia eſt Alber. Mag. in 4. d. 14. a. 3. quo loco in vtramque partem defendit hanc quęſtionem: ſimpliciter tamen videtur negare, actum Penitentię eſſe actum virtuoſum, & laudabilē.

A Poteſt autem probari hæc ſententia, quia Virtus eſt ex ſe expetibilis, actus autem pęnitentię non eſt huiuſmodi, ergo. Minor probatur. tum quia includit nolitionem peccati præteriti, id quod cum ſit impoſsibile, nulla enim eſt potentia ad præteritum ex Ariſtot. 6. Ethic. c. 3. videtur potius actus quidam inanis: tum quia hic actus pęnitentiæ non videtur poſſe pertinere ad electionem, nam electio *Ariſt. 6. Ethic.* B eſt de ijs, quæ ſunt in noſtra poteſtate ex 2. Ethicor. c. 6. cuiuſmodi non eſt nolle peccaſſe, quod pertinet ad pęnitentiam: tum denique, quia actus pęnitentiæ ſupponit culpam deteſtandam, ergo non videtur actus virtuoſus, quia hic actus debet eſſe de bono. *Ariſt. 2. Ethic.*

Tertia ſententia communis eſt S. Tho. tum 3. p. q. 85. art. 1. tum *S. Thom.* C in 4. d. 14. q. 1. Alenſ. in 4. p. q. 12. m. 1. a. 1. S. Bonau. in 4. d. 14. p. p. a. 1. q. 1. Scot. Durand. Palud. Argent. Capreol. in 4. d. 14. q. tum prima tum ſecunda, Guliel. de Rubione ibid. q. 3. Dionyſ. Carthuſ. ibidem. q. 4. Gabriel. ibidem q. 1. a. 3. dub. 3. Richard. ibid. q. 1. Marſil. in 4. q. 10. a. 1. Soti in 4. d. 14. q. 1. a. 1. Cani in relecti de pęnit. p. ſecunda Ioan. Med. C. de pęnit. q. prima, Belarm. D lib. ſecundo de pęnit. cap. 2. Didaci Nugni in 3. p. S. Tho. q. 85. artic. 2. dub. ſuo, Suarij ibidem diſput. 7. q. 1. numero ſexto. & aliorum, qui aſſerunt actum pænitentiæ eſſe virtuoſum, laudabilem, & ad euangelicam inſtitutionem maxime pertinere, & conſequenter Pænitentiam eſſe virtutem. *S. Bonau.* *S. Thom.*

Not. eſt ex S. Thoma, tum in 4. *S. Thom.*

d. 17.

A d.17.q.2.art.1.q.1. tum 1.2.q. 39. art.2.tum 3.p.q.85.ar.1. & ex alijs Scholaſt.tum loco citato in 4. diſt. 17.tum etiam d. 14. dolorem, & triſtitiam poſse conſiderari dupliciter, primo, vt ſunt quidam actus partis ſenſitiuæ, qua ratione, vt dicturi ſumus ſuo loco, neque ſemper, neque neceſſario coniunguntur cum Pænitentia: Secundo vt ſunt actus partis rationalis qua ratione B coniunguntur sēper cum pęnitentia; ſicut enim delectatio, & gaudium non ſolum ſunt in parte animę ſenſitiua, ſed etiam in intellectiua: ita dolor & triſtitia, quæ conſequuntur Virtutem pęnitentiam, & ipſam contritionem, vt ſuo loco oſtendemus, non ſolum reperiuntur in parte ſenſitiua, ſed etiam intellectiua, ſicut enim ad apprehenſionem obiecti ſenſibilis C conueniētis ſequitur delectatio sēſitiua, & ad apprehēſionem obiecti Intelligibilis conuenientis intellectiua, ſic de dolore & triſtitia philoſophandum eſt, & de his actibus ſecundo illo modo acceptis difficultas nunc eſt, Vtrum, vt ſic, ſint actus virtuoſi & laudabiles; Quid autem ſit dolor ſenſitiuus: quidve dolor intellectiuus, optime explicaſſe videtur, vt alios grauiores, & antiquiores DD. omittā, D elegans, ac non vltimi claſsis auctor Bottarellus ordinis Predicatorum in lib. ſup. cit. tract. tertio cap. quinto, exemplo dolorum Chriſti: ait enim hoc dolore ſenſitiuo premi partes corporeas, quo Chriſtum preſſum eſſe affirmat, dum cruci manus, ac pedes affixos haberet: quem dolorem eo acerbiorem aſſerit fuiſſe Mallonius noſter lib. de Ieſu Chriſti ſtigmatibus cap. 16. quo Chriſtus eſſet delicatioris complexionis, ſed de hoc alibi: dolore autem intellectiuo ſeu rationali premi ipſum cor, ipſam mentem, quem etiam in Chriſto fuiſſe aſſerit Bottarellus ibidem, dum ſe crucifigi a Iudęis cerneret, quæ omnia crediderim ipſum deſumpſiſſe ex pſal. 21. *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me, aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens, & rugiēs, ſicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea, factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcens in medio ventris mei &c.* ex quibus bene intelligi poteſt Chriſtum Dominum vtroque dolore, & ſenſitiuo, & intellectiuo fuiſſe preſſum. Addit vnum Bottarellus ibidem, hunc Chriſti dolorem internum tanto eſſe corporeo excellentiorem, quanto animus præſtantior eſt corpore. eſt igitur difficultas de dolore interno, & rationali; Vtrum inquam ſit ſtudioſus. *Pſal. 21.*

Prima concluſio. Pęnitentia, de qua nunc agimus, eſt Virtus propriè dicta.

Probatur primo ex definitione Virtutis ex Ariſt. ſecundo Ethic. c. 5. quę communis eſt ad omnes virtutes, tam infuſas, quam acquiſitas: *Virtus eſt, quæ bonum facit habentem, & eius opus bonum reddit,* ſed pænitentia talis eſt, vt de ſe patet, & infra a nobis probabitur, ergo pęnitentia eſt Virtus. *Ariſt. 2. Ethic.*

Secundo probatur ex alia definitione virtutis tradita ab Auguſt. lib. 2. de lib. arbit. cap. 18. tom. primo: *Auguſt.*

Digitized by Google

mo: *Virtus eſt bona qualitas mentis, qua recte viuitur, qua nemo male vtitur, quam Deus in nobis ſine nobis operatur.* (quę ſane definitio ſolum conuenit virtutibus infuſis) ſed pęnitentia eſt huiuſmodi; ergo. probatur minor, quia pænitentia media, homo efficitur bonus, neque illa aliquis vere pęnitens male vtitur, & ſolum infunditur a Deo, nobis tamē cooperantibus, & acceptantibus. ergo pęnitentia habet omnes conditiones prædictę definitæ Virtutis, ergo ipſa eſt Virtus; plura circa hanc definitionem legere quis poterit penes Tho. de Argent. in 4. d. 14. q. 1. ad. p. 2. articuli primi.

Tertio probatur; omnis ille habitus eſt virtus, qui dat bonum & virtuoſum vſum in actibus voluntatis ex S. Tho. 1. 2. q. 54. ſed pęnitentia eſt huiuſmodi, ergo. minor patebit ex dicendis. *S. Thom.*

Quarto probatur, omnis actus laudabilis, & meritorius eſt actus virtutis, ſed velle vindictā de peccatis, vt ſatisfiat Deo, eſt actus laudabilis, & meritorius, ergo eſt actus virtutis; non niſi Pænitentiæ, ad quam ſpectat ille actus, vt infra probabimus. ergo pænitentia eſt Virtus.

Vltimo probatur, quia iam ex præſuppoſitis patet, pænitentiam eſſe habitum, cum ipſa ſit, quæ & diſtinguatur a ſubiecto, in quo recipitur, id eſt, a voluntate, & det eidem voluntati proximè dolere de peccatis propter Deum offenſum, illamque determinat modo ſupra explicato ad illum actum eliciendum, ergo cum huiuſmodi A habitus, qui eſt pęnitentia, ſit virtuoſus, ſequitur neceſſario, & ipſam pænitentiam neceſſario eſſe virtutem, vt iure optimo videantur dixiſſe Sotus in 4. d. 14. q. 1. art. 1. & Nugnus vbi ſupra concluſione ſua; fore proximum errori, ſi quis negaret pęnitentiam eſſe virtutem ſimpliciter loquendo.

Secunda concluſio. Actus formalis pænitentię eſt ex obiecto, & B circumſtantijs bonus, & virtuoſus.

Probatur primo concluſio auctoritate Patrum, Tertulliani libro de pęnitentia. c. 4. vbi ſic habet, *Bonum eſt pænitere. An non? quid reſoluis? Deus præcipit*. S. Auguſtini libro de duabus animabus contra Manich. vbi *bonum eſt*, inquit, *pænitere, quid neceſſe eſt ſcripturas afferre.* Cum ergo ex SS. Patribus pęnitere bonum ſit, ergo pænitentiæ C actus ſunt boni, ergo laudabiles, ergo virtuoſi. *Tertull.* *S. Auguſt.*

Probatur ſecundo. Actus formalis pęnitentię, vt poſtea dicemus, eſt velle Deo offenſo per contritionem ſatisfacere, ſed huiuſmodi actus eſt actus virtuoſus, & laudabilis, ergo. hanc minorem inf. probabimus. Confirmatur, actus conformis rectæ rationi eſt virtuoſus, vt de ſe patet, ſed talis eſt actus pę-D nitentiæ, ergo: minor probatur, quia actus, quo peccator vult Deo ſatisfacere eſt conformis rectę rationi, ergo eſt virtuoſus. Confirmatur ſecundo, nam ſi operari ad deſtructionem habitus mali, eſt ex ſe bonum, ergo multo magis bonum erit operari ad deſtructionem peccati, vt Deo ſatisdetur, quod pertinet ad pęnitentiam.

Vltimo

Vltimo probatur à priori, per aſsignatam primo loco concluſionem: ſi enim pænitentia eſt habitus virtuoſus, ergo habebit producere ſolos actus virtuoſos: actus.n. proueniunt ex habitibus; vnde ſi habitus boni ſint, & virtuoſi, habent etiam determinare potētiam ad eliciendos actus bonos, & virtuoſos: cum ergo iam ſupra dictum ſit, pęnitētiam eſſe habitum laudabilem, & virtuoſum, neceſſario etiam dicēdum erit, eius actum eſſe virtuoſum.

Tertia cōcluſio. Actus doloris, & triſtitiæ rationalis, qui ex natura ſua coniungitur pęnitentię, eſt bonus, & ſtudioſus.

Diximus ex natura ſua &c. nam vt dicemus, ſi actus pænitentiæ ſit efficax, ſemper habet adiunctum hunc dolorem, pænitentia enim virtus, vt ait Bottarellus tract. primo c. 6. nullius roboris eſt ſine animi dolore, quod deſumptum videtur ex Aug. de vera & fal. pænit. c. 60. vbi, ait, *dolorem eſſe comitem pænitentiæ*, ex quo explicari poteſt illud ex capit. Pænitentiam de pęnit. d. 3. vbi habetur; quod pęnitentia eſt quædam dolentis vindicta, & ex cap. Conſideret. d. 5. (S. Aug. ſt.)

Probatur igitur primo concluſio ex ſacris ſcripturis, quæ nos hortantur ad huiuſmodi dolorem.

(Iſa 26.) Iſa. 26. *Sicut quæ concipit, cum appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus ſuis, ſic facti ſumus a facie tua Domine, concepimus, & quaſi parturiuimus ſpiritum ſalutis.*

(Cap. 59) Cap. 59. *Rugiemus quaſi vrſi omnes, & quaſi columbæ meditantes gememus, expectauimus iudicium, & non eſt, ſalutem, & elongata eſt a nobis.*

Ierem. cap. 31. *Statue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulaſti.* (Ierem. 31.)

Ezech. 18. *Si impius egerit pænitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt.* (Ezech. 18.)

Cap. 33. *In quacumque die conuerſus fuerit ab impietate ſua.* (cap. 33.)

Ioel. cap. 2. *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, & planctu.* (Io 2.)

Michee cap. 4. *Nunc quare mærore concederis?* & poſt pauca *Dole, & ſatage filia Sion, quaſi parturiens.* (Michea 4.)

Ionę cap. 2. *Cum anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum.* (Iona. 2.)

Pſal. 6. *Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrimis meis ſtratum meum rigabo.* (Pſal 6.)

Pſal. 35. *Quaſi lugens, & contriſtatus ſic humiliabar.* (Pſal 35.)

Baruch. cap. 2. *Sed anima, quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali &c.* (Baruch 2.)

Secunda Corinth. ſeptimo. *Nunc gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pænitētiam;* & Paulo poſt. *Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, pænitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.* (Paul.)

Ex quibus ſic poſſumus arguere. Scripturę nos hortantur ad huiuſmodi dolorem, vt iam patet, ergo ſic dolere bonum eſt: ergo eſt actus ſtudioſus & bonus: huiuſmodi ſe-

di ſequelę facile patent, quia implicat excogitare, ſcripturas ſacras nos hortari ad aliquem actum, qui non ſit bonus,& ſtudioſus.

Secundo probatur concluſio ex Concil. Trident. tum ex ſeſſ. 6. cap.6.tum ſeſſ.14. cap.4. precipue vero can. quinto, vbi ſic habetur: *Si quis dixerit, eam contritionem, quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem, & deteſtationem peccatorum, qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum ſuorum grauitem, multitudinem, fœditatem, amiſſionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incurſum, cum propoſito melioris vitæ, non eſſe verum, & vtilem dolorem, nec preparari ad gratiam, ſed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem; anathema ſit*; Vnde non videmus, cur non ſit temeritate, ac falſitate taxandus ille, qui prædictę noſtrę concluſioni renuerit aſſentiri. Conc.Trid.

Tertio probatur etiam ratione, quia huiuſmodi dolor habet omnem bonitatem moralem obiectiuam, vt patet, ergo eſt virtuoſus.Plura circa hanc concluſionem dicemus diſput. ſecunda, vbi de hoc dolore fuſius diſputabimus, Interim legatur Alenſ.4.p.q.54.m. 2.art.2.§.2.

Quarta concluſio. Actus doloris, & triſtitiæ ſenſitiuæ, licet non ſemper, nec neceſſario ſit coniunctus cum pænitentia virtute, poteſt tamen pertinere ad virtutem.

Hunc dolorem ſenſitiuum, nec ſemper, nec neceſſario coniungi cum pęnitentia infra probabimus.

A Poſſe autem huiuſmodi dolorem pertinere ad virtutem, eſt contra ſequaces Lutheri, qui dicebant huiuſmodi dolores, & gemitus, qui ſolent intercedere in ipſa pænitentia, eſſe actus vituperabiles.cōtra quos ſunt ſcripturæ ſacrę.

Primo Reg. 30. Vbi legitur de Dauide: *Cum reſciuiſſet vxores ab Amalechitis captas, fleuiſſe amare, donec deficerent lachrimæ.* 1.Reg 30.

B Ierem.cap.6. *Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum &c.* Ierem 6.

Pſ.6. *Lachrimis ſtratum meum rigabo.* Pſal.6.

Pſal.79.*Cibabis nos pane lachrimarum, & potum dabis nobis in lachrimis in menſura.* Pſal.79.

Luc. 6. *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.* Luc 6.

Et.cap.7. *Lachrimis pedes Domini rigabat.* Et cap.7.

C Et cap. 22. *Et egreſſus foras Petrus fleuit amare.* cap 22.

Et licet hęc,& alia ſcripturę loca poſsint explicari de lachrimis interioribus,quemadmodum explicauimus loca ſuperius adducta pro ſuperiori concluſione,& Alen.4.p. m.2.a.2.§.2.& 3.intelligit, & explicat definitionem illam pęnitentiæ ex SS. Ambroſio & Gregorio,& refertur de pęnit.d.3.cap.Licet, *Pænitentiam eſſe mala præterita plangere,& plangenda iterum non committere*; D Adhuc tamē poſſumus nos ea omnia explicare de lachrimis exterioribus,& ſenſibilib. quæ ſi moderatæ ſint, ac rectæ rationi ſubditæ ſunt bonę,& merentur laudem etiam apud Deum, vt inter alios tradit B. Medina in p.2. D. Tho. q. 59.art.quinto.

Secun-

Secundo probatur concluſio auctoritate Patrum.

Alexand. Alexandrini, apud Euſebium lib. tertio Hiſtoriæ capit. 17. qui pęnitentiam vocat, *Baptiſmum lachrimarum*.

S. Aug. S. Auguſt. lib. 8. confeſs. c. 12. *vbi*, inquit, *a fundo arcano alta conſideratio contraxit, & congeſſit totam miſeriam meam in conſpectum cordis mei, oborta eſt ingens procella, ferens ingentem imbrem lachrimarum*.

Et paulo poſt. *Ego ſub quadam fici arbore ſtraui me, & dimiſi habenas lachrimis, & proruperunt flumina oculorum meorum, acceptabile ſacrificium*. Quod idē habet cap. 4. *S Aug.* Idem Auguſt. de ver. & fal. pænit. vocat, *lachrimas teſtes doloris*.

Cyprian. Cypriani ſerm. 5. de lapſis, oſtēdit, *poſt Baptiſmum, ſi quis labatur in peccatum neceſſe eſſe, illum multis lachrimis, & ieiuniјs culpam ſuam abluere*.

Gre. Naz. Gregor. Nazianz. in oratione in ſancta lumina, appellat *Pænitentiam, Baptiſmum laborioſum, & lachrimarum*.

Theodor. Theodoret. in Epit. diuin. decret. cap. de pænitentia, aſſerit, *peccata poſt Baptiſmum commiſſa per multas lachrimas, & opera laborioſa eſſe curabilia*.

Ex quibus ſatis patet, quantum commendentur lachrimæ etiam ſenſuum exteriorum, vtpotè bonæ, & laudabiles.

Cōc. Trid. Tertio videtur etiam Conc. Trident. indicaſſe hanc cōcluſionem ſeſs. 14. cap. ſecundo, vbi vocat pænitentiam laborioſum quemdam A Baptiſmum, licet ibi loquatur Concilium de pænitentia, vt eſt ſacramentum, & diſtinguat illam a Baptiſmo, quia illa non ſine magnis fletibus, & laboribus haberi poſsit, non ſic Baptiſmus, attamen videtur commendare has lachrimas, vt vtiles.

Vltimo poteſt concluſio probari ratione, & ſimul explicari; nam licet triſtitia, & dolor ſint actus potentiæ ſenſitiuæ, B ſpectantes ad paſſiones, vt habent cōmuniter Scholaſtici, Palud in 4. diſt. 14. quæſt. 2. Sotus ibidem, quæſt. 1. art. 1. & diſtinct. 17. q. 2. artic. 1. quia tamen poſſunt cum certa regula, & menſura imperari a ratione, ideo poterunt pertinere ad virtutem, vt aduertit ibidem Sotus, & licet non elicerentur ab ipſa potentia rationali, vt ego exiſtimo, elicerentur C tamen ab habitu quodam ſubſeruiente, qui eſt in parte ſenſitiua, quod videtur voluiſſe D. Tho. 3. p. *S. Thom.* quæſt. 85. art. 1. & ſequitur Bottarellus, tract. ſecundo ſupra cap. 8. neque enim negandum videtur etiam in ſententia S. Thomæ, & nos infra dicemus dari virtutes, quæ moderentur paſsiones, quidquid dicat Richard. in 4. diſt. 14. art. 2. q. 2. Cōfirmatur, quia in hoc D dolore, & triſtitia, vt dicemus ſuo loco, & habet D. Thom. tum in 4. *D. Thom.* d. 17. q. 2. art. 4. tum 3. p. q. 84. art. 9. ad 3. & q. 85. art. 1. & ſequuntur Durand. in 4. d. 17. q. 4. num. 6. Sotus ibidem quæſt. 2. art. 4. Capreol. ibid. diſt. 14. q. 1. art. 3. Bonauentura d. 16. art. 2. q. 2. *S Bonau.* Canus in relect. de pænit. p. 2. S. Anton. 3. p. tit. 14. *S. Anton.* capit. 18. §. 4. Nauar. in Manual. cap. 1.

Digitized by Google

cap. 1. num. 21. Suarius ſup. diſp. quarta ſect. quarta, num. duodecimo. Didacus Nugnus ſup. 3. p. D. Thom. quæſt. 4. art. 2. dub. ſuo, & Summiſtæ Tabiena. Roſella verbo Contritio, & alij, & habetur de conſecrat. d. 5. cap. Non mediocriter, in hoc inquam dolore, & triſtitia poteſt eſſe exceſſus: ergo mediocritas in his pertinebit ad virtutem, virtus enim in mediocritate conſiſtit ex Ariſtot. 2. Ethic. cap. 6. B ergò dolor, & triſtitia, ſi eligantur a potentia cum moderamine rectæ rationis, poterunt pertinere ad virtutem.

Ariſtot. 2. Ethic.

Neque obijcias locum ex S. Paulo ad Heb. 12. vbi loquẽs de Eſau, dicit, *cum lachrimis quæſiuit pænitentiæ locum, & non inuenit*, ex quo videtur ſequi lachrimas non pertinere ad virtutem, ſi enim pertinerẽt ad illam, iam lachrimæ fuiſſent ſatis ad pænitentiam, quod tamen ibi Paulus negaſſe viſus eſt. C

Paul. ad Heb. 12.

Reſpondetur primo, infra dicẽdum eſſe, vtrum lachrime eſſentialiter pertineant ad pęnitentiam, & quomodo.

Secundo reſpondetur, Eſau veniam non eſſe conſequutum ex lachrimis profuſis, quia verè non erant lachrimæ ex pænitentia, ſed potius ex ira, & indignatione contra ſuum fratrem Iacob. D

Neque obijcias ſecundo D. Auguſtinum lib. 14. de ciuit. Dei cap. 15. vbi ait, dolorem, & triſtitiam eſſe de ijs rebus, quæ nobis nolentibus, id eſt, contra noſtram voluntatem eueniunt: ergo cum peccator volens peccet, non eſt

S. Auguſt.

A quod dolor, & triſtitia verſentur circa pęnitentiam virtutem.

Nam reſpondetur primo, vt exiſtat dolor in voluntate, ſatis eſſe, vt ab illa apprehendatur malum, vnde a parte rei, & ex natura ſua ſequitur diſplicentia illius, & diſſenſus in ipſa, teſte D. Thom. in 4. diſt. 17. q. 2. art. 1. q. 1. ad 3. vt ſequitur Gab. in 4. d. 14. q. 1. art. 3. dub. 1. quæ diſplicentia, & diſſenſus per actum reflexum poteſt eſſe volũtarius, & poteſt parere gaudium; Iuxta illud Pſal. fuerunt mihi lachrimæ meæ panes die, ac nocte, vbi per panem refectio delectationes intelligitur. Vnde Auguſtinus de vera, & falſa pęnitencap. 13. *Peccator de peccato doleat, & de dolore gaudeat:* Et refertur de pænit. diſtinct. 3. cap. Si Apoſtolus, & docent Sotus, Gab. vbi ſup. & S. Bonauent. in quarta diſtinct. 16. quæſtione prima, & fuſius Scot. ibi d. 14. quæſt. 1. art. 3.

S. Thom.

S. Auguſt.

S. Bonau.

Reſpondetur ſecundo, dici dolorem peccati inuoluntarium, nõ ſecundum eam voluntatem, qua peccatum cõmiſſum eſt, ſed ſecundum eam, quã habet tunc peccator, cũ penitet, & peccatum deteſtatur, nollet enim peccaſſe, & offendiſſe mortaliter Deũ eo modo, quo infra explicabimus, & docent D. Thom. in 4. d. 17. q. 2. art. 1. q. 1. ad 2. S. Bonau. in 4. d. 16. q. 1. Tho. de Argent. ibi. d. 17. quæſt. 1. art. 1. Suarez. ſup. q. 85. ſect. 4. diſput. 3. nu. 2. vnde patet ad obiectionem; falſum enim eſt, dolorem nõ verſari circa peccata ſ. deteſtanda.

S. Thom.

Quæ deſiderari poſſent circa prædictas concluſiones de dolore rationali

rationali,& ſenſitiuo;afferentur à nobis,tum infra in hac ead. diſputa.tum diſput.ſequent.

Sed iam reſpondendum eſt ad argumenta in contrarium allata.

S.Thom. Ad primum,Reſp.D.Thom.3.p.q.85.ar.1.ad 2. & ſequuntur Sotus in 4.d.14.q.2.art.2. Suarius ſup. diſput.7.ſect.1.num.7. negando ſequelam, & reddit rationem diſparitatis,quare pęnitentia, etiamſi ſit de turpi facto, ſit Virtus,non autem verecundia; quia, inquit, verecundia eſt de turpi facto præſenti, quod tollit rationem virtutis; at vero Pœnitentia licet reſpiciat turpe factum,quia tamen illud reſpicit, vt præteritum, ideo non deſinit eſſe virtus;nam pœnitere ſuorum male factorum,vt inquit Sotus vbi ſupra, pertinet ad virtutem, & licet eandem rationem multis defendat Suarius loco iam citato,nobis tamen, pace tantorum virorum nunquam ſatis probari potuit,nam, vt relinquam reſpōſionem illam non ſatis explicare mētem Ariſtotelis, ex quo deſumitur vis illius argumenti,vt patebit infra, falſum videtur, non poſſe Pœnitentiam verſari circa turpe factum etiam præſens eo modo, quo verſatur verecundia,& concedit S.Thomas loco citato. Mouemur autē ad id, quia,ſicut cum quis deprehenditur in aliquo facinore,poteſt corripi verecundia,ita etiam non videmus, cur eodem modo non poſſit tangi pęnitentia reſpectu illius eiuſdem facinoris.

Quare ex S.Tho. Verecundia nō ſit Virtus.

Neque multum videtur ad rem, quod ponit Suarius ibidem, vt ſoluat argumentum allatum,eſſe ſcilicet differentiam inter Pœnitentiam, & verecundiam,non in eo,quod verecundia non poſſit eſſe de malo præterito, A ſicuti pœnitentia,ſed in eo,quia Pœnitentia eſt de malo præterito tantum, cum tamen verecundia non ſolum ſit de pręterito,ſed etiam de præſenti, quod Suarius aſſerit tollére rationem virtutis.Hoc inquam non ſoluit argūmentum; nā potius erat Suario oſtendendum, nullo modo poſſe Pęnitentiam eſſe de re præſenti,quod ipſe ſupponit quidem, non tamen probat, cū tamen id probare debuiſſet, vt iam aſſignata differentia verior B eſſet, inde enim potuiſſet certo concludere, Pœnitentiam eſſe virtutem, tota.n.ratio, cur ipſe aſſerat verecundiam non eſſe virtutem, eſt, quia ſit de præſenti malo, quod ait opponi rationi virtutis, vnde ſi oſtendiſſet Pœnitentiam nullo modo eſſe de præſenti malo,recte concludere potuiſſet,neceſſario eſſe virtutem. At vero quoniam,vt iam diximus, Pœnitentia eſt etiam de præſenti malo, ideo ruit do- C ctrina Suarij, & conſequenter ad huc argumentum allatum manet in ſuo robore.

Durandus in 4.diſt.14.quæſt.1.ad primùm videtur afferre eandem ſolutionem D.Thomæ, niſi quod aſſerat prætereà,hoc diſcrimen eſſe inter Pœnitentiam,& Verecundiam,quod pœnitentia per ſe reſpiciat malum præteritum, quod non tollere rationem virtutis ſupra diximus; At vero Vere- D cūdia reſpiciat futurum, quatenus ſcilicet ſupponendo præſens malum,timet infamiam ex illo, id quidē quia ſcilicet ſupponit indiſpoſitionem, & imbecillicitatem in eo ſubiecto, quod verecundia afficitur, repugnat virtuti,crediderim hanc differentiam inter Verecundiam & Pœnitentiam habuiſſe Durandum ex D.Thom.ſecun-

da,ſecundæ,quæſtione 144. articu. 1.

Sed neque hanc ſolutionem potuimus vnquam probare:nam, præterquam quod, neque explicat ſententiam Ariſtotelis, in qua diximus fundari vim huius argumenti, nam non definit Ariſt.vt ait Alb.Mag.in 4. diſt. 14.art.3.ad 2. Verecundiam, metum turpitudinis,ideſt,peccati,ſed ignominię, quidquid dicat Suarius ſupra nu. 9. Videtur præterea male ſupponere Durandus,omnem propenſionem,& inclinationem ad malum eſſe peccatum,& repugnare virtuti, nam vt huiuſmodi propenſio, & inclinatio dicit fomitem,& ipſas paſſiones,poteſt cōſiſtere cum virtute, ſi, vt iam innuimus ſupra,ad mediū a ratione redigantur,coaſſerit D.Thom.1. 2. q. 59. ar. 2. Præterea hic metus futuri flagitij non videtur pugnare cum virtute, imo neque oriri ſemper ex indiſpoſitione ſubiecti,ſed poſſe oriri ex conſideratione propriæ imbecillitatis, vnde quamuis metus ille,vt ſic,poteſt hominem reuocare a malo, videtur poſſe pertinere ad virtutem; Et confirmatur quia metus ille vt ſic maxime videtur commendari in ſacris ſcripturis vt alibi oſtendemus, contra inanē confidentiam,vnde illud Eccleſ. 5. ne dixeris, Miſericordia Dei magna eſt, quoniam miſericordia, & ira ab illa cito appropinquant.

Richardus in 4. diſt. 14. art.1.q.1. ad ſecundum, quem in hac parte ſequūtur etiam Sotus, Suarius, Nugnus vbi ſupra,& Leonardus Leſſius lib. 4. de iuſtit.& iur.cap.primo,dubio quarto,aſſerit, Ariſtotelem loqui de verecundia, vt paſſio quædam eſt,& conſequitur,vt ſic,non eſſe ſimpliciter virtutem,quia ſcilicet ſupponit turpe factum. Et ad argumentum allatum concedit conſequentiam, & ait, eſſe eandem rationem & Verecundiæ & Pœnitentiæ; vt, quia verecundia ſupponit turpe factum, ideo non ſit virtus; ſic nec pœnitentia ſit virtus propter eandem rationem: Vnde quemadmodum verecundiam ponit virtutem ſolum ex hypotheſi,ſic etiam ponit pœnitentiam. Quare ſolum videtur Richardus excludere, & verecundiam, & Pœnitentiam a ratione perfecta virtutis,non ab imperfecta.

Sed neque probatur hæc ſententia, tum quia falſus videtur Richardus,in eo, quod aſſerit Ariſtotelem loqui de verecundia, vt paſſio quædam eſt,quod ēt aſſerimus cōtra Suarinm, & alios ſupra citatos, nā vt probatur ex ipſo contextu Ariſtotel. vbi ſupra, opponit eo loco Ariſtoteles Verecundiam, timori mortis, quem timorem conſtat pertinere ad virtutem, & præterea comparat ibi Verecundiam cū continentia,quam tamen certum eſt, pertinere ad virtutem, vt alibi oſtenditur,ſcilicet,ſecunda ſecundę, quęſt. 155.artic.quarto,legatur Leſſius libr. quarto,de iuſtit. & iur.cap.quarto dubio 1.tum denique quia falſum videtur,verecundiam ſecundum ſuum adæquatum conceptum eſſe virtutem per accidens;vt infra patebit.

Vt igitur explicemus, quid ſit dicēdum,duo hoc loco nobis occurrūt explicanda:Primo quid vere ſenſerit Ariſtoteles de verecundia; Secūdo quid ſecundum veritatem ſit dicendum ad argumentum allatum ex noſtra ſententia.

Antequam autem Ariſtotelis ſententiam explicemus,duo vidētur ſupponenda in illius ſententia,Primū eſt.

Virtu-

Virtutes omnes eſſe inter ſe cõnexas. Secundum autem.Iuuenes, vt plurimũ, non habere virtutes in ſtatu perfecto;eas tamen in ſtatu perfecto habere ſenes. vt patebit cuique legenti caput illud nonum iam citatum ex quarto Ethicor.His igitur ſuppoſitis.

Quid ſenſerit Ariſto.de verecundia

Dicimus Ariſtotelẽ eo loco aſſerere; verecundiam, quia naſcitur ex indiſpoſitione ſubiecti, ex eo ſcilicet, qđ ſubiectum facile poteſt labi, & errare,id ꝙ reperitur in iuuenib.non ſpectare ad virtutem, eſſe tamẽ iuuenilẽ verecundiã commendandam;quo loco, ni fallamur, viſus eſt perſtrinxiſſe Ariſtoteles diuinum Platonem. Qui tum alibi, tum in quinto de Republ. dixerat, Pudorẽ, & metum eſſe duos ſufficientes virtutis cuſtodes: tum denique primo de Legibus,vbi verecundiam dicit,maxime eſſe commendandam, id quod etiam dixit de temperantia.

Non probatur ſñia Ariſt.

Quę tamen ſententia Ariſtotelis in hac parte, ſi noſtra ſit interponenda ſententia, non ſatis probatur, ſiue dicamus, virtutes eſſe inter ſe cõnexas, ſiue non eſſe,de quo alibi, interim legatur Greg.Val.in p.2.D.Tho. diſput. 5.q.7. punct. ſecundo. non probatur, inquam,illa ſententia Ariſtotelis,tum quia videtur ſupponere eum, qui habet virtutes perfecto modo, non poſſe deficere,quod tamen & eſt falſum, & repugnat fidei, vt ſuo loco oſtendemus, & adnotauit Leſſius de iuſtit. & iure. lib. 4.c.4.dub. primo,nu.quinto; tum quia non videtur verum, quod ille ſupponit, virtutem ſcilicet ita eſſe ex ſe expetendam,vt nullo modo includat malum, aut illud ſupponat; vt aduertit S.Bonauent. in quarta diſtin. 14.quæſt.prima,articu. primo, & ibi-

S.Bonau.

A dem Richard.ad ſecundum, & Tho. de Argentina Bartol.Med.in prima 2. q.59.art.3.Greg.Valent. ibidem diſp. 5. quæſt.4. punct. primo,virtus enim poteſt conſiſtere cum paſſionibus,ſed moderatis,& ad medium rationis redactis. Vnde illud Apoſtoli 2.Corin.2. *Triſtitia, quæ ſecundum Deum eſt, pænitentiam in ſalutem operatur.* Et hæc quod attinet ad Ariſtotelem.

Paul.

B Quod attinet autem ad argumentum, quid ſcilicet dicendum ſit. Exiſtimamus, niſi nos noſtra fallat opinio,nullo modo eſſe negandum,eandem eſſe rationem, & Pęnitentię, & Verecundię,Vnde conſequenter nobis videtur concedendum; vtramque eſſe virtutem, & ratio videtur ſuadere, quia actus vtriuſque quatenus tales ſunt, ſunt expetibiles ex honeſtate,& bonitate,quam habent annexã, C quod ſufficere ad rationem virtutis, communiter docent DD.& inter alios Richardus ſupra in 4. diſt. 14.art.1.q. 1.Ioan.Med.C.de pęnit. tracta.1.q.1. imo & ipſe Suarius ſupra tota diſput. 3.& Thom. de Argent.in 4.diſt.14.q. 1.art.1. ait ad rationem virtutis ſufficere actum bonum, licet materia, circa quam verſatur,ſit mala.ergo & Pęnitentia,& Verecũdia erunt inter virtutes enumerandæ. Et de Pœnitentia D quidem, quoniam de hac diſputamus; illud certum eſt, etſi ſit circa turpe factum, tamquam materiam circa quam, quoniam tamen illud reſpicit actu quodam ſtudioſo, ac virtuoſo; ideo non excludi a ratione virtutis; accedit quod, licet pænitentia reſpiciat, vt iam diximus, turpe factum, quia tamen illud non reſpicit, vt concomitans, ſed vt iam factum, ſed vt deteſtandum, vt aiunt Thom.de Ar-

Ead. videtur rõ Pœnitentiæ,& verecũdiæ.

Quare Pænitentia nõ excluditur à rõne virtutis

Digitized by Google

gentin.loco ſupra citato, & Ioan.Medin.loco item citato,ad primum,& alij, qui faciunt actum penitentię conſiſtere in dolore, & deteſtatione peccati (de quo tamen diſputabimus queſtione ſequenti) id quod de ſe bonũ aliquod eſt, quanquam neque etiam neceſſario illud pœnitentia reſpicit, vt iam factum,ſecundum ſimplicem, & adæquatum conceptum illius, vt adnotauit Suarius vbi ſup. diſput.ſeptima,ſect.prima,num.ſeptimo,ideo neque etiam reijcienda erit a limitibus virtutis proprie dictæ. Diximus ſecundum ſimplicem,& adæquatum conceptum,nam ſecundum hunc Pœnitentia vel ordinatur ad voluntatẽ, ſeu amorem operandi Iuſtitiam ad Deum,vt ibidem ait Suarius diſputat. tertia,ſect.ſecunda,numer.primo,vel ad reconciliationem faciendam cum Deo,vt ait Thom.de Argentin. vbi ſupra,vel quod facilius eſt in noſtra ſententia, de quo quæſtione ſequenti, ordinatur ad illum actum, quo peccator vult ſatisfacere Deo offenſo; & vt ſic ſaltem primario Pœnitentia non reſpicit turpe factum, ſed honeſtatem illam, qua ſcilicet peccator vult Deo ſatisfacere, ex qua ſibi vendicat nomen virtutis.Diximus ſecundo ſecundum adæquatum conceptum,nam ſecundum inadæquatum, ſecundum quem pænitentia reſpicit peccatum, bene poſſumus concedere cum Durando in quarta diſtinctione decimaquarta,quæſtione prima, & ſecunda, Illuſtriſſimo Caietano in ſecunda ſecundę,quæſtio.114.articulo primo,& alijs, illum non habere perfectam rationẽ virtutis. Legatur Suarius vbi ſupra diſputatione ſeptima,ſect.prima, num.7.

De Verecundia autem, Vtrum ſit virtus,nec ne,alibi diſputatur,& miſſis, quæ dicuntur a D.Th. 2.2.q. 144. art.primo,& a Caiet.ibidem & Leſſio lib. quarto,de iuſtit. & iur.ca. primo, dub.4.nume. 16.nos hic ſupponimus eſſe virtutem; quoniam habet obiectum honeſtum ex circumſtantijs, vt de ſe patet; licet enim verecundia ſupponat turpe factum, quia tamen primario includit illum actum fugiẽdi dedecus, qui de ſe honeſtus eſt, poterit pertinere ad virtutem,vt etiam placuit Guglielmo de Rubione in 4. d.14.q.3.quod confirmari poteſt ex Seneca lib.primo,epiſtola vndecima, & Plutarcho libro de vitioſa verecundia, vbi maxime commendant verecundiam,quod proprium virtutis eſt: & ex his conſtat allatum argumentũ non officere noſtrę concluſioni: *An verecũdia ſit virtus. D.Tho. Plutar.*

Quod ſi quis extra rem ſciſcitaretur cur verecundia ab Ariſtotele frequentior ponatur in iuuenibus, q̃ in ſenib.

Facile poſſemus reſpondere ex Seneca loco citato, id oriri ex abundantia ſanguinis ,quæ frequentius reperitur in iuuenibus, quam in ſenibus & præterea id fieri ex iuuenum frontis teneritudine,vt facilius rubore ſuffundantur; poſſemus etiam addere, & id poſſe oriri,quia ſcilicet iuuenes habẽt maximam vim apprehenſiuam, qua apprehenſo dedecore erubeſcũt, vt patet experientia. *Seneca.*

Ad ſecundum argumentum reſpondet Ioann.Medin.C.de.pœnitentia ſupra ad ſecundum. In Chriſto non fuiſſe omnes virtutes in ſpeciali, ſed ſolum in genere, & principiatiue.

Verum non placet reſponſio,quia eſt manca, vt dicemus: melius ergo videtur

detur dicendum cum Caietano 3. p.q.85.ar.2. Alb.Mag.in 4.d.14.q. 1.a.3. Tho. di Argen.ibid.a.1. Gab. ibidem dub.6.Soto ibidem, q.2.ar. 2. Suario ſup.diſput. 7.ſect.1.num. 10.Nugno in 3.p.q.85.art.1. dub. ſuo,& alijs infra citandis,cum agemus de ſubiecto remoto pænitentiæ, Pænitentiam ſecundum ſuam rigoroſam ſignificationem non fuiſſe in Chriſto, propter implicantiam, quam habet peccatum cum diuina natura,quæ erat in illo.Vnde pro argumenti ſolutione,negamus eandem eſſe paritatem pęnitentię,& cæterarum virtutum (loquimur autem de virtutibus, quæ nullam dicerent imperfectionem in Chriſto) quia pænitentia reſpicit peccatum,quod nullo modo potuit eſſe in Chriſto, quod non eſt reperire in cæteris virtutibus, ſed de hoc argumento fuſius infra.

Ad tertium reſpondetur,negando minorem, & ad probationem dicimus pænitentiam dici a pæna, quamuis inclinat pænitentem ad eliciendā ſatiſfactionem pro peccatis,quibus offenſus erat Deus.ſic reſpondet Tho.de Argent.in 4.d.14. q.1.parte 2.art.1.

Ad quartum negatur minor, & ad probationem illius patebit ſolutio ex dicendis.

Ad argumentum pro ſecunda ſentētia negamus minorem, & ad prioris partis minoris probationē reſpōdebimus,ſi prius ex Bon.in 4. d.16.q.1.Scot.2.ſen.d.6.q.1.Gab.d. 6.q.1.a.3.dub.2.Baſſ.q.1.Maior.q. 1.Soto in 4.d.14.q.1.a.1. Io. Medi. vbi ſup.Belarm.lib.2. de pænit.c.5. Suario ſup. ad.q.85.3.p. diſput. 3.

S Bonau.

A ſect. tertia. & alijs inf.citandis,prænotabimus, duplicem eſſe voluntatem, alteram inefficacem, & deſiderij, alteram efficacem, & complacentiæ, & priori quidem voluntate poſſumus velle impoſsibile,ſicut cæcus v.g. deſiderat viſum, cū tamen naturaliter id ſibi ſit omnino impoſsibili, & de hac voluntate,quæ eſt deſiderij, aſſerunt prædicti DD. loqui Ariſt cum ait 3. Eth. B c. 2. voluntatem poſſe eſſe de impoſsibili, quia, quantum eſt de ſe, cæcus v. g. deſideraret viſum, licet ſciat,id ſibi naturaliter eſſe impoſsibile, vnde in hac voluntate ſubintelligitur cōditio illa,ſi fieri poſſet. Altera vero voluntate, quæ dicitur efficax, aſſerunt prædicti,nos non poſſe velle impoſsibile, & de hac loqui Ariſt.tum loco cit.tum 4.Celi t.33. cum ait electionem eſſe circa C poſsibilia, Niſs.li.5. philoſophię c.4.Damaſc.li.2.c.22. & oſtend.p. 2.q.13.n.4. his igitur poſitis.

Ariſtot. 3. Ethic.

Ariſt. 4. Celi.

Reſpondetur ad illā probationem minoris, hunc actum nolitionis peccati præteriti poſſe dupliciter cōſiderari,primo,ita vt peccator velit, illum actum præteritum peccati non eſſe. Secundo,ita vt velit, ſi fieri poſſet, ſe non feciſſe talē actum; ſi primo modo accipiatur D ille actus, fatemur illū eſſet inanē, neq; ſic ſpectare ad virtutē: nemo enim ad impoſsibile moueri pōt, teſte Ariſt.loco cit.ex 4.Celi.to.33. Vnde bene cōcludit D. Tho.3.p.q. 85.a.2.ad 3.ex quo ſuprad.DD.acceperunt,ſtultū eſſe conari, vt peccatum iam cōmiſſum non fuerit cōmiſſum,neq; peccatorē id poſſe appetere volūtate.ſ.efficaci:ſi vero ſecundo

S Thom.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

cundo modo cōſideretur actus ille, A vt ſic, eſt maxime laudabilis, & expetēdus, volūtate ſcilicet ineſſicaci, quamuis peccator elicit actum, quo vult deſtruere peccatum, illud deteſtādo, ac Deo ſatisfaciendo, & quantum eſt de ſe, noluiſſet a ſe illud eſſe commiſſum: etſi enim electio non ſit eorum, quæ fieri non poſſunt, vt dicemus infra, non repugnat tamen voluntatem aliquo modo ferri circa ea etiam, quæ fie- B ri non poſſunt, vt aduertunt Alen. 4.p.q.54.m.2.a.2.§.3. Io. Med. Belarmin. & Tho. Argent. item vbi ſup. ad 2. & alij ſup. cit. & hoc modo voluntas poterit ferri in peccatū prętęritum: neque illius actus erit inanis, quidquid dicat Adrian 4. q. 1. de pænitentia, propter rationem iam aſsignatam.

Poſſemus etiam reſpondere ex Alb. Mag. in 4.d.14.a.4. & Argent. C vbi ſup. In peccato duo poſſe conſiderari, primo, vt peccatum iam factum eſt. Secundo vt relinquit aliquod preſens, id eſt, vt peccatum de præſenti relinquit in anima maculam, offenſam Dei, & reatum ad pœnam: Pænitentia igitur non eſt circa primum: ſed circa ſecundum, & ſic non ſequitur illū actum pęnitentiæ eſſe inanem, & impoſsibilē.

Ad alteram partem probationis D illius minoris, quod ſcilicet actus pænitentię nō videatur poſſe pertinere ad electionem, reſpōdetur: etſi, vt ſupra diximus, electio non ſit eorum, quæ fieri non poſſunt ex *Ariſt. 3. Ethic.* Ariſt. 3. Eth. c. 2. adhuc tamen poſſe actum illum, quo quis nollet peccaſſe, eſſe obiectum electionis, quatenus ſcilicet peccatorem pænitet peccati commiſsi, & quantum eſt in ſe, nollet peccaſſe, vt habent Sotus tum loco cit. tum d. 17. q. 2. ar. 1. & Medina ad 3. Vnde poterit actus pęnitentię cadere ſub electione, & ſic pertinere ad virtutem.

Alia difficultas. An autem huiuſmodi actus pęnitentiæ hoc modo conſideratus formaliter ſit nolitio abſoluta, An vero nolleitas, ſeu actus conditionatus, diſputant DD.

Sotus ſup. d. 17. q. 2. a. 1. contendit ex S. Th. ead. d. q. 2. a. 1. q. 1. ad 3. Penitentię actum pertinere ad nolleitatem, qui eſt actus conditionatus, id quod ita ipſe conatur defendere, vt propterea multum carpat Nominales, aſſerentes actum pęnitentiæ pertinere potius ad actum quemdam abſolutum, & complacentiæ. ſed lis eſt potius de nomine, nam vt colligitur ex Io. Me. C. de pæni. vbi ſupra, Suario ſup. diſput. 3. ſect. 3. n. 6. & 7. & alijs, cito, concederemus huiuſmodi actum pęnitentię eſſe actum conditionatum, quem ſicut alios ſimiles videmus fuiſſe in Chriſto Mat. 26. *Matth. 26* Pater, ſi fieri poteſt tranſeat à me calix iſte. Etſi Chriſtus nullo modo ignoraſſe dicendus ſit, eſſe ſibi a Patre ſuo ſtatutum, vt calicem illum biberet. & 2. Reg. 18. *2 Reg. 18.* Abſalon fili mi, quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te. optabat enim Dauid, ſi fieri poſſet, ſua morte filij mortem redimere. Adhuc tamen iure optimo poſſemus defendere huiuſmodi actus conditionatos ſi ponant aliquem actum in voluntate præſentem, eſſe volitiones, & nolitiones abſolutas, per modum tamen complacentię; vt ſi dicamus, vellem eſſe

immor-

Digitized by Google

immortalis, nollem peccaſſe: ſenſus videtur eſſe, quia mihi placet immortalitas, & peccatum diſplicet, vellem eſſe immortalis, & nollem peccaſſe, tunc ſine dubio huiuſmodi actus conditionati ponũt volitionem aut nolitionem aliquam ſimplicis complacentiæ in voluntate: omnis enim actus voluntatis dicitur volitionis ſeu nolitionis: & hoc eſt, quod aſſerunt Alenſ.4.p.54.m.2.art.2.§.4. Alb. Ma. in 4.d.14.a.2. Med.C. de pœnit.vbi ſup. neque diſſentit Suarius ſupra num.7.

Et quoniam ex ijs, quæ pro argumentorum ſolutione dicta ſunt de huiuſmodi actibus, qui conditionem aliquam videntur includere, & pertinent ad voluntatem, vt eſt actus pœnitentiæ, nondum videtur animus quieuiſſe, ideo non ab re iudicãdum erit ad vberiorem & perfectiorem huius rei intelligentiam, ſi propoſito dubio de hac ead. re a nobis diſputabitur. ſit igitur.

DVBIVM.

An impoſſibile cognitum vt ſic, poſſit à voluntate appeti.

Quare proponatur hoc dubium.

ADuertendum eſt, iure nos hoc loco propoſuiſſe hanc quæſtionem pertractandũ. Nam cum ex argumento in contrarium allato petatur quomodo pœnitentia, cum præſupponat peccatum iam factum, A poſſit habere rationem virtutis? quomodo poſſit eſſe expetibilis? ſi enim ad præteritum nulla eſt potentia, vt dictũ eſt, quomodo poterit retractari a voluntate quod factum eſt? cum a voluntate nullum impoſſibile, vt ſic cognitum, appeti poſſit? ideo nulli videri poterit hæc quæſtio longius emendicata, ſed maximè ad rem; vt propterea conſulto & fuſius de illa agen- B dum videatur.

Communis igitur eſt fere omnium ſententia, quam habent Niſſenus lib.5.philoſophiæ c.4. Damaſcen.lib.2.cap.22.S.Tho. tum alibi tum q.16.de malo.a.3. Capreol.in 2.d.4.q.1.a.1.Scotus.d.6.q.1. Gab. d.6.q.1.a.3.dub.2. Baſſol.quæſt.1. Mai.q.1.Caietan.in p.p.q.63.art.3. Sotus in 4.q.2.art.1.& d.17.q.2.ar.1.ad 2.B.Med.in p.2.q.13.artic.5. C Gregor. Valent.ibidem puncto 2. Franciſcus.Cumel.1.p.q.63. art.3. concl.1. in quo autem ſit hæc ſententia, ſequentibus declarabitur concluſionibus, pro quarum intelligentia atque explicatione.

S. Damaſcenus. S.Thom.

Notan. primo. Voluntatem poſſe duob. modis aliquid appetere, primo voluntate deliberata & electiua, qua determinate vult aliquid agendum, vel acquirendum D voluntate abſoluta, & efficaci: ſecundo volũtate conditionata, qua vult aliquid, ſi fieri poſſit, vel aliquid non obſtaret: ſiue hæc conditio ſit expreſſa, & in actu; ſiue implicita & virtute: hæc voluntas conditionata duplex eſt, vna eſt perfecta, quantum eſt ex ſe, & eſſet efficax ſi poſſet, vt in re noſtra cum quis ex contritione vult non peccaſ-

Voluntas duobus modis poteſt aliquid appetere.

Voluntas conditionata duplex.

Digitized by Google

peccaſſe, & hæc apud Deum reputatur pro facto, altera eſt imperfecta ex ſe, vt cum quis vellet ieiunare, ſi non eſſet difficile, vel ſi non eſſet tempus prohibitum, vellet comedere carnes, illius obiectum ſemper debet eſſe impoſsibile, nam ſi eſſet poſsibilium, cum ex ſe ſit perfecta, exiret in actum; huius vero ſatis eſt, ſi ſit aliqua difficultas, & aliquod impedimentum quod poſſet ſuperare ſi vellet, illa magis implicite includit conditionem, & ideo eſt magis abſoluta, hæc includit magis explicite conditionem, & ideo eſt magis proprie conditionalium; vtraque tamen cōditionata eſt, quia illis obiectum efficaciter volitum non eſt propter aliquam cōditionem, quę in eo reperitur, vtraque exprimitur per velle, quamuis magis proprie voluntas conditionata, & velleitas accomodetur poſteriori voluntati, quam priori, quæ vix velleitas dici ſolet; ex quo patet iſtas voluntates dici conditionatas, vt explicatur 1.p.qu.19. quia eſſet voluntas inefficax, quæ in ſe virtualiter includit voluntatem abſolutam, per quam fieret id, quod vult, niſi impediretur, aut non eſſet aliqua difficultas.

Quare voluntas dicatur conditionata:

Voluntas non appetit niſi bonum

Notan. ſecundo. Voluntatem nihil poſſe appetere niſi ſub ratione boni, quia hoc eſt eius obiectū, & probatur p.2.q.13. & quoniam ratio boni eſt ratio conuenientiæ, nihil appetere poterit, niſi vel ei, cui appetitur, apprehendatur conuenire, vt cum alicui appetitur beatitudo, aut alteri vt cum alicui deſideratur mors, vt is qui eam A deſiderat, vel aliquis alius ſecurus viuat, nam tunc licet mors ei, cui appetitur, non ſit conueniēs, eſt tamen conueniens appetenti, vel alicui alij, quatenus aliquam ei parit ſecuritatem, & quoniam hoc bonum, vel eſt habitum, vel putatur habere, & eſt obiectum amoris complacentiæ, vel eſt habendum, & eſt obiectum amoris deſiderij, fit, vt hi duo amores non differant, niſi quia vnus eſt rei habitæ, alter vero rei habendæ. B his igitur præmiſsis.

Reſpōdetur primo ad dubium, non poſſe voluntatem actu abſoluto, & efficaci velle impoſsibile, cognitum impoſsibile.

Hanc concluſionem habent Niſſenus, Damaſcenus, Ariſtoteles, & alij ſupra citat. cum dicunt electionem, quæ eſt voluntas abſoluta, & efficax, non poſſe eſſe impoſsibilium. C *S. Damaſc.*

Secundo probatur, quia voluntas ferri poteſt tantum in bonum, vt dictum eſt, impoſsibile autem cognitum non poteſt repręſentari tamquam abſolute bonum, ergo non poteſt abſolute appeti. Confirmatur, quia appetitus abſolute appetit, id quod appetit, vt illud conſequatur; ſed id quod D repręſentatur vt ſimpliciter impoſsibile, non poteſt appeti tamquam quid acquirendum ab appetente, ergo. Confirmatur ſecundo, quia velle abſolute & efficaciter, eſt, velle exequi id, quod vult, non poteſt autem aliquis velle efficaciter exequi id, quod iudicat impoſsibile, ergo.

Reſpon-

Reſpondetur ſecundo, nō poſſe voluntate conditionali priori modo per ſe appeti impoſsibile, ſimpliciter cognitum impoſsibile, neque actu complacentiæ, neque deſiderij.

Probatur, quia impoſsibile eſt id, quod conuenire non poteſt ei, reſpectu cuius dicitur impoſsibile, quare ſi cognoſcatur impoſsibile, non poterit cognoſci conuenire, conſequenter, nec abſolute ſub ratione boni, quæ conſiſtit in conuenientia; voluntas aūt non poteſt prædicto modo appetere obiectū, quod ei non repreſentatur ab intellectu abſolute ſub rōne boni. Confirmatur, quia id quod eſt impoſsibile, vt eſt impoſsibile, eſt nō ens; id autem, quod apprehenditur, vt non ens, non poteſt apprehendi, vt bonū abſolute, quod intrinſece includit eſſe ens; ſi aūt non apprehēdatur vt bonū abſolute, nec pōt appeti a volūtate prędicto modo, & hac fortaſſe rōne loquuntur Caietanus vbi ſupra, & Ferrara 3. lib. Sentent. cap. 109. & alij cum dicunt impoſsibile ſimpliciter non poſſe vlla ratione appeti a voluntate.

Reſpondetur tertio, quodlibet impoſsibile etiā cognitum impoſſibile poſſe a voluntate appeti reſpectu alterius, non volūtate efficaci, & abſoluta, ſed voluntate conditionata priori etiam modo.

Probatur, quia quādo impoſsibile appetitur propter aliud, ab eo accipit aliquam rationem boni, propter quam abſolute iudicatur bonum, & appeti poteſt a voluntate; ſic damnatus deſiderat Deū

A non eſſe, vt ab eo non puniatur, poteſt etiā deſiderare ſe eſſe Deū, vt a cruciatu liberetur, & hoc modo intelligi poſſunt Niſſenus, Damaſcen. Ariſtot. & alij vbi ſupra, cum dicunt volūtatem eſſe impoſſibilium non electionem. S. Damaſc.

Reſpondetur quarto, eodem poſſe modo appeti impoſsibile, per accidens cognitum impoſsibile, tam propter ſe, quam propter

B aliud.

Quod poſsit appeti propter aliud patet ex dictis.

Quod autē poſsit appeti propter ſe probatur, quia id quod eſt impoſsibile per accidens, per ſe eſt bonum, quare per ſe poteſt apprehendi, tamquam bonum, abſtrahendo a conditione illa, a qua redditur impoſsibile, & hac ratione in caſu noſtro appetere quis poterit

C abſolute velle ſe non peccaſſe; parentes non eſſe mortuos, &c. & hoc etiam modo intelligi poſſunt Ariſtoteles, & alij ſupra cit. cum dicunt voluntatem poſſe eſſe impoſſibilium, legantur Ioan. Med. C. de pęnitent. tract. 1. q. 1. §. ad rationes. Adrianus in 4. quæſt. 1. de pęnit. §. ad dubium, quam ſup. etiam retulimus.

Reſpondetur vltimo, poſſe vo-

D luntatem appetere, quodlibet impoſsibile per ſe voluntate conditionata ſecundo modo, vt oſtendunt Capreol. vbi ſup. S. Tho. item vbi ſupra, art. 3. Caietan. 1. p. q. 63. art. 3. Sotus tum in 4. diſt. 14. q. 2. art. 1. a fine, & diſt. 17. quæſt. 2. artic. 1. ad ſecundum.

Probatur, quia ad prædictum actum voluntatis non eſt neceſſe,

vt

Digitized by Google

vt ei proponatur bonum abſolu-A to,ſed ſatis eſt ſi proponatur ſub cõditione. Impoſsibile autem poteſt proponi voluntati cõditionaliter, tanquam bonum,quia ſi eſſet poſſibile,bonũ eſſet:ergo hac rõne poteſt etiam appeti a voluntate, & hoc modo poteſt quis deſiderare, ſe eſſe immortalem, impeccabilẽ, inmaterialem, quia hæc omnia bona ſunt, ſi eſſent poſsibilia.

Corollariũ de Angelis

Ex his colligunt Theologi ſequuti S.Thom. in 1.p.q.63. art.3. Angelos non peccaſſe appetendo, æqualitatem Dei ſecundum naturam,quia cum Angeli peccauerint per voluntatem abſolutam, nõ potuerunt per voluntatem abſolutam appetere, ſe eſſe ęquales Deo in natura, quia cum optime norint, illud eſſe impoſsibile, certe id abſoluta voluntate appetere minime potuerunt.

Ex quibus ſatis patet, quid ad oppoſitum argumentum dicendũ ſit, & quomodo voluntas poſsit ferri circa peccatum etiãſi ſit iam conſummatũ, vt talis actus poſsit eſſe laudabibilis,& virtuoſus, ac tãdem qũo voluntas poſsit ferri circa impoſsibile. & hæc de hoc dubio.

Ad poſtremam partem probationis minoris, iam patet ſolutio ex ſupradictis.

Et hęc de hac ſecunda quæſtione.

QVÆSTIO TERTIA.

An pænitentia ſit virtus ab omnibus alijs virtutibus diſtincta.

EX qualitatibus, & alijs circumſtantijs virtuoſis actus in generali, penitentiæ, iam ſupra B collegimus, etiam in generali ipſum pęnitentiæ habitum eſſe virtuoſum, quapropter nunc iure optimo hoc tertio loco inquirendum a nobis eſt in particulari, quis nam ſit proprius, & formalis actus virtutis pęnitentiæ, vt ex hoc deinde colligamus: An pęnitentia ſit virtus ab alijs virtutibus diſtincta; ſi enim virtuti pęnitentiæ proprium actum aſsignauerimus, cõ-C ſequenter etiam ſine aliqua difficultate poterimus concludere, illam eſſe virtutem a cæteris alijs diſtinctam; ſin minus, neque eſſe virtutem ab alijs diſtinctam concludendum a nobis erit. Quare in hac quæſtione, primo, proprium virtutis pęnitentiæ actum inueſtigabimus, tum eiuſdem virtutis diſtinctionem a cæteris.

Multa autem ſunt, quæ faciunt D in hac re difficultatem. Primo quidem, quia pęnitentia videtur habere eumdem plane actum, quẽ habet Religio, quod viſus eſt voluiſſe Illuſtriſsimus Caietanus in 3.p.q. 85. art. 2. vbi ait Religionis actum nihil eſſe aliud, quã ſubmiſsionẽ quamdam, quam facit homo peccator in ordine ad Deũ, dum confitetur ſuum peccatum,

ac

Digitized by Google

ac de illo dolet, quod tamen ad penitentiam virtutem ſpectare videtur, niſi quod hæc illud ſolum addat, hanc ſcilicet ſubmiſsionẽ fieri pro offenſa facta Deo, quod tamen non exprimi ab actu Religionis, aſſerit: quoniam tamen ait, hoc non variare ſpeciem virtutis, ideo neque variare habitum Religionis, id quod confirmare poſſumus ex D. Thom. 2. 2. q.83. art.17. vbi aſſerit, ad Religionis virtutem pertinere Deum colere, & quæſt.88. ibidem, art.6. ad eamdem religionem, ait, pertinere promiſſa Deo ſoluere, quæ tamen omnia tribuantur etiam virtuti pęnitentiæ, vt de ſe patet, ergo. Confirmari poteſt ſecundo ex D. Auguſt. 10. de Ciuit. cap. 4. & referturà D. Thom. ibidem q.81. art. 1. qui dixit Religionem dici à Reeligendo Deum, quãuis ſcilicet peccator reeligat Deum, quẽ iam ex peccato dereliquerat, quod tamen proprie ſpectare videtur ad pęnitentiam. Tandem confirmari poteſt ex Pſal. 50. Sacrificiũ Deo ſpiritus contribulatus, ex quo ſatis cõſtat, prophetam loqui de pęnitentia, quæ ibi exprimitur per actum Religionis, quæ eſt quoddam ſacrificium Deo exhibitum, ex quibus omnibus videtur concludi poſſe, tam actum Religionis, quam actũ pęnitentiæ coincidere, & conſequenter, neque etiam habitus eſſe diſtinctos, ſed vnum, & eumdem eſſe.

S. Aug. *S. Thom.* *Vnde dicatur Relig.* *Pſal 50*

Secundo, quod facit difficultatẽ eſt, quia actus pęnitẽtiæ videtur coincidere cum actu iuſtitiæ commutatiuæ, conſiſtit autem actus iuſtitiæ commutatiuæ in eo, vt æqualitatem ponat rei ad rem, id quod pęnitentia videtur habere; nam hæc ex affectu conatur quantum poteſt ponere æqualitatem, quæ poteſt eſſe inter Deum offenſum, & hominem offendentem; ſic habet Durandus in quarta diſtin.14. quæſt.2.num.7.

Neque dicas iuſtitiam commutatiuam humanam eſſe ad hominem, pęnitentiã vero eſſe ad Deũ.

Reſpondet enim Durand. loco cit. nu. 6. id ſolum innuere differentiam accidentalem; nullam tamen facere differentiam eſſentialem, & ſpecificam.

Tertio facit difficultatem, quia videtur pęnitentia vna, & eadẽ re cum iuſtitia vindicatiua; quod aſſerit Scotus in 4. d. 14.q.2. ſequitur Tartaretus ibidẽ à cõcluſione ſecũda, & ex parte ad hanc ſententiã videtur accedere Tho. de Argent. in 4.diſt. 14. q.1. art.1. Ad iuſtitiã enim vindicatiuam ſpectare videtur punitio peccati, quod tamen proprium munus videtur pęnitentiæ virtutis, ad hanc enim ſpectat deteſtari, & punire ipſum peccatum, quatenus eſt cõtra Deum: ergo cum ijdem ſint vtriuſque virtutis actus, pęnitentiæ ſcilicet, & iuſtitiæ vindicatiuæ, erunt etiam ijdem habitus, & conſequenter pænitentia non erit habitus ab alijs diſtinctus.

Pro ſolutione harum difficultatem. Supponendum eſt Primo: pęnitentiã eſſe habitum infuſum, quod tamen infra probabimus, & conſequenter in eius eſſentia includi eſſentialiter quendam ordinem

Diſput. de habitu.

nem ad actum, & operationem; A omnis enim habitus (loquor autē de habitibus operatiuis) ſi ſit proprie habitus, ordinem dicit ad operationem, & ideo dicitur habitus ſumere ſuam ſpecificationem ab actu, ad quem tendit, vt patet in habitu naturali phyſico, qui talis eſt, quia inclinat ad tales actus, qui phyſici ſunt, & quia actus tales ſūt, ratione talis obiecti, circa quod verſantur, ideo dicitur etiam habitus ſuam deſumere ſpecificationē ab obiecto; ab illo tamen ſumit ſpecificationem remote, & mediate, cum tamē ab actibus habitus ſumant immediate, & proxime, id quod dicitur etiam de potentijs in ordine ad ſuos actus, & ſua obiecta, vt habetur ex bona philoſophia Ariſt. 2. de Anima tex. 23. Vnde deſumitur celebris illa propoſitio, potentias ſpecificari per actus, & actus per obiecta; dicuntur autem habitus ſumere ſpecificationem ab actibus, nō quia actus ſint de eſſentia habituum, ſunt enim veri habitus etiam ſine operatione, & præterea, quia via generationis habitus præcedunt ſuos actus. Accedit, quod habitus, ex eo quod operentur, nihil ſibi acquirunt intrinſecum, & eſſentiale, neq; quia ex actibus a poſteriori, & reſpectu noſtri cognoſcamus diſtinctionē habituum, vt voluerunt Philopo. 2. de Anima tex. 36. Paul. Ven. ibidem, Iandunus eo loci q. 8. licet hic ſenſus poſsit eſſe verus; non tamen eſt ſufficiens, quia habitus videntur quidem ſpecificari per actus, ſed a priori, vt patet ex Ariſt. vbi ſupra, aſſerit enim ibi Ariſtot. actus eſſe priores potentijs, & obiecta eſſe priora ſuis actibus; ſed quia natura habituū eſt eſſentialiter ordinata ad ſuos actus, ita vt ille ordo habitus ad actum ſit illi eſſentialis, eo modo, quo relatio dicitur ſpecificari a termino, qui dicitur eſſentialis relationi, non formaliter, ſed terminatiue, vt docent Alexand. apud Philop. 2. de Anima, tex. 33. S. Thom. 1. p. q. 77. art. 3. in B quæſtione de Anima artic. 13. Caiet. in. 1. p. loco cit. Ferrarien. ſecūdo de Ana. quæſt. ſexta, Aegid. ibidem in t. 33. Cum igitur, quod attinet ad rem noſtram, pænitentia ſit habitus, vt iam probauimus, neceſſario includere debet hunc ordinē eſſentialem ad actum, a quo ſpecificatur, & terminatur, & eſt hic, quem inquirimus in hac quæſtione, Vtrum is talis ſit, vt ab omnib. C alijs aliorum habituum actibus ſit diſtinctus; nam talis ſi reperiatur, optime concludere poterimus, etiam a priori, pænitentiam eſſe habitum diſtinctum ab alijs quibuſcumque habitibus.

Vnde habitus ſpecificetur.

Ariſt. 2. de Anima.

S. Thom.

Supponendū ſecundo, iam conſtare habitus ſpecificari per actus, & actus per obiecta, quod tamen non ita eſt intelligendum, vt poſitis obiectis quomodocumque di- D ſtinctis, ſint neceſſario diſtincti actus, & poſitis eodem modo diſtinctis actibus, ſint diſtincti habitus; ſed quia poſitis obiectis, & actibus totalibus neceſſario ſequātur habitus diſtincti; Voco autem obiectū totale illud, in quod fertur potentia, vel habitus ſub vna ratione formali, ſub qua non fertur alius eiuſdem generis. v. g. obiectum totale

Quid obiectum totale habit.

poten-

Digitized by Google

potentiæ viſiuæ, non eſt albedo, A aut nigredo, &c. viſus enim non fertur in obiectum, quatenus album, alioquin non poſſet videre nigrum, ſed ſolum fertur in obiectum, quatenus viſibile, & ideo viſibile eſt obiectum totale viſus, & audibile eſt obiectum totale auditus, & ſic de alijs: & ſi hæc obiecta diſtinguantur ſpiecie; actus etiam qui circa illa feruntur, ſunt ſpecie diſtincti, & conſequenter etiam ipſa potentia, & ipſe habitus: B Actum autem totalem vocamus illum, qui fertur in hoc obiectum totale, quatenus tale eſt, & diſtinguit ipſam potentiam, & ipſum habitum, ita vt quando ſunt huiuſmodi actus totales diſtincti ſpecie, habitus etiam, & potentia diſtinguantur ſpecie, ex quo fit, vt omnia illa obiecta quæ ſunt ſubordinata, & habent vnam rationem formalem, poſsint C conſtituere vnum habitum, & omnes illi actus, qui diſtinguuntur in ratione formali, & ſpecifica, & non ſunt ſubordinati, non poſsint facere vnum habitum ſpecie: ex his colligenda a nobis eſt diſtinctio virtutis pęnitentiæ a cæteris virtutibus; nam ſi obiectum adęquatum, & actus formalis illius ſint diſtincti a quocumque alio obiecto, & actu formali alterius cuiuſcumque virtu- D tis, optime colligemus, ipſum etiam habitum virtutis pęnitentiæ eſſe a cæteris omnibus diſtinctum; ſin minus, neque eſſe diſtinctum: ſupernaturales enim habitus in hoc comparantur ad ſuos actus ſupernaturales; quemadmodum potentiæ, & habitus naturales ad ſuos, & his ſuppoſitis.

Quid actus totalis.

Vnde colligatur diſtinctio Pnīæ, ab alijs.

Prima ſententia, & refertur a S. Bonauent. in 4. diſtinct. 14. qu. 1. & Thom. de Argentin. ibidem, & alijs communiter, eſt eorum, qui negant abſolute actum pęnitentiæ pertinere ad vllam particularem virtutem: vnde volunt actum pęnitentiæ identificari cum actibus aliarum virtutum infuſarum. Ita videntur ſenſiſſe Altiſsiodorenſ. lib. quarto Summ. Theolog. tract. 6. de pęnitentia. quæſt. 3. Maior in 4. d. 14. quæſt. 2. dub. 2. & aliqua ex parte videntur accedere ad hanc ſententiam Scotus in 4. diſtinct. 14. q. 2. Durandus ibidem, num. 4. Tartaret. etiam ibid. Gabriel. ibid. q. 1. art. 3. dub. 3.

Poteſt autem probari primo hæc ſententia, quia deteſtatio peccati, vt eſt contra rationem, pertinet ad ſingulares virtutes, eiuſdem enim virtutis eſt, proſequi bonum, & deteſtari peccatum illi oppoſitum, v.g. ad iuſtitiam pertinet, pęnitere peccati iniuſtitiæ, ad temperantiam, peccati intemperantiæ, & ſic de alijs virtutibus: ergo deteſtari peccatum non pertinet ſpecialiter ad pęnitentiam.

Si dicas peccati deteſtationem pertinere ad pęnitentiam, quatenus peccatum eſt offenſa Dei ex S. Thom. 3. par. quæſt. 85. artic. ſecundo. in corpore.

S. Tho.

Reſpondent qui ſunt in hac ſententia, id falſum eſſe, quia vt ſic deteſtatio peccati ſpectat ad charitatem, ergo.

Secundo probatur, quia virtus pęnitentiæ videtur opponi omnibus peccatis: ergo eſt virtus vniuerſalis: ergo non particularis, quia ſi eſſet virtus particularis,

vnum

Digitized by Google

vnum tantum haberet contrarium, A vnum enim vni eſt contrarium, teſte *Ariſt.* Ariſtotele.10.Met.tex.13.& 14.

Tertio probatur, quia eadem videtur eſſe ratio huius actus, quo quis vult ſatisfacere Deo, & illius, quo vult laudabiliter viuere, ſed hic eſt vniuerſalis, neq; pertinet ad ſingularem Virtutem. ergo & ille.

Secunda ſententia affirmat, pænitentiam habere actum diſtinctum à quolibet alio actu alterius virtutis, & conſequenter eſſe habitum, & Virtutem diſtinctam, ita *S. Tho.* S. Thom. in 4. d. 14.q.1.art.1.q.5.& 3.p.q.85.art.2.& ibi Caietan. Halẽſ.4. p.q.54.mem.1. art.2. S. Bonauen. in 4.d.14.q.1.& 2. Paludan.q.2.Richard.q.1.ar.2.Argẽt. q.1.art.1. Alb.Mag.art.4.Marſil.q.10. Sotus.q.2.art.2.Io.Med.C. de pœn.q. 1. Canus relect.de pœnit.p.2.concl.2. Viguerius. de Sacramento Pœnitẽtiæ. Belarmin.lib.1.de pœnit.Suarius ſup. 59.85.Diſput. quarta ſect. ſecunda. C numero ſexto & diſput.7. ſect.ſecunda numero 3.Nugnus ibidem artic.2. dub.1. & ex parte videntur ſequuti hanc ſententiam Scotus, Durand.Tartaret. vbi ſup. & Gab. ibidem. q.1.art. 3.dub.4.

Et licet hi omnes, qui ſunt in hac ſententia conueniant, vt dent Pœnitentiæ actum omnino diſtinctum, & conſequenter faciant virtutem diſtinctam, non tamen ijdem omnes conueniunt in aſsignatione; Quis nam D ſit actus formalis illius, de quo hic tota principalis eſt difficultas, quam ſoluere Deo fauente conabimur. pro quo.

Virtus generalis quot modis dicitur. Notan.primo. Virtutem multis modis dici poſſe generalem, ſeu vniuerſalem; primo quidem ad modum generis, & prædicati vniuerſalis, ſeu, vt alij dicũt, Communitate generis, quomodo virtus generalis nihil erit aliud, quam prædicatum quoddam vniuerſale Virtutis, ita vt ſit genus ad omnes Virtutes, & hoc modo certum eſt, Pęnitentiam non eſſe virtutem generalẽ, aut vniuerſalem, vt docuit Halenſ. 4.p. q.54.mem.1.& 2. Richard.ĩ 4.d. 14. art.1.q.2. & Sotus lib.3. de Iuſt. & Iu.q.2.art.5.& ratio eſt, quia Pœnitentia eſt virtus per eſſentiam, diſtincta à qualibet alia Virtute. B Secundo dicitur virtus vniuerſalis, ſeu generalis, ex Altiſsiod. Maiore, Alber. Mag. Tho. de Argen. vbi ſupra, quaſi integraliter, ita vt huiuſmodi virtus confletur ex multis virtutibus, vel ad eum modum, quo in ſententia Grego. Ariminen. in prologo ſent.q.3. Durand. ibidem q.4. Anton.And.6. Metaph.q. 3.& aliorum, dicitur ſcientia, vnus habitus conflatus ex multis habitibus partialibus, vel ad eum modum, quo Halenſ.4.p.q.54. mem.1.art.2. aſſerit plures virtutes facere vnam Iuſtitiam legalem, ſeu vniuerſalem, quod etiam ſenſit Buridanus 5. Ethic.q.4.& 5. vbi per Iuſtitiam generalem intelligit collectionem quamdam omnium virtutum, ſicut, inquit ipſe ibidem, nomine Vniuerſi intelligitur vniuerſitas corporum, & rerum creatarum; Vtrum autem hæc duo bene dicantur, alibi examinanda erunt; illud interim certum eſt, quod attinet ad rem noſtram, non hoc modo Pęnitentiam eſſe Virtutem generalem, quia vt oſtendemus, multæ poſſunt eſſe Virtutes ſine pœnitentia, alia contra hãc ſententiam habet Thom. de Argent. in 4.d.14.q.1.art. 1. Tertio poteſt dici virtus generalis, ſeu vniuerſalis, vt habet Alb.Magn. vbi ſupra, vel quaſi formaliter ad modum

dum

Digitized by Google

dum formæ cuiuſdam extrinſecę, qua ratione dicitur charitas Virtus vniuerſalis, quatenus informat cæteras virtutes, illiſq; tribuit perfectionem meritorij, vel communitate cauſæ ex S. Thom. 1.2.q.65. art.2. Durando in 4. d. 14. q. 2. nume.7. Soto tum lib. 3. de Iu.& Iu.q.2.art.5.& in 4.d.14.q.2. art.2.& Suario ſup.diſput.2.ſect.3.nu. 3. quomodo Charitas imperãdo dicitur monere cæteras virtutes ad obeunda ſua officia propter Deum; ſicuti ſcriptura, teſte Bart. Med.in p.2.q.65. art.3. ſolet tribuere eid.charitati operationem aliarum virtutum, iuxta id ad Rom.13. Qui diligit proximum, legem impleuit; vt propterea bene S. Auguſt. libro 4. contra Iulianum cap. tertio lib.21. dé Ciu. Dei c.26.lib.15. cap.22.lib.22.cap.24. In præfationẽ Pſal.31.In Enchirid.c.121.primo.Retract.c.3.& alibi ſæpe, S. Hieronym. ad Gal.c.3.ſuper illa verba, Iuſtus ex fide viuit, Gregor.lib.2.Moral.c.33.& S.Tho. tum p.2.q.65.art.2. tum 22. q.23.art.7.nullam dari veram virtutem, quę ſcilicet faciat hominem ſimpliciter rectum, & bonum erga Deũ, rectaq; operãtem ſine charitate, vel 3. ex Halen.vbi ſupra, quaſi cõcomitanter, quomodo dicuntur virtutes concomitari charitatẽ; & neq; aliquo ex his tribus modis, Pœnitentia poteſt dici Virtus generalis, ſeu vniuerſalis, tũ quia plurimæ ſunt virtutes, quæ habent oẽm perfectionem ſine pęnitentia, tum quia non eſt eadem ratio pęnitentiæ, ac eſt Charitatis, vt ſuo loco dicemus, & docet S. Bonauen.in 4.d. 14.art.1.q.3. Tho. de Argen.ibidem q.1. artic.1. Tum quia commune eſt omnib. virtutibus, vt habeãt alias virtutes ſibi adiunctas, vt patet in virtute

S. Tho. *P uu.ad Rom.* *S. Aug.* *S. Hier.* *S.Greg.* *S. Tho.* *Quæ dicitur Virtus ex ſẽtẽ Patrũ.* *S. Bonauen.*

A Religione, cui etiam adiungitur ipſa pænitentia, vt docet Suarius ſup.diſp. 7.ſect.ſecunda num.6. & tamen non dicũtur virtutes generales, aut vniuerſales. Vnde licet Virtuti pænitentiæ adiungerẽtur cæteræ virtutes, nõ propterea dicenda eſſet virtus generalis, niſi tamẽ impropriè loqui vellemus, quidquid dicat Halen.vbi ſupra. Quarto dici poteſt virtus generalis ex Alb. Mag.vbi ſupra diſpoſitiue, & quaſi re-

B mote, quomodo poſſemus concedere cum Richardo vbi ſupra, Pænitentiã eſſe Virtutem generalem, ſeu vniuerſalem, quia, ſuppoſito peccato, Pænitentia eſt vnica diſpoſitio ad reliquas virtutes in peccatore fideli, quod tamen, quomodo verum ſit, poſtea explicabimus; Sed hoc etiam modo ſatis improprie diceretur Pænitẽtia, Virtus Generalis. Quinto poteſt dici Virtus Generalis, teſte Suario ſupra diſp. ſecunda Sect.1.quatenus dicit princi-

C piũ, vnde elicitur deteſtatio peccati, ſic Pænitẽtiam ait poſſe dici virtutem generalem. Verum hoc non placet, quia pænitentia non eſt principiũ eliciuum peccati deteſtandi, vt poſtea examinabimus. Vltimo dicitur Virtus generalis, ſeu vniuerſalis, quaſi obiectiuè, quatenus habet obiectum materiale non determinatum in aliquo certo genere, quomodo Suarius lib. aureo de auxilijs diſput. de Iuſtitia Dei,

D Sect.quinta, ait Iuſtitiam poſſe dici generalem ex parte materiæ, & rerum, in quibus verſatur, & hoc modo poſſumus concedere cum Halen.vbi ſup. memb.1.art.2.Alb.Mag.vbi ſup.Tho. de Argen.in 4.diſt.14.q.1.ar.7.Gabr. ibidem art.3.dub.4.Soto ibidem q.2. art.ſecundo, Didaco Nugno in 3.p.q. 85.ar.2.dub.1.ad impugnationẽ ſecũ-

Virtus generalis.

dæ

Digitized by Google

dæ ſententiæ,& alijs pænitentiam eſſe Virtutem vniuerſalem, quatenus obiectū pœnitentiæ Virtutis eſt omne peccatum, vt emendabile; Melius tamen dicendū videtur in noſtra ſententia, Pænitentiam eſſe Virtutem generalem, quatenus ipſa vult, vt ita dicam, ſatisfactionem fieri Deo pro peccatis in genere, ita tamen, vt hoc non tollat rationem ſpecialis virtutis, vt poſtea dicemus, & docet Alb. Magn. vbi ſupra.

Quæ propriè dicitur Virtus generalis.

Notan. Secundo, etſi, Pænitentiam non eſſe ſolam quamdam vitæ nouitatem, ſed neceſſario includere dolorem quemdam, & triſtitiam, ſup. iam demonſtrauimus ex ſcripturis, & Patribus; adhuc tamen non conſtare inter DD. Catholicos, quis ſit proprius illius, ac formalis actus; nam deteſtatio peccati poteſt multis modis ſumi ex communi omnium ſententia; legantur inter alios Sotus in 4.d.14.q.2.art.2.& Suarius diſput. ſecunda ſec. 3.num.primo; primo quidem, vt eſt cōtra rationem, cui ex natura ſua peccatum opponitur, ſecundo vt eſt contra Deum, a quo auertit, tertio vt aſſumitur ad ſatisfaciendum Deo pro peccato, quomodo teſte Illuſtriſs. Caiet. vbi ſupra poteſt dupliciter aſſumi, uel ad ſatisfaciendum pro culpa, vel pro pęna; Quiş igitur ex his actibus ſit proprius, & formalis actus pænitentiæ, adhuc non conſtat; hic autem eſt, qui a nobis hoc loco quæritur. Alij igitur quos infra afferemus, aſſerunt formalem actum pænitentiæ eſſe deteſtationem peccati, ſed non placet, vt poſtea fuſius probabimus. Caietan. loco ſup. citato aſſerit, actum proprium Pænitentiæ eſſe deteſtationem peccati, quatenus tamen aſſumitur ad ſatisfaciendum Deo pro culpa; quod ait fieri tribus modis, primo per diſplicentiam, ſecundo per cognitionem peccati, & ſubmiſſionem factam Deo. tertio per confeſſionem internam, & concludit, actum pœnitentiæ eſſe actum Religionis, & ad eundem habitum Religionis pertinere, vt ſupra diximus. Verum neque hæc ſententia placet, vt poſtea videbimus. Scot. Gabr. Tartaret. locis iam citatis, quatuor ponunt actus Pœnitentiæ, ut primus ſit, velle vindicare peccatum, ſecundus illud idem deteſtari, tertius velle pro illis pœnam ferre, quartus & vltimus ſit patienter illam pęnam ferre, & aſſerunt prædicti DD. ex his actibus, primum ſolum pertinere ad pœnitentiam; Vnde primus omnium Scotus motus eſt, vt diceret, actum pœnitentiæ pertinere ad iuſtitiam vindicatiuā, ut iam diximus. Verum quantum hęc ſententia aberret a vero, poſtea videbimus, in illius ſentetnię examinatione. Alii denique alio modo philoſophati ſunt de hoc actu formali Pœnitentiæ, quis autem hic ſit ex noſtra ſententia, inferius conſtabit.

De proprio actu Pænitentiæ.

A B C

Notan. tertio ex Caietan. in part. 2. D. Thom. quæſt. 26. art. 4. in quolibet amore ſpectandum eſſe duplicem quendam reſpectum, alterum amoris amicitiæ in perſonam, alterum concupiſcentiæ in rem cui duplici amori ex eodem Caietano ibidem, quæſtio. 29. artic. primo, correſpondet duplex genus odij: alterum, quod dicitur odium inimicitiæ alterum, quod ille ibidem ait, eſſe innominatum, ſequutus Diuū Thomam ibidem, quæſt. 30. articul. 2. ad tertium, & poſſe dici odium abominationis ex eodem D. Thom. ibid. quæſt.

Duplex Amor amicitiæ, et concupiſcentiæ.

D

S. Tho.

Digitized by Google

quæſt.23.ar.4. Inter hæc autē odia A hoc intereſſe adnotauit idē Caiet. loco cit.quod,odiū inimicitiæ reſpicit perſonam per modum negationis,diſſonantiæ, & auerſionis,malum vero, quod perſonæ deſideratur,per modum proſequutionis,affirmationis,& conſonantiæ,contra vero odium abominationis reſpicit rem per modum fugæ,negationis,& diſſonantiæ, perſonam vero a qua remouet illud malum, reſpi B cit per modum proſequutionis,affirmationis, conſonantiæ, & amoris.Legatur Valentia in p.2.diſp.3. q.1. & 2. vnde ſequitur, quia odiū peccati eſt odium abominationis, quod reſpicit peccatum per modū auerſionis,dicere poſitiuum reſpectum per modum proſequutionis in perſonam,a qua remouetur malum, & ideo odiſſe peccatum propter Deum nihil ſit aliud,niſi odiſſe peccatum, quatenus eſt contra C Deum,& conſequenter ſit poſitiuè diligere Deum. His poſitis.

Prima concluſio. Pęnitentia eſt virtus ſpecialis a cæteris aliis virtutibus diſtincta.

Hæc cōcluſio duas habet partes, prior eſt, quod pænitētia ſit virtus, altera quod ſit virtus diſtincta.

Quo ad priorem partem, iam ſupra probata eſt.

Quod attinet vero ad alterā par D tem, probanda iam erit.

Probatur igitur ſecunda pars cōcluſionis vnico argumento: oīs diſtinctio habituū petitur ex diſtōne actuū, & obiectorum, vt ſup. ſuppoſuimus ex bona philoſophia, ſed actus, & obiectū virtutis Pænitētiæ ſunt diſtincta formaliter ab obiecto, & actu cuiuſcunq; alterius virtutis, ergo ēt habitus virtutis pænitentiæ erit diſtinctus a quolibet alio habitu alterius virtutis. Minorē probabimus ex iam dicendis in ſequenti concluſione.

Secunda concluſio. Actus formalis, virtutis pænitētiæ eſt diſtinctus a quolibet alio actu formali alterius virtutis. Pro qua eſt.

Notan. Proprium, & formalem actum virtutis pænitentiæ, eſſe, velle ſatisfacere Deo offenſo ex peccatis, & quoniam huiuſmodi voluntas ſatisfaciendi Deo nunquam eſt efficax, niſi ſimul includat deteſtationem peccati, vt inter alios docent Gab. in 4.d.14.q.1.ar.2.cōcluſione 5. Tho. de Argent. ibidem, ar. primo, & fuſius dicemus in ſequenti concluſione, ideo pænitentia virtus imperat quidem hunc actum deteſtationis, quatenus tamen per illum vult Deo ſatisfacere, quare non tamquam proprium, & formalem actum virtus pænitentia elicit deteſtationem peccati, ſed tanquam actum alterius virtutis illum imperat, vt infra dicemus, & hoc poſito.

Quis ſit actus formalis pænitentiæ.

Probatur noſtra concluſio. Hic actus, quo peccator vult Deo ſatiſfacere pro offenſis in illum commiſſis, eſt actus diſtinctus a quolibet alio actu cuiuſcumque alterius virtutis, ſed ille actus eſt formalis, & proprius virtutis pœnitentiæ, ergo huiuſmodi actus Pœnitentiæ eſt diſtinctus ab actu alterius virtutis.

Maior facile patet, facta partiū enumeratione in actibus cuiuſcumque alterius Virtutis, & quoniam

maior difficultas eſt dignoſcere A quo diſtinguatur actus pęnitentiæ ab actu charitatis, & contritionis, ideò ſolam differentiam inter prędictos actus hoc loco afferemus; diſtinguuntur aũt hi actus inter ſe, tam ſecundum eſſe phyſicũ, quam ſecundum eſſe morale, ſecundũ eſſe phyſicum quidẽ, quia eſſe phyſicũ actus deſumitur ab obiecto, vt hoc obijcitur voluntati; conſtat aũt aliud eſſe obiectũ huius actus, B volo.ſ. Deo ſatisfacere; ꝙ diximus pertinere ad pænitentiam virtutẽ proprie & formaliter, & aliud eſſe obiectũ charitatis, & cõtritionis, quia obiectum prioris actus eſt ipſa ſatisfactio; obiectum aũt poſterioris, id eſt, charitatis, eſt amor, vel offenſa Dei; quę duo obiecta phyſicè ſunt omnino diſtincta; diſtingui autem ſecundum eſſe morale, probatur, C quia voluntas ſatisfaciendi habet rationem iuſtitiæ, quia induit quodammodo rationem debiti; At vero actus charitatis habet quamdam diuini amoris complacentiam: vnde hæc diſtinctam habet bonitatem moralem ab illa, ergo illi actus omnimode ſunt diſtincti, ergo vera eſt illa maior. Minor autem probatur, quia huiuſmodi actus, velle ſcilicet Deo ſatisfacere, D non poteſt pertinere ad iuſtitiam vindicatiuam; neque ad diſtributiuam; neque ad commutatiuam, neque ad charitatem, & contritionẽ, neque ad religionem, neque ad virtutem vt ſic, vt patebit ex dicẽdis, ergo pertinebit ad pænitentiã, ergo eſt illius actus formalis, & proprius, de hoc enim eſt diſputatio hoc loco.

Sequitur primo ex dictis veriſſimam eſſe noſtram ſecundam concluſionẽ, nã, ex quo ille actus, quo quis vult Deo offenſo ſatisfacere, ſit actus virtutis, diſtinctus a quolibet alio actu alterius virtutis, & ad nullam aliã virtutem pertineat, ſit neceſſario, vt pænitentia ſit virtus ab omni alia virtute diſtincta.

Sequitur ſecundo ex D. Tho. 3. p. q. 85. ar. 2. ad primum, & 1. 2. qõ. 113. ar. 5. ad 1. Scoto in 4. d. 14. q. 2. §. de ſecunda ſignificatione. Tartareto ibidem. Tho. de Argen. q. 1. ar. 1. Soto q. 2. ar. 2. Viguerio de pæn. initio, & aliis, deteſtationem peccati non eſſe actum elicitum a pænitentia virtute, contra Halen. 4. p. q. 54. m. 1. ar. 2. Tabienam verbo Cõtritio, nu. primo, Illuſtriſſ. Toletum lib. 3. ſupra cap. 4. nu. 2. Belarm. lib. 1. de pænit. c. 20. Suarium tum alibi tum diſp. 3. ſect. 4. nu. 1. ad q. 85. & ratio deducitur ex D. Tho. locis cit. quia deteſtatio peccati, vt eſt cõtra Deum; pertinet ad virtutẽ charitatis, ad hanc n. ſpectat & amor Dei, & odium eorũ, quæ ſunt cõtra Deũ, ergo ab eadem virtute charitatis eliciuntur: ille. n. actus dr̃ elicitus ab aliqua virtute, teſte Barthol. Med. in p. 2. q. 45. ar. 4. qui intrinſece pertinet ad illã virtutẽ, ergo cum hoc mõ deteſtari peccatũ ꝑtineat ad charitatem, ab eadem ẽt actus ille deteſtãdi elicietur, ergo a charitate, non a pænitentia formaliter elicitur deteſtatio peccati.

S. Thom.

Deteſtatio peccati non elicitur a virtute pænitẽtia.

Nec placet quod ait Suarius loco iamiam cit. nu. 1. etiam in illo actu, quo quis vult ſatisfacere Deo pro peccato, quem actum propriũ pænitentiæ ſup. diximus, neq; diſſentit

Improbatur Suarius.

ſentit

ſentit Suarius ſupra diſputa.2.ſect. 3.num. 4.includi deteſtationem illius,& ſic deteſtationem peccati elici a pænitentia;non placet,inquã, quia ſi loquamur de deteſtatione peccati formaliter, certum eſt, illã non elici a pænitentia virtute , ſed a charitate , vt iam diximus,ſi autẽ loquamur de deteſtatione peccati, vt ingreditur ipſam virtutem pænitentiæ,tunc concedimus quidem illam pertinere ad pænitentiã virtutem, ſed ſolum tãquam alterius virtutis actum , vt in tertia concluſione dicemus.

Reijcitur Canus. Neque ſecundo placet,quod ponit Canus p.2.Relect.de pænit.cõcluſ.ſecunda,.deteſtationem peccati pertinere ad charitatem , quatenus eſt offenſa Dei,&vt eſt malum proprium,pertinere vero ad pænitentiam , quatenus hoc actu volumus ſatisfacere Deo . Non placet, inquam,quia in hoc actu,quo quis vult Deo ſatisfacere per contritionem, concipimus duos actus, quorum alter eſt velle ſatisfacere Deo, alter vero ipſa contritio , ſeu deteſtatio peccati,qua Deo ſatisfit. vt ẽt docuit D.Tho.3.p.q.85.art.2.ad 1. Gabr.in 4.d.14.q.1.art.3.dub.3.& ſequitur Suarius ſupra diſput.3.ſectio.4.nu.8.& 9.coniunctio autem horum actuum nulli tollit de propria ſpecie,ergo ſi deteſtatio peccati ex natura ſua ſpectat ad charitatem,vt vere ſpectat,ex coniunctione cum alio,non recedet a propria ſpecie . Confirmatur, quia,vel iſti duo actus coniunguntur,quaſi concomitanter, vel contritio præcedit, & ſubſequitur voluntas illa ſatisfaciendi , vel contra, ſi primum, certe quia vterque actus habet ſuum obiectum,vterque etiam retinebit ſuam ſpeciem , neque alter alterum mutabit, quia neuter in alium proprie habet efficientiam ; quod ſi pręcedat contritio , vt videtur velle Gabr.ſupra dub. ſecundo, Sotus vbi ſupra ; ſequitur,quia hæc deteſtatio præcedit voluntatem ſatisfaciendi , in illo priori retinere ſuam ſpeciem,neque mutari à poſteriori:quod ſi voluntas deniq; ſatisfaciendi pręcedat,& ſequatur cõtritio,vt nobis ſemper placuit,vt ẽt placuit Suario diſput.4. ſect. 1 . nu. quinto. adhuc hæc retinet ſuã ſpeciem , & actus ille præcedẽs poteſt quidem alteri dare nouam ſpeciẽ accidentalem, ſed non tollit eſſentialẽ, id quod videmus accidere in omnibus actibus imperatis.

Sed inſtant contrarij,hic non eſſe duos actus, nam vt ait D. Tho.p. 2.q.8.ar.3. & q.12.ar.4.& ſequuntur Richard.in 2.d.38. artic.3. q.4. Greg.in primo d.1.q.1.art.2. Marſil.ibi d.4.artic.1.dub.2.Capreol.in 4.d.14. quæſ. 1.art.3.poteſt voluntas vnico actu deligere mediũ , & finem, ergo etiam vnus erit actus , quo voluntas vult ſatisfactionẽ , & ipſam contritionẽ,qua ſatisfacit.

Reſpondetur,negando antecedens,& ad aſſumptum ex D.Tho. & alijs reſpondetur,verum eſſe totum id,quod dicitur, quando finis, & medium poſſunt vniri in vno obiecto,vt quod,in noſtro autem caſu ſunt duo obiecta diſtincta, & duo actus diſtincti; obiecta quidẽ, quia obiectum contritionis eſt offenſa Dei,vt eſt contra ipſius bonitatem, obiectum autem pœnitentiæ

tiæ virtutis eſt ipſa ſatisfactio; actus contritionis eſt deteſtatio peccati, actus autem pænitētiæ virtutis eſt actus quidam reflexus, quo eligitur deteſtatio, id quod neque negat Suarius ſup. diſput. 4. ſect. 2. nu. 6. Accedit quod actus contritionis eſt per modum fugæ, & auerſionis; actus vero virtutis pænitentiæ eſt per modum intentionis, & conceſſit Suarius diſput. 3. ſect. 5. nume. 9. quæ quoniam ſunt omnino diſtincta, diſtinctæ etiam erunt virtutes, quæ ad hos actus, & ad hæc obiecta referuntur.

Inſtant ſecundo, in humanis voluntatem ſatisfaciendi, & ipſam ſatisfactionem pertinere ad eūdem virtutem, ergo etiam in diuinis pertinebunt ad eandem virtutem, ergo ſequitur vel contritionem pertinere ad pænitentiam, vel hāc pertinere ad charitatem.

Reſpondetur, diuerſam eſſe rationem humanæ ſatisfactionis a diuina, quia illa fit per actum externum, qui, cum ſit obiectum actus interni, non poteſt pertinere ad aliam virtutem, niſi ad quam pertinet actus internus. At vero ſatisfactio, quæ fit Deo, fit per actum internum, id eſt, per contritionē, quæ cum habeat ſuum obiectū, & ſuas circumſtantias, habet etiam ſuam ſpeciem virtutis, ipſe vero actus eſt deinde obiectum alterius actus reflexi, quo eligitur ipſa deteſtatio, qui actus reflexus illi priori actui non dat, niſi ſpeciem accidētalem ex Caieta. & conſequenter ille actus, qui eſt obiectum actus reflexi, non mutat ſpeciem, vnde non pertinebunt illi actus ad eandem

A virtutem; ſed quemadmodū prius erāt diſtinctæ virtutes, ſic etiā poſt manent.

Sciendum enim eſt, in hac pęnitentia tres actus eſſe diſtinguēdos, quorum prior eſt voluntas ſatisfaciendi Deo; ſecundus eſt electio cōtritionis ad ſatisfaciendum; tertius eſt ipſemet actus contritionis, qui eſt ipſa ſatisfactio, hic actus habet pro obiecto offenſam Dei, & ipſe B eſt quaſi obiectum electionis; ille autem prior actus eſt formaliter pęnitentia virtus; vnde vltimus actus, qui eſt contritio non ſpecificatur ab illo priori, ſed manet in ſua ſpecie eſſentiali, & ſolum recipit denominationem quandam accidentariam, quatenus ſcilicet ordinatur ad ſatisfactionem, ex quo facile ſoluitur, quod obiectum eſt. *In pænitētia tres actus diſtinguuntur.*

C Inſtāt tertio, non eſſe neceſſariā iſtam expreſſam intentionem, vt diſtinguatur pęnitētia a charitate.

Reſpondetur negando antecedens, quidquid enim ſit de iſta expreſſa intentione; an ſit neceſſaria ad iuſtificationem nec ne; de quo tamen poſſunt legi Gabr. in 4. diſt. 14. quæſt. 1. Suarius ſupra diſputa. 4. ſect. ſecunda, nume. quinto, illud certum eſt, vel hanc intentionem D eſſe ponendam, vel certe non poſſe diſtingui pænitentiam a charitate, quia cum ex iam dictis virtutes ſuam recipiant diſtinctionem ab actibus, & ſuis obiectis formalibus, certe non aliter poterit diſtingui pænitentia a cæteris virtutibus, niſi per aſſignatos actus legantur D. Thom. 3. par. quęſt. 85. ar. ſecundo, ad primum. Altiſſiod. in 4. tract. 6. quæſt. 3.

Neque

Reijcitur Richardus.

Neque tertio placet, quod aſſerit Richard. in 4.d.14. art.1.q.2.ad 1. vbi dicit deteſtationem peccati, vt eſt contra rationem, pertinere ad ſingulas virtutes, vt reſpicit bonitatem diuinā, pertinere ad Charitatem, vt vero eſt contra Iuſtitiā, pertinere ad Pænitentiam. Nā Primo, hoc modo poſſemus multiplicare plure, & plures virtutes; ſecūdo, quia ſi mente circumſcribamus bonitatem Dei, quæ eſt obiectum amicitiæ, & charitatis, vix poſſumus afferre vllam rationem, quare peccatum dicatur eſſe contra Deum: tertio quia ſi dicat Richardus, peccatum eſſe contra Iuſtitiam, quodammodo vniuerſaliter, quatenus illa obligat ad obſeruationem pręceptorum Dei, tunc vel pertinebit iſte actus ad virtutem vniuerſalē, vel ad obedientiam, vel ad Charitatem, nunquam tamen, vt ſic, ad Pænitentiam Virtutem.

Neque quarto placet, quod alij dicunt, ideo ponendam eſſe virtutem Pænitentiam, diſtinctam ab alijs, quia habet actum negatiuū, aliæ autem Virtutes habent actum poſitiuum. Non placet, inquam, tum quia licet odium peccati, quatenus dicit abominationē, ſit actus negatiuus; Intrinſece tamen dicit tendentiam poſitiuam.i.proſequutionem, iuxta ea, quę ſupra prænotauimus, tum quia etiam hic actus negatiuus pertinet ſecundario ad alias virtutes, a quibus tamē diſtinguitur Virtus Pænitentia, & aliæ virtutes inter ſe diſtinguuntur; neque neceſſe eſt nouam excogitare virtutem, cuius hic actus negatiuus ſit actus primarius.

Deteſtatio formaliter elicitur à Charitate.

Quare ſtat, quod nos iam poſuimus, & ex dictis patet, deteſtationem peccati formaliter elici a Charitate, & modo explicato ſolum pertinere ad Pænitentiam Virtutem; quatenus ſcilicet imperat illam ad ſatisfaciendum Deo.

Reijcitur Didacus Nugnus.

Sequitur Tertio, male nobis videri philoſophatum Didacum Nugnum in 3.p.q.85.ar.2. dub.1. quo loco pro reſolutione præſentis difficultatis adnotauit, dupliciter poſſe peccatum conſiderari; Primo in quātum eſt imperfectio hominis, auertens ipſum à Deo, ſecundo in quantum eſt offenſa cōtra Deum, vnde ſubiunxit ſecūdum priorem rationem; dolere de peccato, pertinere ad Charitatem; ſecundum vero poſteriorem rationem, pertinere ad Pænitentiam Virtutem, quia inquit ſecundum hanc peculiarem rationem Pænitentia habet ſpecialem difficultatem, & conſequenter habet, vt ſit Virtus diſtincta ab alijs. male inquam nobis videtur philoſophatus; nam videtur falſum, dolere de peccato ſecundū poſteriorem illam rationem pertinere ad pænitētiā, melius dixiſſet, niſi fallamur, ad Charitatē; nam ad hanc ex D. Tho. locis ſupra citatis pertinet, & amor Dei, & odium eorum, quæ ſunt contra Deum. Præterea ſi peccatum, vt auertit à Deo, deteſtari, pertinet ſecundum Didacum ad Charitatem, ergo etiam ad eamdem pertinebit illud idē deteſtari, vt eſt offenſa Dei, in hoc.n. ſtat eſſentialiter offenſa Dei ex D. Th. 3.p.q.86.ar.4. quia.ſ.hō ex peccato auertatur à Deo, & cōuertatur ad creaturam, ergo ex illa diſtin- *S.Thom.*

 ctione

ctione nō vř petēda diſtinctio virtutis pœnitētię à Charitate: accedit, qđ vř Didacus proceſſiſſe ex falſo fundamento, videtur .n. feciſſe, Pœnitentia in recto eſſentialiter importare dolorem, non quemcumque, ſed efficacem, & ſufficientem ad recompenſandum offenſam factam Deo, & emendandum ipſum peccatum: nā, vt iam diximus, formalis actus Pœnitentiæ non conſiſtit in aliquo dolore, ſed potius in quodam velle, vt ita dicam, quo peccator eligit deteſtationem ad ſatisfaciendum Deo ex peccatis offenſo, quare includit quidē Pœnitentia virtus, & deteſtationem peccati, vel etiam dolorem, ſed tanquā quæ ſunt alterius virtutis, modo ſupra explicato, quare diſtinctio illa Didaci non ſatis videtur ad rem.

Tertia concluſio. Actus efficax Pœnitentię ſemper coniunctus eſt cum deteſtatione peccati, tāquam cum alterius virtutis actu, id eſt, Charitatis.

Dixi actum efficacem, vel vt excludam attritionem, quæ nō includit perfectā charitatem, & deteſtationem, vel quia in ſententia Scoti in 4. diſt. 14. quæſt. 2. art. 2. Durandi ibidem diſt. 17. q. 1. numer. 10. Gab. in 4. diſt. 14. queſt. 1. Pœnitentia pōt eſſe informis, & ſine charitate, ſicut poſſunt eſſe fides, & ſpes, quia inquit Gab. vbi ſupra art. 2. concluſ. 4. & 5. poteſt peccator aliunde, quam ex charitate velle deteſtari peccatum, &c. tunc autem illa pœnitentia non eſſet efficax.

Probatur igitur prior pars noſtrę concluſionis, actum ſcilicet efficacē pœnitentiæ habere adnexam de- A teſtationē peccati: quia eatenus peccator vult cum effectu Deo peccatis offenſo ſatisfacere, quatenus ſibi diſplicet illum peccatis offendiſſe, ſed diſplicere Deum peccatis offendiſſe, eſt actus contritionis, ergo actus efficax contritionis coniungitur pœnitentiæ, nam ad hanc pertinet, vt iam diximus, velle Deo ſatisfacere.

Secundo probatur: actus perfe- B ctus, & completus pœnitentiæ virtutis eſt velle vindicare peccatū, vt ſic peccator ex viribus, Deo tamen adiuuante, eidem ſatisfaciat offenſo; ſed hic actus pœnitentię continet deteſtationem peccati, ergo actus pœnitentię efficax continet deteſtationem peccati: minor probatur, nam velle vindicare peccatum, vt quis Deo ſatisfaciat, nihil eſt aliud, niſi deteſtari peccatū pro- C pter Deum ſumme dilectum, ſed hoc ipſum eſt actus cōtritionis elicitus à Charitate, & cōiunctus cum pœnitentia virtute, ergo.

Secunda pars concluſionis quatenus dicit actum deteſtationis pertinere ad aliā virtutem, id eſt, Charitatem, iam patet ex dictis in ſuperiori concluſione.

Explicātur Patres, & Concilia.

Sequitur primo, quomodo ſint intelligenda multa, ac varia loca, D tum SS. Patrum tum Sacrorum Decretorum, ac Conciliorum, quæ actum pœnitentię ſolent explicare per pium, & rationalem animi dolorem, neque enim exiſtimamus eſſe intelligenda, vt videtur intellexiſſe Canus p. 1. Relect. de Pœn. & Suarius ſupra diſp. tertia, ſect. quarta, nu primo, perinde quaſi ille dolor, illa deteſtatio, ſint actus eliciti a Pœni-

a Pænitentia virtute;ſed quia reperiūtur in illa,vt perfecta,atque efficax ſit,modo iam explicato, vt inter alios explicat Thom.de Argen. in 4.diſt.14.quæſt.1.artic.1. vel etiam poſſumus dicere, illos loqui de Pænitentia.i. de contritione, quæ ſine dubio bene explicari pōt per illum rationalem animi dolorem,vt ſuo loco dicemus.

Sequitur ſecundo,virtutem pænitentiæ ex parte obiecti ſui formalis, & actus proprij eſſe virtutē ſingularē, quāuis ex parte ſui obiecti materialis poſſit dici aliquo modo vniuerſalis, vt ſup. diximus ex Th. de Argent.Soto,Alber.Mag.& alijs vbi ſupra.

Sequitur vltimo,ex omnibus illis actibus, quos multiplicant Scotus & Caietan. vbi ſupra, & nos iā recenſuimus, nullū formaliter aſſignari poſſe,vt ſic, pænitentiæ virtuti: nam omnes illi actus, vel pertinent ad aliquam aliam virtutem, vel ſunt potius quædam quaſi conditiones ipſius pænitentię, quam actus formales eiuſdem Legas Suarium ſupra diſput.3.ſect.4.numer. quarto,Canum p.ſecunda Relect. de pęnit.Sotum ſupra, qu.2. art.2. Th.de Argen.ſupra in tertia parte, art.primi.

Sed iam veniamus ad ea,quę faciebant difficultatem.

Ad primum reſpondemus, ea omnia, quæ ibi afferuntur,vera eſſe,non tamen ex ea ratione,quam loco ibi citato, affert Illuſtriſſimus Caietanus, cuius ſententia ab omnibus vnanimi conſenſu reijcitur, quia ſcilicet Pænitentia, & Religio ſint vnus, & idem habitus; vna & eadem virtus: hoc enim falſum eſſe.de ſe patet; ſed quia, vt aſſerunt Halenſ. artic.2. & 3.ſupra S. Bonauent. & Sotus ſupra,huiuſmodi virtutes maximā inter ſe habent connexionem, vnde etiam vendicant ſibi mutuam quandam nominis reciprocamque rationem, vt aliquando pænitentia dicatur Religio, & contra, quod tamen non ita intelligēdum eſſe exiſtimamus, vt actus illarum virtutum ſint neceſſario cōnexi, ſi enim id intelligerent & S. Bonauen. & Sotus,falſi eſſent,nam teſte Suario ſupra diſput. ſeptima, ſect.ſecunda,numero quarto,& de ſe facile patet, poteſt voluntas noſtra imperare actum vnius v.g.Religionis,& non alterius, v. g. Pænitentiæ, ſed ita intelligendum eſſe exiſtimamus,vt illi actus, tam Religionis,quam pænitentię habeant quandam affinitatem interſe, ratione cuius vnus poſſit alterum imperare: Vnde poterit actus pænitentiæ pertinere ad Religionem, & contra; ſicut eodem modo eleemoſyna poterit pertinere ad pænitentiam, quatenus poteſt ordinari ad ſatisfaciendum pro peccātis,vt dicit S.Thom.in 4.diſtin.15.quæſt. 4.art.7.& 2.2.art.1.quæſt.32.ad ſecundum, quod autem Religio, & pænitentia omnino diſtinguantur, patet;tum authoritate D.Thom.in 4 diſt.14.quæſt.1.articu.1. vbi expreſſe illas diſtinguit,& conſentiūt cæteri plerique ex Doctoribus, legatur Canus p.2. Relect. de pænit. vbi maxime inuehitur contra hāc ſententiam Caietani, tum ratione ducta ex obiectis formalib. vtriuſque virtutis, nam pænitentia formaliter

S. Bonau.

S.Thom.

maliter intēdit ſatisfacere Deo offenſo, modo ſupra explicato, at religio formaliter intendit diuinum cultum, cultum quidem tanquam obiectum proximum, diuinum autem, tamquam remotum, quod habent Canus vbi ſupra, Suarius diſputatio.tertia, ſect.ſecunda, nu. tertio, & Leonardus Leſſius libro ſecūdo, de iuſtit.& iure, capit.36. dubio ſecundo, tum denique quia diuerſa ſunt motiua vtriuſque virtutis, vt dicit S.Bonauent.ſupra, quæſt. ſecunda. Religio enim naſcitur ex debito ſubiectionis, quod habemus ad Deum, ratione creationis, vt docet S.Thom.ſecunda ſecundæ, quæſt. 81. art.tertio, & quarto. At vero ſatisfactio oritur ex debito recompenſandæ diuinæ iniuriæ, vt adnotauit Suarius loco citato, q̄ cum ſint omnino diſtincta, optime poteſt inferri, etiam ipſas virtutes eſſe diſtinctas. Et ex his facile ſolui poſſunt alia, quæ ibi afferuntur, tum ex ſac. Scripturis, tum ex SS.patribus.

S.Bonau.

Vnde naſcatur Religio.

Vnde ſatisfactio.

Ad id quod ſecundo loco faciebat difficultatem, Reſpondemus; Primo negando totum id, quod ibi aſſumitur pro antecedente, falſum enim eſt, nomini Iuſtitię venire Pęnitentiam, nam pęnitentia tantum pertinet ad peccatores, cum tamen iuſtitia pertineat etiā ad iuſtos; hæc explicetur per declinare a malo, & facere bonum, illa vero per fletus, planctus, cinerem, cilitium, eleemoſynam, ieiunium, &c. vt tradit Belarm.lib.1.de pęn.c.20.

Reſpondemus ſecundo, pœnitentiam omnino diſtingui a iuſtitia commutatiua humana, vt docent inter alios Capreol.in quarto diſtinct.14.quęſt.prima, ad tertium articulum, Sotus ibidem, quęſtione ſecunda, art.tertio, & Suarius ſupra diſputat.tertia, ſect.prima, numer. 17. quia iuſtitia humana non valet ex ſe reddere æquale Deo; At pęnitentia virtus habet, vt quoquo modo poſſit Deo ſatisfacere, ipſo tamen fauente, vt inf.dicemus. Durandus autem qui auctor fuit illius ſententiæ videtur in eo deceptus, quia exiſtimauit inter diuinum ius & humanum, ſolum eſſe differentiam quamdam accidētariam, quæ non tollat, quo minus non ſint illa duo eiuſdem ordinis, cum tamen ex communi omnium ſententia ſint longe diuerſi ordinis, & ratio huius eſt, quia cum pænitentia, (ponimus autem hic pænitentiam virtutem eſſe quandam iuſtitiam, quod tamen ſuo loco probabimus) reſpicit ipſum Deum, ſaltem vt obiectum remotum, vt habet Capreolus loco nuper citato, & nos infra (proximum enim illius obiectum, vt iam diximus, eſt ipſa ſatisfactio per contritionem) At vero quęcumque iuſtitia humana nō habet huiuſmodi obiectum, vnde conſequens eſt, vt ſint diuerſi ordinis, & pertineant ad diuerſos habitus, ex quib. patet formalis reſponſio ad obiecta.

Diuinū ius & humanū differunt.

Ad id quod tertio loco obiiciebatur, eodem modo reſpondemus, Scotum, cuius ſententia in hac parte coincidit cum ſententia Durandi, exiſtimaſſe falſo, ius quod eſt ad Deum, & quod eſt ad hominē, eſſe eiuſdem rationis, cum tamen lōge diſtent, vt iam oſtendimus.

Reſpon-

Digitized by Google

A Reſpondemus ſecundo, ex actibus,& obiectis formalibus,tam virtutis pænitentiæ, quam virtutis iuſtitiæ vindicatiuę, vt ſuo loco oſtendemus,optime conſtare, illas duas virtutes non eſſe eundem habitũ, ſed omnino diuerſos habitus.Plura contra obiecta afferemus inf. interim legatur Capreol.loco iã iã cit.

Ad primum primę ſentẽtię Reſpondetur:Primo,argumentũ procedere ex falſa ſuppoſitione, videt .n.ſupponere,ad pęnitentiã formaliter pertinere deteſtationẽ peccati, ita vt deteſtatio ſit actus elicitus illius, ꝙ tñ nos ſup.negauimus.

Reſpondetur ſecũdo,virtutes diuerſificari ẽt ex diuerſis motiuis tẽdendi in obiectũ,ex Bonau.ſupr.q. 2.Vnde licet deteſtari peccatũ poſſit pertinere ad diuerſas virtutes,vt hẽt Halen.ſup.m.1.ar.2.& ſequuntur fere oẽs DD.attamen imperare deteſtationẽ,vt ſic Deo offenſo reddatur ſatisfactio modo ſup.explicato, ſolum pertinet ad pænitentiã; ſic.n.hẽt peculiarem rectitudinẽ in ordine ad rõnem, quæ non conuenit vlli alij virtuti; vnde, vt ſic, eſt ſpecialis virtus, diſtincta a qualibet alia,quare argumentum in contrarium factum,nobis non officit.

S.Thom.

Quõ pænitẽtia opponatur peccatis

Ad ſecundũ,varij vario modo reſpondent.S.quidem Th.3.p.q.85. ar.2.ad tertiũ,quem ſequuntur Durandus vbi ſup. q.2.n.9.Sotus ibid. q.2.ar.2.ad 3.arg.Nugnus vbi ſup. dub.2.& alij aſſerunt,pęnitentiam non opponi formaliter oĩbus peccatis, ſed effectiue, illã aũt oppoſitionẽ, ſecundum quam vnum vni eſt contrarium,ſpectandam eſſe in oppoſitione formali.

Verba aũt S.Tho. ſunt hæc. *Ad tertiũ dicendum, ꝙ qualibet virtus ſpãlis formaliter expellit habitũ vitij appetiti, ſicut albedo expellit nigredinẽ ab eodẽ ſubiecto;* ſed pęnitẽtia expellit oẽ peccatũ effectiue, in q̃tũ operatur ad deſtructionẽ peccati, pro vt eſt remiſſibile ex diuina gratia hoĩe cooperãte; vnde nõ ſequitur, ꝙ ſit virtus Generalis. Ex quib.verbis S.Th.aſſerunt prædicti

B quia pænitentia effectiue expellit quodcunq; peccatũ ſub particulari motiuo, ideo eſt ſpãlem virtutem.

Verũ ex hac reſponſione nõ vr̃ tolli difficultas,nã adhuc poſſumus quærere de illa vi effectiua pęnitẽtię,qua dr̃ repugnare oĩbus peccatis,in quo conſiſtat, & vnde ſit; nã poſſet alicui videri ficta ad euitãdã vim argumenti;& præterea adhuc vr̃ examinandũ,quare hæc vis effectiua,qua pænitẽtia opponitur oĩ-

C bus peccatis, nõ deſtruat rõnẽ peculiaris virtutis in habitu pęnitẽtię. Alii dicũt,ex quo pęnitẽtia ſit prior gratia, hãc effici a pęnitentia,& ſic expelli oĩa peccata ab eadem,effectus.n. remiſſionis peccati debetur gratię ſanctificãti, q̃ ſuppoſita pęnitentia infunditur hoĩ fideli: vnde quia gratia expellit oĩa peccata,& pænitentia efficit gratiam, conſequenter aſſerunt ipſam pænitentiam expellere omnia peccata.

D Verũ hæc ſnĩa patitur multas, eaſq;graues difficultates,p̃cipue vero in ſnĩa D.Th.qui tũ alibi,tũ 1.2.q. 113.a.8. ait gratiã eſſe priorẽ quocũq; alio habitu in genere cauſę efficiẽtis;verũ de hac ſnĩa,aliqua in ſequẽtib.attingemus,fuſior.n.tractatus pertinet ad alium locum.

Alij

Alij aſſerunt, ideo pænitentiam A effectiue opponi omnibus peccatis, quia illa producit contritionẽ, quæ deinde tollit omnia peccata: videtur Nugni ſupra dub. ſecundo.

Contritio non eſt ipſa remiſſio peccati.

Sed neq; placet; Primo quia videtur ſupponere, contrictionem eſſe ipſam remiſsionem peccati, cum tamen Concil. Triden. videatur cõtrarium aſſerere ſeſſ. 6. ca. 6. vbi contritionem vult eſſe præparationẽ, & diſpoſitionem hominis ad iuſti- B ficationem, & cap. ſeptimo, aſſerit, quod hanc diſpoſitionem, ſeu præparationem iuſtificatio ipſa conſequitur, quę non eſt ſola peccatorũ remiſsio, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratię, & donorum: ergo ſi contritio eſt diſpoſitio ad iuſtificationem, quę eſt peccatorum remiſſio, vtique diſtincta erit à peccatorũ remiſſione, ſed de hoc fuſius infra. Secundo re- C ſpondetur, ex hac reſponſione nõ tolli difficultatem, adhuc enim debent explicare, quę ſit iſta ratio ꝓpria effectiua pænitentiæ, qua repugnet omnibus peccatis, & non tollat rationem peculiaris virtutis.

Legatur Didacus Nugnus, qui loco ſupra citato, affert alios aliorũ modos, quibus ab alijs explicatur ſententia D. Thom. de hac efficientia pænitentię ad tollenda peccata. D

Pro reſolutione huius difficultatis, atque intelligentia ſentẽtiæ D. Thomæ, videtur neceſſarium eſſe aliqua hoc loco præmittere, quę de prioritate inter infuſionem gratiæ, & remiſsionem peccati iuxta veriorem ſententiam; certe quę nobis ſemper probabilior viſa eſt, dici poſſunt, & alibi, forte in ſecunda diſputatione, fuſius probanda: An ſcilicet, & quomodo infuſio gratię ſit prior remiſſione peccati, ex hoc n. nõ ſolũ præſens difficultas facile diluetur, ſed ẽt multa alia, q̃ in hoc opuſculo a nobis dicentur. igitur.

An infuſio gratiæ ſit prior remiſſione peccati.

Dico primo, inter infuſionẽ gratiæ, & remiſſionem peccati nõ eſſe ordinem ſecundum rem, videtur D. Thom. 1. 2. quæſt. 113. art. 6. vbi in ſolutione ad ſecundum docere videtur infuſionẽ gratiæ, & remiſſionẽ peccati eſſe idẽ ſecũdum rẽ, ſequitur Scotus in quarto diſt. 16. quæſtio. ſecunda, concluſ. ſecunda, Gabr. dicto loco, quæſt. 1. art. ſecundo, & alij. Quod alibi fuſius probandum erit, nunc tamen ſatis eſt, ſi probemus vnico argumento, quia ita ſe habet remiſſio peccati, & infuſio gratiæ, ſicut illuminatio, & expulſio tenebrarum, ſed hæc ſunt vnus motus realis, & vna realis actio, nam eſt vnus terminus realis ad quẽ, a quo ſumunt motus, & actio ſuam vnitatem, ergo non eſt ordo realis inter illa duo, Cõfirmatur, quia per remiſſionem peccati nihil reale poſitiuum expellitur, ſed tãtum ipſa introductione gratiæ homo deſinit eſſe in priuatione peccati, ſicut ex inductione luminis in aerem, aer deſinit eſſe in tenebris ſine aliqua mutatione reali, quidquid in contrarium aſſerat Thom. de Argent. in quarta d. 18. quæſt. 1. Legendus eſt Ferrar. cap. 41. quo loco affert non facilẽ obiectionẽ, ſed præterea ẽt ſolutionem contra hanc noſtram concluſionẽ.

Dico ſecundo. Inter infuſionem gratiæ, & remiſſionem peccati eſſe

quidem

Digitized by Google

quidem ordinem, ſed ſecundum rationem,ita viſus eſt voluiſſe San. Thom.vbi ſupra,artic. 8.quo loco S. Doctor ex quatuor enumeratis ar.6.quæ requiruntur ad iuſtificationem impij,ſcilicet,gratiæ infuſio, motus liberi arbitrij in Deum per fidem, & motus liberi arbitrij in peccatum, & remiſſio culpę, infert, inter illa quatuor eſſe ordinē naturę;vt primum in tali ordine ſit infuſio gratiæ, tum ſucceſſiue alia, vbi per ordinem naturæ intellexit ordinem cauſæ in quocumque genere cauſę; vt S.Thom. cum dixerit infuſionem gratiæ eſſe priorē natura remiſſione peccati, intellexerit de prioritate ſecundum cauſam,non efficientem, ſed formalē; & licet hi duo modi prioritatis,ſcilicet ſecundum cauſam, & ſecundum naturam in Ariſt.omnino diſtinguantur,tamen in S. Th.ibi nō videntur diſtincti,& patet, quia in Ariſtotele illud dicitur prius natura alio, quod poteſt eſſe ſine illo,& non contra, 5. met. t.6. At vero ſecūdum legem Dei ordinatam hęc prioritas non poſt reperiri inter infuſionem gratiæ, & remiſſionem peccati,vt de ſe patet,infuſio enim gratiæ in peccatorē,nunquā eſt ſine remiſſione peccati:& propterea illa datur, vt deſtruatur peccatum, item neque videtur inter illa duo reperiri prioritas ſecūdum cauſam proprie, quia in ſententia S.Thomæ,peccatum non expellitur effectiue a gratia,ſed formaliter.Vnde ſolum videtur aſſignanda in Sanc. Thoma cauſalitas formalis inter illa duo a nobis aſſignata, ſcilicet inter infuſionem gratię, & remiſ-

A ſionem peccati, & conſequenter prius,& poſterius non realiter, ſed per rationem;quam ſententiam ſic explicatam Richardus in quarta diſtinct.14.artic.4.quæſt.4. explicite habet, & Gabr.ibidem, art. ſecundo,concluſ. 5. neque diſcrepat Halenſ.4.p.quæſt.73. mem.3.art.3.& mem.2.& 3 Suarez ſupra diſputa. 8.ſect.3. nu. 3. ſed iam probemus hanc noſtram cōcluſionem, & 1.

B ex Gloſſa in ca.Magna. Verbo Dimiſerit,de pœnit. d.1. vbi poſt quā poſuerat illa quatuor, quę concurrunt ad iuſtificationem impii. ſubiungit. *Et nota,quod hæc omnia ſimul ſunt tempore,iuſtificatio, contritio, dilectio,remiſſio,ſed quædam tamen ex his naturaliter præcedunt & priora ſunt natura; neceſſe enim habeo intelligere,quod prius quis habeat gratiam,quam conteratur,&c.* Gloſſa.

C Vnde clare patet noſtra concluſio. præterea probamus illam etiam ratione, quia infuſio gratiæ,& remiſſio peccati ſunt duo, nō realiter. ergo per rationem:eſſe autem duo p rationem diſtincta: probatur, quia ad multiplicandas relationes per rationem ſufficit,vt multiplicentur termini per rationem, ſed in infuſione gratiæ, & remiſſione peccati ſunt termini ratione diſtincti,ergo

D multiplicatio illa erit ſolum per rationem,ergo infuſio, & remiſſio in peccatorē erunt duo ſola ratione diſtincta.Cōfirmatur,nam hæc eadem,& ſola diſtinctio reperitur in illuminatione,& expulſione tenebrarum, vt patet,quia expulſio tenebrarum eſt negatio negationis lucis, at negatio lucis, licet ſecundum rem non diſtinguatur a luce,

Digitized by Google

ce, cum vere non ſit res, eſt tamen ens rationis, & ideo negatio negationis eſt aliud ſecundum rationē, à poſitione affirmationis, & ſic corruptio tenebrarum ratione differt à generatione lucis; ſed totum hoc dicēdū eſt de infuſione gratiæ, & expulſione culpæ, vt de ſe patet, ergo. ſed de hac prioritate nūc ſatis; plura poſſunt legi, tū apud alios, tū apud Halen. Richard. Gabr. Suariū vbi ſupra. S. Bonau. in 4. d. 17. art. 2. q. 1. Scot. in 4. d. 14. q. 2. ar. 2. Durandum in 4. d. 17. q. 1. B. Medinam in 2. p. q. 112. ar. 1. & q. 113. art. 8. Zumel. in p. p. q. 23. art. 3. Sotum lib. 2. de natura & gratia c. 18. Thom. de Argen. in 4. d. 18. artic. 4. q. 1. Alb. Mag. d. 17. ab art. 9.

Dico vltimo, quemadmodū cū ignis introducit ſuum calorem in ſubiectum, & expellit frigus, frigus expellitur per calorem inductum non in genere cauſæ efficiētis, propriè loquendo, ſed in genere cauſæ formalis, quia ſunt duę formæ incompoſsibiles naturaliter in eodē ſubiecto; in genere vero cauſæ efficientes expellitur frigus ab igne calefaciente per ſuum calorē, vt patet ex bona Philoſophia, quidquid aliter philoſophetur Sotus in 4. d. 14. q. 2. art. 2. Didacus Nugnus 3. p. q. 85. art. 2. dub. 2. ſequutus Sotum, licet deinde paulo infra eod. dubio, neſcio an conſulto aſſentiatur noſtro priori modo philoſophādi; ſic videtur omnino philoſophandū in Iuſtificatione peccatoris, in qua per gratiam expellitur peccatum, quod eſt illius priuatio, in genere cauſæ formalis, non efficientis, quia forma, & priuatio ſunt

A

B

C

D

duo reſpectu eiuſdem, incompoſſibilia in eodem ſubiecto. Deus tamen eſt, qui & effectiue inducit gratiam, & expellit peccatum formaliter per gratiam, iuxta illud Iſa. cap. 43. *Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates tuas*, Iob. c. 14. *quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine, nonne tu, qui ſolus es?* Ad Rom. 3. *Vnus eſt Deus, qui iuſtificat circumciſionem ex fide, &c.* & cap. 8. *gratiam & gloriā dabit Dominus.* Luc. 5. *& cæperunt cogitare Scribæ & Phariſæi dicētes, quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus:* & aſſentiuntur DD. omnes S. Tho. 1. 2. q. 112. art. 1. Durandus in 4. d. 17. q. 1. nu. 8. Gab. in 4. d. 14. q. 1. art. 2. S. Bonauen. d. 17. q. 3. Thom. de Argen. d. 18. q. prima ar. quarto, Halen. 4. p. q. 72. mem. 1. ar. primo, Ledeſma 1. p. 4. q. 27. art. 1. Belarmin. lib. 1. de Iuſtifi. c. 2. Canus lib. 12. de loc. c. 13. ad 7. Suarez tū alibi tum 3. p. q. 85. diſput. 7. ſect. 1. nu. 2. & q. 86. diſput. 8. ſect. 7. nume. 12. Aluarez lib. 7. diſput. 66. nu. 12. Altiſsiodoren. lib. 4. Sum. tract. 6. cap. 2. q. 2.

Deus expellit peccatum.

Iſa. c. 43.

Iob c. 14.

Paul. ad Rom.

Luc. 5.

S. Thom.

S. Bonau.

Ex dictis poſſumus intelligere, quomodo pænitentia dicatur à D. Tho. ſup. q. 86. art. primo effectiue expellere ōia peccata, nā Pænitētia in ſua ratione formali uni tantum opponitur impænitentiæ, vt ibidē docet D. Tho. & ſequitur Darādus in 4. d. 14. artic. 2. numero nono, id quod dicendum etiam eſt de Charitate, obedientia, & cæteris virtutibus; licet enim tam charitas, quam obedientia, & cæteræ virtutes repugnent omnibus peccatis ſecūdum aliquam rationem; attamen formaliter

Quomodo à S. Thoma dicatur pænitentia expellere peccata.

Digitized by Google

liter charitas opponitur odio Dei, obedientia inobedientiæ, & ſic de alijs, effectiue autem dicitur Pęnitẽtia expellere omnia peccata, Primo quidem ex Ledeſma.p.p.4.q. 27.art.1.Viguerio de Sacramento pœnitentiæ,§.4.initio, & non diſsẽtit Suarius ſup. q.86.diſp.8. ſect. 3. num.16.ita vt non tam pęnitentia quam peccator per pęnitentiam dicatur expellere peccata ad eũ modum,quo ſolemus dicere agentem, diſponentem ad introductionem formæ,eamdem efficere,ita cũ peccator ſit, qui ex auxilio diuino, vt ſuo loco oſtendemus, diſponitur ſe ad recipiendam gratiam per pęnitentiam; ideo dr̃ pęnitentia expellere peccatum effectiue. In quo nõ debuit a Didaco Nugno loco ſupra citato,dub. ſecundo ad finem, appellari Suarius non ſibi conſtans, quod ſcilicet hic diſput. citata.octaua,ſect.3.a num.12.Dixerit primo contritionem concurrere diſpoſitiue ad remiſsionem peccati,tum vero a num.16. dixerit, pœnitentem per pęnitentiam expellere peccatum,perinde quaſi Suarius non ſibi conſtans fecerit pęnitẽtiam ſimul, & ſemel cauſam effectricem,& diſpoſitiuam remiſsionis peccatorũ. Nam vt verum fateamur,nondum potuimus dignoſcere huiuſmodi doctrinæ Suarij inconſtantiam, & imprimis,eſto dixerit Suarius pęnitentiam eſſe cauſam effectricem remiſsionis peccatorum,& ſimul etiã illam dixerit diſpoſitionem,non tamen adhuc videmus vllam contradictionem;nam hoc idem videmus eſſe in rebus phyſicis, in quibus diſpoſitiones, quæ ſunt ad introducẽ

Pœnitẽtia effectiue expellit peccata.

Didacus Nugnus reprehendit Suarium, ſed male.

A dam formam,ſimul etiam appellamus,& diſpoſitiones,& cauſas effectrices, largiori quodam vocabulo; ſic in pęnitentia virtute dici potuit, vt ipſa diceretur, & diſpoſitio, & cauſa effectiuaſecundum diuerſum reſpectum; diſpoſitio quidem,quatenus ipſa vere diſponit ad remiſsionem peccatorum;cauſa autem effectiua quatenus ſe tenet ex parte hominis,efficientis ex auxilio diuino, B ipſam expulſionem peccatorũ, & recipientis ipſam gratiam: Suarius enim eo loco exponit ſententiam S.Thomæ,quot ſcilicet modis poſsit intelligi id, quod dixerat S. Doctor,pœnitentiam ſcilicet expellere omnia peccata,& ait, poſſe intelligi diſpoſitiue,quo modo ĩ phyſicis dicimus,agentem per diſpoſitionem,& introducere formam, & expellere contrarium, ſic agẽs,peccator ex auxilio ſpeciali Dei per pę C nitentiam, tamquam per diſpoſitionem, dicitur expellere peccata, & recipere gratiam.Itaque,quia pęnitentia eſt diſpoſitio ad tollenda peccata,ideo ipſa etiam dicitur expellere peccata, quod ſi deinde Suarius aſſerat peccatorem efficere pęnitentiam,& ſic expellere peccata;hoc ideo dixit, quia,reuera pęnitentia etiam efficit;ſed diſponendo D ad eum modum,quo cauſa diſpoſitiua poteſt dici efficere aliquo modo, nam ex bona philoſophia cauſa diſpoſitiua reducitur,& ad cauſã materialem,& ad efficientem: Aſſeruiſſe autẽ Suarium pęnitentiam eſſe ſolum cauſam diſpoſitiuam,verum aſſeruiſſe cenſemus vt oſtendemus in diſputatione ſequenti. Et ſi ex animo loquendum ſit, in eo

po-

Digitized by Google

Reÿcitur ſententia Nugni.

potius Nugnus, non Suarius redarguendus videtur, cũ velit Nugnus loco citato potius pœnitentiam dici debere efficere remiſsionem peccatorum, quam peccatorem per pęnitentiam, ſi tamen proprie loquẽdum ſit, tum quia denominationes ſunt ſuppoſitorum ex communi axiomate, tum quia diſpoſitiones formaliter nõ dicuntur efficere, tũ denique, quia etiam in ſententia Thomiſtarum, vt infra ſuo loco oſtendemus, habitus infuſi non ſunt principia intrinſeca vitalia operationum, quas faciunt in homine, neque ipſi habitus denominantur a talibus operationibus, ſed ipſa voluntas hominis, ipſe homo eſt, qui dicitur pęnitere, ſperare, amare &c. Sic pęnitens per pęnitentiam, non pęnitẽtia debet dici proprie expellere peccata in hoc ſenſu. Sed de his omnibus infra fuſe diſputandũ erit.

Verum hic modus explicandi ſententiam S. Thomæ non placet, quia nos hoc loco non loquimur de pœnitentia, vt formaliter eſt diſpoſitio ad gratiam.

Secundo poteſt dici pęnitentia effectiue expellere omnia peccata ex Durando vbi ſupra num. 9. & Suario in commentario ad art. 2.q. 85. Quia ſcilicet quantum eſt ex ſe, pœnitentia vult deſtructionem peccatorum, efficitq; diuino auxilio medio, vt illa omnia expellantur, quod conſonat S. Thomæ, loco iam iam citato, pęnitentia enim ſi ſit efficax habet annexam contritionem, vt etiam ſupra poſuimus, cuius efficientia diſpoſitiua expellitur a Deo peccatum; D. enim Thomas in hoc diſtinguit adultos a paruulis in ratione Iuſtificationis, quod paruulus iuſtificatur ſine vlla cooperatione propria, at vero adultus, cooperando vocationi diuinæ, quatenus igitur adultus, Deo adiuuante, ſuis actibus diſponit ſe ad Iuſtitiam recipiendam, & peccatum expellendum, dicitur effectiue concurrere ad peccatorum expulſionem, iuxta illud. 1. Ioan 3. omnis, qui habet hanc ſpem, ſanctificat ſe, quatenus ſcilicet Deus non ſanctificat hominem abſque proprio ipſius conſenſu, vt S. Aug. tom. 72. In Ioan. bene dixerit, *Qui fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine te*, quod non tãtum intelligendum eſt de iuſtificatione adulti extra Sacramentum, ſed ẽt de iuſtificatione, quæ fit per Sacramentum, nam & tunc actus hominis aſſumuntur a Deo, tamquam partes materiales Sacramenti, quæ concurrunt effectiue inſtrumentaliter, vt dicemus in vltima diſputatione, ſicut & ipſum Sacramentum ad gratiam iuſtificationis; quare hoc modo dicitur pęnitentia ẽt concurrere ad remiſsionem peccatorum, & illis opponi.

Adultus & paruulus diſtinguũtur in ratione iuſtificationis.

S. Auguſt.

Verum, neque hic modus ſatiſfacit, quia confundit pęnitentiam virtutem, de qua nos hic agimus, cum contritione, quod tamen fieri non debet.

Vera expoſitio auctoris.

Tertio dici poteſt pęnitentia effectiue expellere peccata, & noſtra eſt ſententia, nã aliæ duæ priores expoſitiones, vt iam diximus, ſupponunt remiſsionẽ peccati pertinere ad pęnitẽtiam proprie; quod tamen ſupra negauimus; ſi igitur pęnitentia in noſtra ſententia accipiatur

Digitized by Google

piatur pro eo actu, quo quis vult peccati deſtructionē, vt ſatisfaciat Deo,certum eſt hoc modo pęnitentiam,non formaliter, ſed effectiue expellere peccata, quatenus ipſa eſt,quæ elicit, & quaſi applicat contritionem,ad quam, tamquā ad diſpoſitionem neceſſariam ſequitur expulſio peccati. Intentio enim faciēdi aliquid eſt principium quoddam efficiens reſpectu exequutionis,intentio autem ſatisfaciēdi Deo proprius quidam actus eſt virtutis pęnitentiæ, ac proinde effectiue cō currit ad exequutionem,id eſt,ad illam ſatisfactionem, per quam impetramus a Deo peccatorum remiſſionem; fit enim, vt ex huiuſmodi intentione,tamquam ex principio imperante, applicetur voluntas ad exequendos illos actus, quibus fit ſatisfactio Deo:quatenus igitur pęnitentia formaliter vult ſatisfactionem, & propterea imperat actum contritionis, quæ eſt diſpoſitio ad gratiam,ad quam formaliter ſequitur expulſio peccatorum,dicitur pęnitentia effectiue opponi omnibus peccatis. Quare dicendum eſt Deū eſſe, qui phyſice expellit peccatū, quia ipſe ſolus eſt, qui efficit gratiā, vt ſupra diximus, Actus autem efficax virtutis pęnitentiæ, ſicut non efficit gratiam efficienter proprie loquendo,ſic neque hoc modo expellit peccatum,ſed ſolum diſpoſitiue,vt habet S. Thom.tum alibi, tū q.28. de Verit.art.8.Altiſsiod. lib.4. ſum.tract.6.cap.9.qu. 2.& Concil. Trid. ſatis clare id viſum eſt docuiſſe Seſſ.6.cap. 14. Quatenus ergo poſito actu pęnitentiæ virtutis in peccatore,ille imperat actum cō-

Vere pœnitētia expellit peccata.

Conc.Trid.

A tritionis,quo peccator manet diſpoſitus,vt illi a Deo condonentur peccata,& in eius amicitiā recipiatur, dicitur actus pęnitentiæ effectiue expellere peccata, rationem huius ſup. innuimus; quia ſcilicet diſponens ad introductionem alicuius formæ, dicitur etiam aliquo modo efficere effectum illius,& cōſequēter, quia pęnitētia diſponit mō explicato ad remiſsionem peccati, &
B Deo ſatisfaciendum,ipſa etiam dicitur effectiue illa omnia operari, & hunc exiſtimamus eſſe germanum ſenſum D. Thom.loco ſupra citato.

Actus pœnitentiæ effectiue expellit peccata.

Ad argumentum igitur reſpōdetur, ſicuti diximus,pęnitentiam virtutem opponi quidē omnibus peccatis,ſed quemadmodū in aliis virtutibus id non tollit,quo minus nō ſint diſtinctæ virtutes,ſic neque tollere debet in hac noſtra virtute pęnitentia;eſſe autem eamdem rationem in aliis virtutibus patet, nam & Charitas opponitur omnibus peccatis,obedientia omnibus vitijs, & ſic de alijs,& tamen non propterea deſinunt eſſe ſpeciales virtutes, eadem igitur ratione,neque noſtra virtus pęnitentia deſinet eſſe virtus ſpecialis,& ab aliis diſtincta, etiāſi opponatur omnibus peccatis: & ratio eſt, quia tum hæc noſtra virtus pęnitentia, tum quælibet alia, etſi verſentur circa omnia peccata, ſecundario tamen,& materialiter circa illa verſantur,formaliter autem habent diſtinctum modum, quo verſentur circa illa,nā charitas quidem deteſtatur omnia peccata, vt ſunt contra Deum ſummè dilectū, obedientia vero illa eadem deteſtatur,

Pœnitentia opponitur omnib. peccatis.

Digitized by Google

tur, quatenus tamen opponuntur A præceptis diuinis, pęnitentia denique quatenus illis deteſtandis vult Deo ſatisfacere, & ſic de alijs virtutibus; vnde, quia hæc motiua, quib. illæ virtutes feruntur in peccata, ſunt diſtincta, erunt etiam ipſæ virtutes diſtinctæ. Accedit quod, vt iã diximus, virtus pęnitẽtia per ſe primo non fertur in peccata deteſtanda, ſed per accidens, modo ſupra explicato. Vnde quoniam hæc virtus B habet ſuum actũ, & obiectum formale, quod iã ſupra aſsignauimus, ideo erit omnino virtus ab omnib. alijs diſtincta.

Ad vltimum argumentum reſpondetur miſsis ijs, quæ dicuntur a Didaco Nugno, qui loco ſupra citato dub. primo multa attulit, vt ſoluat hoc argumentum, ſed non adæquate, vt videre eſt. reſpõdet, inquã negando maiorẽ, & ratio eſt, quia actus ille laudabiliter viuendi, licet C videatur vniuerſalis ratione obiecti, eſt tamen in aliqua certa ſpecie, ſed innominata, vt alibi dicitur, nã habitus, loquendo de naturalibus qui ponuntur in aliqua facultate, eatenus ponitur, quatenus ex operatione redditur facilior, & prõptior ad illam, at vero in voluntate in ordine ad bonum in communi nullus ponitur habitus, quia ex aſsiduitate operationis voluntas non D redditur facilior, & promptior in ordine ad bonum in communi; at vero in actu Penitentiæ alia ratio eſt, quia hic actus, quo quis vult Deo ſatisfacere, præterquam quod eſt ſuper naturalis, vt oſtendemus, habet peculiarem rectitudinem in ordine ad rationem, quæ non conuenit vlli alij virtuti, vnde ruit argumentum.

Sequitur primo. Quoties ſcripturæ, & Patres requirunt pęnitentiã ad remiſsionem peccati, nomine pęnitentiæ, intelligendam eſſe contritionem, & deteſtationem peccati, ſcripturæ enim nihil aliud requirunt niſi lachrimas, dolores, & alia huiuſmodi, quæ omnia ſpectant ad contritionem, nunquã autem meminerunt illius voluntatis ſatiſfaciẽdi, quam ſupra diximus eſſe formaliter pęnitentiam. *Quid intelligant patres nomine pænitentia.*

Sequitur ſecũdo, quamuis actus pęnitentiæ proprius, quem iam diximus, non requiratur ad iuſtificationem formaliter, & explicite, recte tamen diſtingui, cum pertineat ad virtutem diſtinctam: non requiri ad iuſtificationẽ, facile probatur, vel ex eo, quia ad hanc ſufficit ſolũ actus charitatis, vt ſuo loco oſtendemus, recte autẽ diſtingui, patet ex ſupradictis.

Sequitur tertio, contritionem iure optimo venire nomine pęnitentiæ, & denominari pęnitentiam, quia actus efficax pœnitentiæ, vt ſupra diximus, non ſeparatur a contritione, a qua illa vim ſuam habet ſatisfaciendi.

Sequitur vltimo, licet præceptũ Pęnitentiæ quodammodo reſpiciat actum pęnitentiæ, quem formaliter vel virtualiter includit, attamen præcipue ſpectare contritionem, quia ipſa eſt, quæ formaliter ſatiſfacit, etiamſi explicite non præcedat actus ille reflexus voluntatis ſatisfaciendi, qui non videtur ad id neceſſarius, ſicut etiam videmus accidere in humanis, poteſt enim quis

quis ſatisfacere actu iuſtitiæ reſti-tuendo,quod debet; etiamſi forma liter non habeat illum actum voluntatis reflexum reſtituendi, vt adnotauit Altiſſiodoren.4.ſum.tract.at.6.quæſtio.3.& ratio huius eſt, quia vt ait Ariſtoteles ſecundo ethicor.cap.6.& ſequitur D.Thom. 2.2.quæſt.55.art.10.& ibidem Salonius libr. de iuſtit. & iure, etiam Leſſius lib.ſecundo de iuſtit.in genere ca.primo,dubio ſecundo,medium iuſtitiæ non eſt in ratione, ſed in re.Vnde quia pænitentia eſt quædam iuſtitia, vt infra oſtendemus, ſatisfaciet,quando exhibebit ipſam rem,id eſt,cõtritionem,abſque vllo alio actu reflexo. Atque hæc de hac tertia quæſtione.

QVAESTIO QVARTA.

An Pœnitentia ſit Virtus Theologica. An moralis.

CVm iam determinatum a nobis ſit, pœnitẽtiam eſſe habitum, eumque virtuoſum, ac laude dignum,& a cæteris diſtinctum,iure optimo hoc quarto loco inquirendum videtur, quænam virtus ſit. An Theologica? An moralis? Qua in re.

Prima ſententia eſt aliquorum, quos referunt Halenſ. 4.par.q.54. m.1.ar.3 S.Bonauen.in 4.d.14. ar. 1.q.3. Alb.Mag.ibid. ar.7. qui cum aſſerant,pænitentiã non diſtingui realiter a charitate, ſed ſola ratione, conſequenter videntur facere *S. Bonau.* A pęnitentiam, virtutem Theologicam,ſicut eſt ipſa charitas.

Sed hæc ſententia omnino falſa eſt,& confutatur a ſupradictis Halen.Bonau.& Alb.locis cit. & facile probari poteſt falſitas illius, quia vt iam patet,aliud eſt obiectũ charitatis ab obiecto pœnitentię virtutis.

Secunda ſententia eſt aliorum, aſſerentium pœnitentiam pertinere ad virtutem ſpei, conſequenter B eſſe virtutem Theologicam;pertinere autem ad ſpem probant auctoritate ſanctorum, pręcipue vero S.Ambroſij de pœnit. capit. 1.& *S. Ambr.* ad Virginem lapſam cap.item primo,vbi aſſerit,***neminem agere pænitentiam, niſi habeat ſpem veniæ***. & confirmant, quia vt plurimum pænitentia oritur a timore,timor autem pertinet ad ſpem, ergo aſſerere C etiam tenentur pænitentiã eſſe virtutem Theologicam.

Sed neque placet hæc ſnĩa, q̃a vt infra probabimus,pœnitẽtia nõ reducitur ad virtutem ſpei; præterea hic actus ſpei pręcedit virtutẽ pęnitentię,ſicuti ẽt actus timoris,ergo non ſunt ipſa virtus pęnitentia.

Tertia ſententia videtur Durandi in 4.d.14.q.1.nu.8. & Gab.ibid. D ar.3.dub.3.aſſerentium,pęnitentiã eſſe ſimul virtutẽ Moralẽ, & Theologicam ſecundum diuerſas conſiderationes,nam,inquiunt,pęnitentia verſatur circa Deũ, & ſic eſt virtus Theologica,verſatur item circa peccata;& ſic eſt moralis.

Sed neque probatur hæc ſentẽtia, tũ quia hac ratione omnes virtutes morales infuſæ,eſſent Theologicę,quia omnes verſantur tandẽ

Digitized by Google

circa Deum, & ad ipſum reducuntur; quod tamen non ſufficere ad rationem virtutis Theologicæ, infra probabimus, tum quia pœnitẽtia habet ſolum vnicam rationem formalem, à qua ratio virtutis ſpecificatur, vnde nõ poterit eſſe ſimul, & moralis, & Theologica, quę vt dicemus, habent diſtincta obiecta formalia, tum denique, quia ſupponere videntur illi DD. pœnitentiã primo verſari circa peccata, aut circa Deum, quod tamen iam ſupra probatum eſt, eſſe falſum.

S.Thom. Quarta ſententia eſt S. Thomæ tum in 4.d.14.q.1.art.1. tum 3.p.q.85.art.3.& ibi Caietan.art.tamẽ 6 Halenſ.S.Bonauent.Alber. Mag. vbi ſupra, Richardi in 4.d.14.ar.2.q.2. Franciſci de Mayron.in 4.d.14.quæſt.3. Soti ibidem, art.3. Medin.C.de pœnit qõ.1.ad 5.B Med.in p.2.quæſt.63.art.3.concluſ.2. Suarij ſupra, quæſtio.84.diſput.7.ſect.1.num.12. Didaci Nugni, ibid. art.2.dub.1.ad finem.

Notan.primo ex Soto in 4.d.14.q.2.ar.3.& ſequuntur Leonardus Leſſius libro ſecundo, de iuſtitia in communi cap.ſecundo, dubio primo, Suarius vbi ſupra diſput.ſecunda, ſect.ſecunda, num.primo, & ſecundo, in omni virtute, quæ aliquẽ reſpectum dicat ad aliud duplex diſtingui poſſe obiectum, Quod, & Cui; illud eſt obiectum quod, quod & alio modo dicitur, materia proxima, quod habitus, aut virtus primo intendit; & circa quod immediate verſatur, ſeu, vt alij dicunt, eſt illamet actio, quam elicit virtus, loquendo de virtute, vt videre eſt in iuſtitia virtute, cuius obiectum, & materia proxima eſt actio illa, qua conſtituitur æqualitas inter rem, & rem, ſeu vt alij loquuntur eſt ipſa redditio debiti ad æqualitatem; ſic in virtute religione obiectũ quod eſt ipſe cultus, qui Deo exhibetur, ſic in obedientia, & cæteris aliis virtutibus hoc idem reperire eſt: obiectum vero cui, ſeu materia remota eſt, in quam tandem terminatur materia proxima, vt videre eſt in iisdem virtutibus, verbi gratia, in virtute iuſtitia, materia remota eſt illa perſona, cui ius redditur, in religioni eſt Deus, cui cultus exhibetur, & ſic de aliis, in propoſito igitur in pœnitẽtia virtute hæc duplicis obiecti ratio reperitur, vt materia proxima, ſeu obiectum quod illius ſit velle ſatisfacere Deo offenſo, obiectum vero cui, ſeu materia remota ſit ipſemet Deus, cui fit ſatisfactio.

Duplex aſſignatur obiectum in virtutibus.

Duplex virtus infuſa. Notandum ſecundo, virtutum per ſe infuſarum alias eſſe Theologicas, alias eſſe morales, illę ſunt, quæ primo & immediate, verſantur circa Deum, quas reperiri in rerum natura nemini poteſt eſſe dubium, & ſunt, quæ enumerantur ab Apoſtolo primo Corinth. decimotertio, fides, ſpes, & charitas: aliæ vero ſunt, quæ verſantur circa media, quibus datis ſupernaturalis finis acquiritur, quas dari, non ſic certum eſt, de quibus tamen omnibus infra a nobis agendum erit.

Pau.1.Cor. 13.

Quæ differẽtia inter virtutes morales, & theologicas. Notandum tertio, hoc principaliter intereſſe inter prædictas virtutes Theologicas, & Morales; quod Morales non verſantur immediate circa Deum, tamquam obiectũ, quod proximum, immediatum, &

ſuper-

ſupernaturale;verſantur autem,vt ſic,virtutes-Theologicę, vt habent S.Thom.p.ſecundę, quæſt. 62.art. primo,& ſecundo, & ibi Bartholo. Med.& Gregor. Valent.& licet eo loco S.Thom. tres afferat differentias inter illas virtutes, omnes tamen facile reuocantur ad aſſignatam,ſequuntur etiam S.Bonauent. in 4.diſt.33.artic.primo,p.9.Sotus, Richard. Thom. de Argent.ſupra cit.non diſſentit Halenſ.4.p. m.1. art. 3. & breuioribus tradit Leſſius lib.ſecundo, de iuſtit. & iur.capit. 36.dubio ſecundo, & demum patet ex aſſignatis virtutibus;nam,vt diximus, virtutes morales, etiamſi loquamur de acquiſitis,immediate verſantur circa actionem illam, quam eliciunt,aut imperant in ordine ad perſonam aliquam; iuſtitia enim immediate verſatur circa actionem illam, qua alteri fit ęqualis redditio, religio circa cultũ Deo debitũ, obedientia circa obſeruantionẽ mãdatorum Dei,& ſi ſint virtutes, quæ hominem componant in ſe ipſum, vt eſt temperantia,& fortitudo &c. diſponunt tantum, & ordinant ipſum ad quoſdã functiones,quæ ipſummet reſpiciunt, & ſic de aliis virtutibus moralibus. At vero virtutes Theologicæ fides, ſpes,& charitas,immediate verſantur circa Deum, tanq̃ formale, & ſupernaturale obiectum; charitas enim amat Deum, vt eſt bonum propter ſe, vnde Deus eſt obiectũ charitatis, non ſolum quod, ſed etiam cui. Fides tendit in Deum, vt eſt prima veritas in dicendo, quæ nec fallere,nec falli poteſt: ſic etiã ſpei obiectum principale eſt Deus, vt eſt beatitudo hominis,& licet in hac virtute obiectum cui,ſit ipſe homo, id tamẽ eſt ex eo, quia ſpes ad amorem concupiſcentiæ pertinet,vt habet Durand.3. diſtinc.27. quęſt. ſecunda,nume. 6.B.Medina in p.ſecunda,quęſt. 62. art. ſecundo, qui tamen amor ſuã ſumit ſpecificationem ab obiecto quod, non autem cui, & propterea retinet pfectiſſimam rationẽ virtutis Theologicæ. Poſſet hic aliquis quærere de habitu Theologico,vtrum pertineat ad virtutem Theologicam, ad qđ breuiter reſpondetur, Theologiam ſcientiam, non eſſe virtutẽ Theologicã, quia etſi habeat Deũ pro obiecto,nõ eſt tamen ipſa per ſe virtus infuſa,ſed acquiſita;legendus eſt de hoc dubio Illuſtriſſimus Caietan. ſecunda ſecundę, quæſt. 17.articul.quinto, & Valent.1.ſecunda,quæſtione 62. diſpat.quinta,puncto primo.

Notan.quarto, virtutes Theologicas,vt diximus, verſari circa Deũ immediate, vt obiectum ſupernaturale, quod tamen non ita intelligendum eſt, perinde quaſi omnes actus virtutis Theologicę debeant habere ꝓ obiecto immediato Deũ, nam fides, quæ eſt vna ex Theologicis,habet multos actus circa obiecta creata, qua multa creduntur, quæ non ſunt Deus, vt patet in articulis fidei, qui nõ omnes ſunt immediate de Deo, vt eſt ille de futura Reſurrectione mortuorum, de Incarnatione, & Paſſione Chriſti, de creatione, & conſeruatione vniuerſi,&c. Item charitas habet actũ amoris circa proximum,& in proximo diligit aliquid creatum, ſed intel-

S.Thom.

S.Bonau.

Quõ virtutes Theologicæ dicãtur verſari circa Deum.

intelligendum eſt, quia ratio virtutis Theologicę, cum ab obiecto formali petatur, elicitur actus illius primarius circa Deum, vt videre eſt in habitu fidei, cuius prima ratio aſſentiendi fertur in Deũ, vt eſt prima veritas in ſe, ꝙ idẽ vĩ dicendum de charitate, cuius obiectum primariũ eſt Deus, vt diligibilis eſt in ſe, & propter ſe. His prenotatis ſit.

Vnica concluſio. Pœnitentia nõ eſt virtus Theologica, ſed moralis.

Hanc concluſionem omnes quidem DD. ſup. citati approbant, ſed non omnes eodem modo probãt.

Didacus quidem Nugnus ſupra dubio primo ad finem ſimpliciter illam probat ex eo, quia pœnitentia per ſe conſiſtat in medio, quod ait proprium eſſe virtutum moralium.

Reijcitur Nugnus. Sed vere nihil probare videtur, quia, vt oſtendemus, falſum eſt, pęnitentiam per ſe conſiſtere in medio rationis.

S. Bonau. S. Bonauent. Richard. Medina, & Nugnus, vbi ſupra probant hãc eandem concluſionem, excludi ſcilicet pœnitentiam a ratione virtutis Theologicę, quia nõ habeat pro obiecto adequato, & formali vt quod, Deum; ſed ſolum pro fine cui, faciunt autem hi DD. formalem actum pœnitentię eſſe deteſtationem peccati.

Verum hi DD. non videntur ſibi conſtare, nam ex quo ipſi ponunt actum pœnitentiæ eſſe deteſtationem peccati propter Deum, male negare videntur, pœnitentiam eſſe virtutem Theologicam, nam pœnitentia, vt ſic, habet idẽ A obiectum, quod ſupra requiri diximus ad rationem virtutis Theologicæ: & ratio huius eſt, quia vt iam diximus, odium peccati ſupponere videtur complacentiam illius, a quo remouetur malum, qui in caſu noſtro, non eſt, niſi Deus, ergo Deus eſt obiectum formale, & adæquatum pœnitentiæ, vt ſic, & Confirmatur, ex 2. 2. actus odij, & deteſtatio eorum, quæ ſunt contra B Deum, ad charitatem pertinent, ergo ſicut charitas propter rationem iam aſſignatam eſt virtus Theologalis, ſic etiam propter eandem pęnitentia erit virtus Theologica, ergo aut negare debuiſſent, deteſtationem peccati propter Deum eſſe actum formalem pœnitentiæ, vt nos ſupra negauimus; aut ſi id voluerint affirmare, tenebantur item concedere, pœnitentiam eſſe virtutem Theologicam, ꝙ tamen C ſupradicta negant, & hac ratione non videntur ſibi conſtare.

Ioan. Medin. ſupra, Cod. de pœnitent. quæſtione prima, ad quintum, probat eamdem concluſionem duabus rationibus: & primo, quia virtutes Theologicæ non verſantur circa paſſiones, pœnitentia autem verſatur circa illas, ergo virtus pœnitentia non eſt virtus Theologica. Secundo, quia virtutes Theologicę natura ſua poſſunt eſſe tam D in innocentibus, quam in nocentibus, pœnitentia autem non poteſt eſſe in innocentibus, ergo non eſt virtus Theologica.

Verum neq; prior, neq; altera ratio ſatis vnquam placere potuit, non prior nam falſum exiſtimamus, ſimpliciter loquendo, virtutes *Reijcitur Io. Medina.*

Theo-

Digitized by Google

Theologicas non verſari circa paſſiones, q̃a virtutes huiuſmodi quodammodo verſari etiam poſſunt circa paſsiones, & patet de ſpe, & charitate, quæ poſſunt eſſe in parte appetitiua, vt habet Grego. Valent. ſupra diſput. quinta, q. quinta, puncto primo; vnde Scotus in 3. diſtinc. 26. quæſt. vnica §. ad primũ, & Durandus ibidem, diſtinc. 27. q. ſecunda, volunt in illis virtutibus ex parte ipſius operantis poſſe dari medium rationis, id quod Durandus ibidem ait, reperiri etiam in habitu fidei, & S. Thomas prima ſecũdæ, quæſt. 64. art. quarto, recte concedit in virtutibus Theologalibus dari medium rationis, ſed per accidens, dicimus, per accidens, quia virtutes Theologicæ, vt habet ibi D. Thom. & adnotauit vltimo loco Didacus Nugnus loco ſupra cit. dub. primo verſus finem, virtutes Theologicæ, cum immediate Deũ attingant, tamquam ſupremam regulam, per ſe nõ dicuntur in medio conſiſtere, neque enim contingit exercere circa Deum actum fidei, v. g. plus credendo, aut actum charitatis, plus amando, quã oporteat; nam, vt inquit D. Bernardus de diligendo Deo, *Modus amandi Deum eſt illum amare ſine modo*; aut denique actum operandi, plus operando: per accidens tamen, & ex parte ſubiecti poteſt eſſe, aut exceſſus, aut defectus in illis, vt v. g. ſi quis ſperet ſe adepturum, & præſumat ſe conſequuturum ea, quæ excedunt ſuam proportionem, erit exceſſus in ſpe, et ſi deſperet de his, quæ ſunt proportionata, erit defectus in ea virtute, vnde poterit, vt ſic, eſſe in illa medium rationis, & quod diximus de ſpe, idem dici poſſe de cæteris Theologicis virtutibus, nemini poteſt eſſe dubium: Quare autem in his virtutibus Theologicis non dicatur eſſe medium rationis per ſe, ſicut dicitur eſſe in moralibus, alibi dicendum eſſet: interim legantur Durandus in tertio, vbi ſupra. Gregor. Valent. ſupra, quæſtio. prima, puncto primo.

S. Thom. *S. Bernard.*

Præterea, neq; placet illa prior ratio, quia videtur ſupponere falſum, pænitentiam ſcilicet primo, & per ſe verſari circa paſſiones, nã vt ait Michael Salonius in ſecunda ſecundæ, quæſt. 58. articu. 9. conclu. ſecunda: & Gregor. Valent. in p. ſecundę, diſput. quinta, quæſt. 4. puncto primo, actiones voluntatis dicũtur potius operationes, per quas homo ad alterum ordinatur, quã paſſiones, per quas ad ſe ipſum cõmenſuratur; vnde quia actus pęnitentiæ conſiſtit formaliter in eo, vt quis velit Deo ſatisfacere, modo ſupra explicato, quia, inq̃ hic actus quodammodo eſt ad alterum, primo & per ſe nõ verſatur circa paſſiones, ſed circa actiones, & opationes, vt ẽt adnotauit Sot. ſup. a. 4. cõclu. 2. & Cõfirmatur q̃a illę virtutes primo, & per ſe verſantur circa paſſiones, vt ait S. Tho. 2. 2. q. 58. a. 10. Richard. in 3. d. 3. ar. 3. q. 3. & 4. Durand. ibid. q. 3. a nu. 4. Barth. Med. 1. ſecundę, quæſt. 68. artic. primo, Petrus de Aragon. in ſecunda ſecundæ, quæſt. 58. artic. 9. Gregor. de Valent. ſupra quæſtio. 4. puncto primo: Suarius ſupra diſput. 7 ſectio. prima, nu. 14. & alij communiter,

Actus pœnitentiæ primo nõ verſatur circa paſſiones. *S. Thom.*

Onuph. de Pœnit. D 3 quæ

Digitized by Google

quæ habent medium rationis, ergo cum pęnitentia non habeat huiuſmodi medium, proprie, primo, & per ſe, quidquid contra aſſerat Didacus Nugnus ſupra dubio primo, ad finem, non poterit eſſe circa paſſiones; Pęnitentiam autem virtutē non habere huiuſmodi medium, facile probatur, quia actus pęnitentiæ non habet aut exceſſum, aut defectum proprie loquendo, vt egeat medio rationis: & probatur, quia, vt probabimus, pænitentia eſt quædā iuſtitia, ergo ſicut hæc non habet proprię tale medium rationis, neq; etiam habebit virtus pænitentia; ſed potius ſicut iuſtitia, primo & p ſe conſiſtit in medio rei, vt infra dicemus, ſic etiam pænitentia erit in medio rei, quod ſcilicet verſatur in æqualitate rei ad rem; quæ autem æqualitas poſſit reperiri in virtute pænitentia in ordine ad Deum, dicemus infra, nō negandū, tamē videtur, in hoc medio pænitentię virtutis; ſicut etiam in cæteris virtutibus infuſis, debere eſſe aliquā moderationem rationis, vt adnotarūt, inter alios infra citandos, Thom. de Argent. in quarta diſt. 14. quæſtio. prima, art. primo, Greg. Val. ſupra diſput. 5. q. 7. puncto primo, & Suarius loco iam cit. ſect. 1. numer. 14. vel illam, quam ponunt Thom. de Argent. loco iamiam cit. & Marſil. vbi ſupra, quæſt. 10. vt ſit inter præſumptionem, & deſperationem, licet vt ſic potius pertineat ad ſpem ex ſecunda ſecundę, quæſtio. 64. & nos ſupra indicauimus, vel illam, quam aſſignant S. Bonauent. in 4. diſt. 16. art. ſecundo, quæſt. ſecunda, Richard. in quarta diſt. 14. ar. ſecundo, quæſt. ſecunda, Sotus ſupra, art. 3. Thom. de Argent. Franc. de May. quæſt. quarta, Tartaret. ibid. quæſt. ſecunda, art. primo, Barthol. Med. in prima ſecundę, quæſt. 64. art. primo, Nugnus ſupra dub. primo, & alij, vt ſcilicet, ſit inter duritiam cordis, & nimiam pęnitentiā, ne ſcilicet quis ſe interficiat, eligendo media ad ſatisfactionē Deo exhibendam, duriora, atque acerbiora. nam cum pænitentia ſit virtus, conſequēter debet perficere, non deſtruere hominem, in quo ſit, id quod intelligendum videtur, vt adnotauit Thom. de Argent. loco citato, de homine, quo ad interiora, non quo ad exteriora; nam quo ad exteriora homo potius per pænitentiam laceratur, & in hoc intercedere debet ratio medij rationis; ita vt homo per pænitentiam debeat quidem lacerari, non deſtrui, vt bene S. Bonauent. dixerit loco citato, *dolorem, qui elicitur ex pænitentia, temperandum eſſe, ne humana infirmitas magnum detrimentum inde patiatur:* vnde in hac parte nō multum mihi diſplicet ſententia Durandi in quarta diſt. 14. quęſt. ſecūda, num. 6. Gab. ibidem, quæſt. prima, art. 3. dubio 3. quatenus volunt pęnitentiam participare rationem virtutis moralis, & Theologicę, vt nō extra rē illā potuerint appellare virtutem mixtam, ſi tamen id intellexerunt, quo ad rationem medij, vt iam diximus; neque enim exiſtimamus ſimpliciter verum omnes virtutes morales conſiſtere in medio inter duos habitus vitioſos, vt etiam docuerunt Richardus, Sotus vbi ſupra, Durandus in 4. d. 27. quæſt.

Quodnam mediū poſſit poni in pænitentia.

S. Bonau.

quæſt.ſecunda,num. 9.Valentia ſupra diſput. 5. quæſt. ſeptima,puncto primo, quidquid in cōtrarium afferat Didacus Nugnus, vbi ſupra dub. primo, verſus finem, id quod in virtute iuſtitia clarū eſt, nam huic vnum tantum iniuſtitiæ vitium opponitur. Confirmatur, quia cum pænitentia præſeferat rationem quamdam iuſtitiæ, & hæc primo & per ſe non verſetur circa paſſiones, ſed circa actiones,& operationes, ſ. circa actus internos voluntatis,qui dicant ordinem ad aliquod bonum debitum proximo vt habent S. Thom. part. ſecunda, quæſt. 60.art.2.3.& 4.& ibi Barth. Med.& ſecunda ſecundę,quæſt io. 59.art.9.& ibi Mich.Salon.& Bannes ab art. 9. & Petrus de Aragon. ibidem,Richard.in 3.diſt.33.art.3. quęſt.3.S.Bonau. ibid.quæſt.quarta,Durandus,quæſ. 5.Baſſol.quæſt. 3.art.primo,Molina de iuſtit.tract. primo,diſpu.octaua,& alij iamiam citan.& habetur ex Ariſt. 5. ethico. cap.primo,ſic etiam pęnitentia virtus hoc idem habere debet; Diximus primo, & per ſe,nam ſecundario,& indirecte,ſicuti poteſt iuſtitia verſari circa affectus, & paſſiones, vt habent Almayn.in Moral.tract. 3.cap.quinto,Buridana libro quinto ethicor.quæſt.prima,& libro ſecundo,quæſt.9.Leſſius libro ſecundo,de iuſtit.& iur.cap. primo, dub. ſecundo, neque diſſentit Valentia ſupra diſput.5.quæſt. quarta, puncto primo.Et probatur ratione, q̄a affectus illos, qui circa lucrum oriri ſolent, & ad animum pertinent, nulla alia virtus videtur poſſe moderari, niſi ſola iuſtitia, vt de ſe patet, quemadmodum affectus, qui ſenſum, & corpus contriſtant, aut delectant, fortitudo, & temperantia moderatur,quidquid contra dicat Petrus de Aragon.loco ſupra citato:ſic pœnitentia virtus poterit ſecūdario verſari circa paſſiones, ſed de hoc fuſius infra. Ex quibus omnibus patet, cum ratio illa falſo nitatur fundamento non probare concluſionem.

S.Thom. *S.Bonau.* *Ariſt.5.eth.*

Pænitētia ſecūdario verſatur circa paſſiones.

Sed neque placet altera ratio ſupra allata pro concluſione a Medina, quia illa videtur petere, quod eſt in quęſtione;nam ſicut virtutes Theologicæ, aliæ ſunt alijs perfectiores, vt habet Barthol. Med. in p.2.quæſt. 67.art. quarto, cum aliquæ non poſſint eſſe, niſi cum imperfectione, & conſequenter non niſi in ſubiecto imperfecto ex D. Thom. 3.p.quęſt.7.art. 4. & ibi idē Barthol.Med.eadem ratione pęnitentia virtus, quia in ſe dicit neſcio quam imperfectionem, cum ſupponat peccatum, non poterit eſſe in innocentib.vt ſic;vt oſtendemus poſtea, Vnde hoc non videtur tollere rationē virtutis Theologicæ, aliunde igitur petēda erit ratio noſtrę præd.concluſionis.

S.Thom.

Pænitentia virtus non poteſt eſſe in innocentib.

Probatur igitur noſtra cōcluſio, quia pęnitentia virtus non habet obiectum,quod requiritur ad virtutem Theologalem,ergo nō eſt virtus Theologalis. Cōfirmatur, quia, vt iam diximus, obiectum formale proximum,& immediatum, vt quod,virtutum Theologalium,debet eſſe Deus, vt finis ſupra naturalis,cum tamen obiectum,& quoad materiale, & quo ad formale virtutis pænitentiæ non ſit Deus,ſed ſatisfa-

Quare pœnitentia non ſit virtus Theologica, ſed moralis.

tiſfactio, quæ ab homine pęnitente A fit Deo, ergo virtus pęnitentia non eſt virtus Theologica, ergo eſt virtus moralis; patet vltima ſequela, quia virtus, quæ non habet Deum immediate pro obiecto, habet tamen circa ipſum aliquid, quod ſupernaturaliter operetur, eſt virtus ſupernaturalis infuſa, ſed penitentia eſt huiuſmodi, ergo. Confirmatur, quia pænitētia verſatur circa ſatiſfactionem, quæ fit Deo per contritionem, ergo eſt ſupernaturalis, B ergo infuſa; nō Theologalis, vt patet, ergo moralis: nā moralis virtus eſt, quæ verſatur circa mediū, quod eſt ad finem ſupernaturalem conducens. Confirmatur, quia pęnitentia habet Deum pro fine cui, ergo eſt virtus moralis, ſequela patet ex ſupradictis, in hoc. n. diſtinximus morales virtutes a Theologicis.

Sequitur, illos vix poſſe defendere hanc ſententiam D. Thom. qui C putant, contritionem eſſe actum elicitum a pænitētia; ille enim actus & quo ad materiale, & quo ad formale, vt ſic, pertinet ad virtutem Theologicam, vt iam ſupra dictum eſt; quare cum hi faciant actum pęnitentiæ ipſam contritionem, videntur etiam facere pœnitentiam virtutem Theologicam, non moralem. D

Si petas, Ad quānam ex virtutibus moralibus, quæ tanquam capita, prudentia, iuſtitia, fortitudo, & temperantia aſſignantur a S. Ambroſio primo offic. initio, & deſumitur ab Ariſt. 6. ethic. a ca. 3. & ſequitur D. Th. p. 2. q. 57. ab ar. 2. reuocatur virtus pęnitentia.

Reſpondetur primo, non reuocari ad prudentiam, quia hęc ex D. Auguſtino lib. primo, de liber. arbit. c. 13. *eſt rerum appetendarum, et fugiendarum, ſcientia*, & deſumptum eſt ex Ariſt. lib. 6. ethic. ca. 5. vbi definitur *prudentia, habitus cū vera ratione actiuus circa ea, quæ et mala & bona homini ſunt*, & eſt tāquam in ſubiecto proprio in ſolo intellectu ex D. Thom. 1. 2. qō. 56. ar. ſecundo, cum tamen pęnitentia virtus nihil tale præſeferat; & præterea ſit in voluntate, tamquam in proprio ſubiecto, vt ſuo loco oſtendemus.

Pænitētia nō reducitur ad prudentiam *D. Auguſt.* *Ariſ. 6. eth.* *D. Thom.*

Reſpondetur ſecundo, non reuocari ad virtutem temperantiæ, quia hæc ex Auguſt. lib. de Morib. eccleſiaſt. cap. 19. *eſt in coercendis, ſedandiſque cupiditatibus, quibus inhiamus, in ea, quæ nos auertunt a legibus Dei, & a fructu bonitatis eius, quod eſt beata vita*, & ex Proſpero lib. 3. de vita contemplat. ca. 19. *vbi*, inquit, *temperantia temperantem facit, abſtinentem, parcum, ſobrium, moderatum, pudicum, tacitum, verecundum, hæc virtus, ſi in animo habitat, libidines frenat, affectus temperat, deſideria ſancta multiplicat, vitioſa caſtigat, omnia intra nos confuſe ordinat, ordinata corroborat, cogitationes prauas remouet, inſerit ſanctas, ignem libidinoſæ voluptatis extinguit, animi teporem deſiderio futuræ remunerationis accendit, mentem placita tranquillitate componit, & tutam ſemper ab omni vitiorum tempeſtate defendit, &c.* quæ omnia deſumpta crediderim ab Ariſtot. ſecundo ethicor. capitu. ſeptimo, vbi aſſerit, *temperantiam eſſe, quæ moderatur*

Non reducitur ad temperantiam. *D. Aug.* *Proſp.* *Ariſ. 2. eth.*

Digitized by Google

tur paſſiones concupiſcibilis circa (A) *delectabilia ſecundum actum*. Vnde patet temperantiam ſolum reſpicere moderationem concupiſcentiæ, quo maxime diſtinguitur a pęnitentia, cuius finis principalis in eo non conſiſtit, vt patet ex dictis.

Finis temperantiæ.

Reſpondetur tertio, nec reuocari ad fortitudinẽ, quia hanc D. Auguſtin. lib. 83. qq. q. 3. definit, *conſideratam*. i. prudẽtem (B) *periculorum ſuſceptionem, & laborum perpeſſionem*, proprie enim verſatur fortitudo circa timorem, audaciam, & triſtitiam in periculis, præcipue mortis ex præſcripto rationis ex D. Thom. ſecunda ſecundæ, qõ. 123. art. 7. Vnde Ariſt. lib. 3. ethico. cap. 7. optime definiuit, & deſcripſit, virum fortem, vt ſit *ille, qui ea, quæ oportet, & cuius cauſa oportet, & vt oportet, & quando oportet, fert, & timet, & identidem confidit*. (C) Vnde fortitudo eſt in iraſcibili circa timores, & audacias, quas moderatur, & ſuſcipit, pro vt eſt id vtile, ad aliquod bonum conſequendum. Ex quibus cum nihil tale ſit in pęnitentia virtute, fit, vt hęc ad illam non reuocetur.

Non reuocatur ad fortitudinẽ D. Auguſt.

Circa quod verſatur fortitudo.

D. Thom. Ari. 3. eth.

Reſpondetur vltimo reuocari ad iuſtitiam eo modo, quo in ſequenti quęſtione dicemus, & explicabimus. (D)

Ad quã virtutem poſſit reduci pænitentia.

Ex dictis patet pœnitentiam virtutem eſſe moralem, non Theologicam, & ex genere infuſam, quod tamen ſuo loco probabimus. atque hęc de hac quæſtione.

QVAESTIO QVINTA.

An, & quomodo pænitentia pertineat ad virtutem iuſtitiæ.

EX quo ſupra iam definiuimus, pænitentiam eſſe virtutem moralẽ, quam reuocandam eſſe ad virtutẽ iuſtitię vltimo loco innuimus, conſequẽter iure nunc inquirẽdum videtur. V. id ſit verum; reuocari ſcilicet pęnitentiam ad virtutem iuſtitiam; & rurſus item inquirendum, quomodo reuocetur.

Prima igitur ſententia fuit nonnullorum, qui aſſeruerunt pænitentiam reuocari ad amicitiam.

Sed hanc confutant Halen. 4. p. q. 54. m. 1. ar. 3. S. Bonauent. in 4. d. 14. ar. 1. q. 3. Tho. de Argen. ibidem ad finem, art. 1. Alb. Mag. ibid. ar. 7. Tartaret. q. 2. Scotus, q. item ſecunda, licet rationes, quibus Scotus hãc ſententiam confutet nõ probẽtur.

S. Bonau.

Bene autem prædictam ſententiam confutari a ſupra dictis patet: quia reuera ſentẽtia falſiſſima eſt, nam vt docet S. Tho. 2. q. 27. ar. 3. & q. 114. art. 1. & Halenſ. loco citato, charitas, vt amicitia eſt, proprie reſpicit Deum actu amoris, vt bonũ diuinum: non ſic pœnitentia, nam ad hanc potius pertinet, amicitiam diuinam reſarcire: cum enim diuina amicitia per quodlibet peccatum mortale diſſoluatur, ideo debuit dari aliquis actus ſtudioſus, quo illa poſſet reſarciri, hæc autem eſt pœnitentia virtus; Vnde,

vt

Digitized by Google

vt iam diximus, pęnitentia non ipſa amicitia, ſed potius habitus, quo huiuſmodi amicitia reſarciri poteſt, dicenda eſt, cum igitur actus, & obiecta vtriuſque virtutis ſint diſtincta, & virtutes inter ſe erunt diſtinctę, & ſic vna ad aliam hoc modo reduci non poterit; ita vt pænitentia ſit virtus, quæ eſt charitas.

Rationes autem Scoti, quibus dictam ſententiam confutat, non eſſe bonas, probatur, quia & falſum ſupponunt, & male concludunt, falſum quidem ſupponunt, quia exiſtimauit Scotus, quem in hac parte ſequuntur alij, poſt actū peccati in peccatore nihil aliud remanere, niſi reatum pœnæ, vnde conſequenter dixit pænitentiam nihil eſſe aliud, quam voluntatem ſatisfaciendi pro pœna, quæ tamen omnia falſa eſſe, alibi oſtendimus; hoc tamen ſuppoſito, aſſerit Scotus, illum reatum non pertinere ad charitatem, ſed ad pœnitentiam: Male autem concludere, quia exiſtimauit Scotus, voluntatem ſatiſfaciendi non referri ad conciliandum Deum, & ad reſarciendam amicitiam diuinam, ſed ad ponendam æqualitatem inter Deum, & peccatorem, nam vt ait Tartaret. loco citato, quæſt. ſecunda, finis pœnitentiæ principalior eſt, vt peccator fiat immunis a pœna, ad quam obligabatur ſecundum legem, hanc enim æqualitatē ipſe agnouit; quæ tamen omnia falſa ſunt, vt melius infra patebit, & ideo rationes Scoti non videntur cōcludere contra prędictam ſententiam.

Secunda ſententia eſt Scoti ſupra, ad quam videtur accedere Al-

A mayn. ibidem, & ex parte Viguerius de pœnitentia, §. quarto, & Th. de Argent. ibidem, quæſtio. prima, articu. primo; cum enim exiſtimet Scotus in peccatore poſt actū peccati nihil aliud remanere, niſi reatum pœnæ, docuit proprium actū pęnitentiæ eſſe velle punire: vnde vult pœnitentiam virtutem ſpęctare ad iuſtitiam punitiuam.

B Verum nec placet hæc ſententia, quatenus ſcilicet aſſerit pænitētiam ſpectare ad iuſtitiam punitiuam; tum quia fundatur in illo falſo fundamento ſupra allato, poſt actum peccati in peccatore nihil aliud remanere, niſi reatum ad pœnam: tum quia proprius actus pœnitentiæ non eſt punitio formaliter, ſed vt noſtra eſt ſententia in eo, vt quis velit Deo offenſo ſatiſfacere.

C Tertia ſententia eſt Gabrielis in quarta diſtinct. 14. quæſt. prima, articul. ſecundo, & 3. qui cum exiſtimet cum Scoto, proprium actum pænitentiæ eſſe velle punire, & iuſtitiam punitiuam pertinere ad diſtributiuam, ait pœnitentiam virtutem pertinere ad iuſtitiam diſtributiuam.

Verum neque hæc ſentētia probari vnquam potuit, nam vt patet ex S. Thoma ſecunda ſecundæ, qō. 61. quem ſequuntur communiter omnes, Sotus libro tertio, de iuſtit. & iure, quęſt. quinta, articul. ſecundo, Bartholom. Med. in p. ſecunda, quæſt. 64. artic. ſecundo. Bannes ibidem, quæſt. 61. Molina de iuſtit. to. primo, diſputat. duodecima, Salonius in ſecunda ſecundæ, quæſtio. 61. Leſſius libro ſecundo, de iuſtit. D. Thom.

D & iur.

Digitized by Google

& iur. cap. primo, dubio quarto. & A deſumptum eſt ex Ariſtot. quinto ethico. cap. tertio, & quarto, iuſtitia diſtributiua proprie conſiſtit in diſtributione bonorum communiũ, habita ratione perſonarum, quib. diſtribuenda ſunt; hęc enim non diſtribuuntur ſingulis, ſed ſeruata proportione meritorum, ita vt ſolum reſpiciat dignitatem perſonarũ, & propterea petat ſeruari proportionem Geometricam, ex quibus nihil eſt, quod conueniat pœnitentiæ virtuti, quin potius ipſa reſpicit ęqualitatem rei ad rem modo, quo infra dicemus, & petit proportionem Arithmeticam, quę proprie ſeruatur in delictis puniendis, vt ſcilicet tanta pœna detur delicto, quãta eſt delicti grauitas, quidquid dicat Illuſtriſſimus Caietanus, ſecunda ſecundæ, vbi ſupra, quid autem ſint, & in quo conſiſtãt huiuſmodi proportiones Geometricę, & Arithmeticę optime explicat D. Thom. p. p. quęſt. 21. articul. primo, & ſecunda ſecundæ, quæſtio. 61. art. ſecundo, & iam explicauerat in quarta diſt. 48. quæſt. prima, art. primo, & ſequuntur Richard. in 3. diſt. 33. art. 2. quæſt. prima. Sotus libro 3. de iuſtit. & iur. vbi ſupra Salonius, & Bartholom. Med. in ſecunda ſecundæ, quæſt. 61. Leſſius, Molina, & alij locis etiam citatis. ex quibus patet falſitas huius ſententiæ.

Ariſ. 5. eth.

S. Thom.

Quarta ſententia eſt Durandi in quarta diſt. 14. quęſt. ſecunda, numero ſeptimo, qui exiſtimauit; virtutem pœnitentiam eſſe ipſam iuſtitiam, a quo non videtur diſſentire Marſil. ibid. q. 10. art. 3. Mouentur autem hi DD. ad id, quia ſicut iuſtitia docet cuique eſſe ſuum reddendum, ita etiam docet hoc idem eſſe Deo reddendum, ſcilicet obedientiam, cultum, & ſatisfactionem pro offenſis.

Verum, & hæc ſententia adhuc falſa eſt, quam multis impugnat Paludanus in quarta diſt. 14. quæſ. prima, & Capreolus ibidem, quęſ. 1. art. 3. ad argumenta Durandi, & nos infr. pluribus impugnabimus.

B Quinta ſententia eſt Illuſtriſſimi Caietani in 3. p. quæſt. 85. artic. 3. qui exiſtimauit pœnitentiam eſſe ipſam religionem virtutem, quã facit eſſe partem iuſtitię, quę reddat Deo, quod ſuum eſt.

Sed contra hanc ſententiam prę ter ea, quæ ſupra diximus, multa alia infra dicemus, ex quibus ſatis cõſtabit falſitas ipſius.

Vltima ſententia eſt D. Thom. C 3. p. quæſt. 85. artic. 3. Thom. de Argen. in d. 14. q. 1. a. 1. ad 4. Rich. ibi. ar. 2. q. 1. S. Bonau. Alb. Mag. ibid. art. 6. Capreoli, quęſt. 1. art. ſecunda, Soti, art. 3. Viguerij de pœniten. Cani p. 2. Relect. de pœnit. Io. Med. C. de pœnit. tract. 1. quęſt. prima, ad finem Illuſtriſſimi Belarm. libro ſecundo, de pœnit. cap. ſeptimo. Suarij ſupra, quęſt. 85. tum diſput. ſecunda, ſect. ſecunda, tum diſputat. D ſeptima, per totam. Didac. Nugni ibidem, ar. 3. dubio ſuo primo. pro ſolutione.

S. Thom.

S. Bonau.

Notandum primo. Virtutem iuſtitię dici illam, ſecundum quam quiſque conſtanter reddit cuique quod ſuum eſt, i. eſt, conſtans, & perpetua voluntas tribuendi cuique ius ſuum, ex Ariſt. quinto eth. cap.

Quid ſit iuſtitia.

Ari. 5. eth.

Digitized by Google

Cicero. cap. primo, Cicerone lib. ſecundo offic. Vlpiano l.iuſtitia, ff.de iuſtitia & iure, Iuſtiniano in ſuis inſtit.eo. titulo, in princ. & ſequuntur San. *S. Ambroſ.* Ambroſ.lib.primo offic.cap.24.& *S. Aug.* Auguſt. lib.19.de ciuit.Dei capitu. 21.& libro primo, de liber.arbitr. ca.13. & licet illa verba Conſtans, & perpetua voluntas, &c. proprie conueniant Deo, vt ibidem adnotauit Gloſſa, attamen ſuo modo accommodari iuſtitię humanę, tradit *S.Thom.* S.Thom.ſecunda ſecundę, quæſtio.58.art.primo, per illam autem voluntatem, vt adnotauit Molina in ſuo tomo primo de iuſtitia tract. primo, diſput.8. intelligitur ipſe actus voluntatis, ita vt ſenſus ſit, iuſtitia eſt habitus, quo inclinamur cum conſtantia, & firmitate ad volendum ius ſuum cuique; vt ſic denotaretur, actum iuſtitię debere eſſe firmum, & voluntarium, vt etiã adnotauit Petrus de Aragon.in ſecunda ſecundę, quęſt.58.artic.primo, & quęſt. 80.art.primo, vbi etiã inter alia docet, in omni actu virtuoſo requiri, vt operans operetur cum firmitate; ex quibus ſatis conſtat, virtutem iuſtitiæ dici ad alterum, vnde etiam poſſumus colligere *S.Thom.* cum S.Thom,ſecunda ſecundæ, quęſt.80.art.primo, Thoma de Argent.in quarta diſt.14.quęſt.prima, artic. primo, Petro de Aragon. vbi ſupra, omnes virtutes, quę alterum reſpiciunt reuocare ad iuſtitiam.

D.Thom. Notandum ſecundo ex D.Tho. ſecunda ſecundæ, quęſt.80.articu. *Cicero.* primo. Cicerone libro ſecundo, de inuent. ſex dari, & aſſignari iuſtitiæ partes, religionem, pietatem, *Quot ſunt partes iuſtitia.* gratiam, vindicationem, obſeruantiam, & veritatem; Macrobium au- *Macrobius* tem libro primo in ſomnium Scipionis c.8. ſeptem feciſſe iuſtitiæ partes, innocentiam, amicitiam, cõcordiam, pietatem, religionem, affectum, & humanitatẽ: Nos vero ampliorẽ quendã virtutũ, quę quo quo modo virtuti iuſtitię, aut annectuntur, aut ſubijciuntur; conſtituemus numerum, ex communi tum Philoſophorum, tum Theologorũ ſententia; vt partes iuſtitiæ ſint, religio, quæ cultum, & honorẽ Deo *Quid religio pietas.* debitum tribuit: Pietas, quæ patriã, parentes, ac cæteros ſanguine, atq; affinitate coniunctos amore, ac veneratione complectitur, Obſeruantia, quę viros dignitate, atque auctoritate præſtantes colit: *Obſeruãtia* Obedientia, *Obedientia* quę maiorum iuſſis, ac pręceptis obtemperat: Fides, q̃ promiſſis ſtat, *Fides.* pactaq; accõuenta ſeruat: Veritas, *Veritas.* quę tum in cęteris omnib.tũ in cõmuni hominum conuictu mendacia deuitat: Gratia, quę homines de *Gratia.* ſe bene meritos beneuolentia, ac charitate proſequitur, eoſque beneficiis afficit: Liberalitas, q̃ gratis pe- *Liberalitas* cunias ſuas cum alijs communicat, eo ſolum animo, vt liberalis æſtimetur: Benignitas, quę & humani- *Benignitas* tas, & charitas dici poteſt, eſt, quæ abſque vlla ſpe recompenſationis alijs beneficia confert, ſolo amore amicitiæ, vel quia ille, cui beneficiũ facit, bonus eſt, vel quia nobis tam quam bonus placet: Miſericordia, *Miſericordia.* quę beneficia in alterum confert, vt illius miſeriam, atque indigentiam ſubleuet; Hoſpitalitas, quę ad *Hoſpitalitas.* uenas, & peregrinos benigne, atq; ex charitate excipit: Vindicatio, *Vindicatio.*

quę

quæ & dicitur iuſtitia vindicatiua, aut punitiua, quæ delicta pro meritis punit: *Clementia.* Clementia, quæ in pœnis delinquentium repetendis certum rationis modum imponit, ac præſcribit: *Diſtributio.* Diſtributio, quæ & dicitur diſtributiua iuſtitia, quæ pro meritis, honores, dignitates, ac communia bona diſtribuit, ſm̃ ea, quæ ſuperius diximus; *Pœnitentia.* vltimo Pœnitentia, quæ eligit ſatisfactionem faciẽdam Deo ex peccatis offenſo: Hæ autem omnes virtutes ideo dicuntur ſubijci, vel annecti iuſtitiæ virtuti, quia vnum habent commune cum illa, eſſe ſcilicet ad alterũ, ſed quia aliquæ illud idem ſibi retinẽt perfectiſſimo modo, aliquę vero deficiunt ab eo, vt ſunt liberalitas, gratia, miſericordia, & charitas, quibus damus alteri, non quod ipſius eſt, ſed quod noſtrum eſt; item religio, & pœnitentia, quia nõ ſunt inter æquales. ideo aliquæ dicuntur ſubijci, aliquę vero annecti virtuti iuſtitiæ, iuxta ea quæ inf. dicemus.

Notan. tertio, ex Richardo, tum in 3. d. 33. ar. 3. q. 8. tum in 4. d. 14. ar. 2. quæſt. 2. virtutẽ aliquam pertinere ad iuſtitiam, tripliciter poſſe contingere, *Quæ ſint partes integrales.* primo tanquam partẽ integralem, quomodo iuſtitia habet duas partes, ſcilicet, facere bonum, & declinare a malo, vt habẽt Richard. locis iam citatis, Sotus ibidem, quæſtione ſecunda, articu. ſecundo, Canus vbi ſupra, & hac ratione agit D. Thom. *D. Thom.* de partibus iuſtitiæ, ſecunda ſecundæ, quęſtione 79. Secundo, tanquam partem ſubiectiuam, *Quæ ſint partes ſubiectiuæ iuſtitiæ.* quomodo partes ſubiectiuę iuſtitiæ ſunt iuſtitia diſtributiua, & iuſtitia commutatiua, quæ ſunt ſpecies iuſtitiæ, vt ſic, ex Diu. *D. Thom.* Thoma ſupra, quæſtione 48. artic. vnico, & ſequuntur Richardus, & Sotus vbi ſupra, & libro tertio, de iuſtitia, & iure, quęſt. quinta, articu. tertio. Bannes, Michael Salonius in ſecunda ſecundę, quęſtio. 61. Leonardus Leſſius libro ſecundo, de iuſtitia & iure, cap. primo, dub. quarto, & hac ratione diſputat de his partibus S. Thom. *D. Thom.* ſecunda ſecundæ, quęſt. 61. quomodo autem diſtinguantur hę duę ſpecies iuſtitię, diſtributiua ſcilicet, & commutatiua inter alios bene docuit Bannes, vbi ſupra quęſt. 61. artic. primo, vbi ex Ariſtot. *Ari. 5 eth.* quinto eth. cap. ſecundo, docuit, illas eſſe ſpecies eſſentialiter diſtinctas, ſed de hoc alibi: Tertio tanquam partem poteſtatiuam; *Quæ ſint partes poteſtatiuæ iuſtitiæ.* dicuntur autem partes poteſtatiuæ iuſtitiæ illę, quę illi ſunt annexæ, & participant rationem iuſtitię, eo modo, quo infra explicabimus, & explicat Diu. Thom. *D. Thom.* ibidem, quęſtione 80. articulo primo, quo loco etiam de illis, vt ſic, diſputat.

Notandum quarto, hoc eſſe diſcrimen inter prędictas partes aſſignatas, quod partes integrales *D. Thom.* iuſtitiæ dicuntur tales, quia, vt ait D. Thom. ſupra quæſtione ſeptuageſimanona, articul. primo, & ſequitur Richardus vbi ſupra, ambæ partes illius, declinare ſcilicet a malo, & facere bonum, requirantur ad perfectum actum iuſtitiæ, partes vero ſubiectiuæ, vt habet Sotus in quarta diſtinctione 14. q. prima, artic. tertio, quia tanquam ſpecies participant totam rationem iuſtitię; legatur D. Tho. vbi ſupra q. 61.

Partes

Partes vero poteſtatiuæ ſeu potentiales ex D.Thom. ibidem, quæſt. 48.artic.vnico,& loco citato,quamuis participent quodammodo eſſentiam iuſtitiæ, non tamen adæquent; Legatur Nugnus, qui ſatis clare hanc totam rem viſus eſt declaraſſe ex mente D. Thomæ.Vnde colligere licet præcipuam differentiam inter partes ſubiectiuas,& poteſtatiuas,quod ſubiectiuæ adæquent rationem totius, cuius ſunt partes,non ſic poteſtatiuæ.

Quæ differentia inter partis ſubiectiuas et poteſtatiuas.

Ari.5.eth. S.Thom. Notandum vltimo. Ex Ariſtot. quinto ethicor. & ſequitur D.Tho. vbi ſupra,quæſtio.57.propriam,& perfectam rationem iuſtitiæ conſiſtere in æqualitate rei ad rem, vnde quia ad hanc æqualitatem non omnes virtutes perueniunt, vt adnotauit *S.Thom.* S.Thom.queſt.80.vbi ſup. articu.primo,ideo nunc vertitur in queſtionem; Vtrum illę virtutes, quæ deficiunt ab illa æqualitate vendicent ſibi nomen iuſtitiæ. pro quo ſit.

Prima concluſio.Virtus pęnitentia non eſt ipſa virtus iuſtitię.

Probatur primo concluſio, quia virtus iuſtitia ex Ariſt.quinto ethicor.cap.quinto, & ſexto,a quo deſumpſit D.Thom. loco iam citato, requirit æqualitatem inter rem, & rem,hęc autem ęqualitas nullo modo poteſt eſſe inter Deum,& nos, ergo. Minor probatur, tum quia non poſſumus Deo reddere ęquale iuxta illud Pſalmi 115.*Quid retribuam Domino,pro omnibus, quæ retribuit mihi?* quē locū refert D. Thom.loco citato,*Dijs enim*, teſtę Ariſtotel.octauo ethicor.capit.14. *Parentibus,& Magiſtris nunquam* A *poſſumus parem referre gratiam*; tum quia,nos cōparamur ad Deū, tamquam Filij ad Patrem, iuxta illud Lucę 15. *Pater peccaui,in cœlū & coram te*;ſerui ad Dominum, iuxta illud Pſal.122. *Sicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum,ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri*;Vxoris ad virum,iuxta illud Ierem.tertio,*Tu fornicata es cum* B *amatoribus multis, tamen reuertere ad me,dicit Dominus*:Inter hos autem, teſte etiam Ariſtotele ibidem,& quinto ethicor.cap.ſexto,a quo deinde deſumpſerūt Capreol. in quarta diſtinct. 14. quæſtio.prima, artic.ſecundo,Albert.Mag.art. ſexto,Thom.de Argent. quæſt.prima,articu.primo,Richard.in tertia diſtinct.33.artic. tertio, quæſt. prima, Sotus libro tertio,de iuſtitia,& iure,quæſt.prima,artic.quarto,Ban- C nes,in 2. 2.quæſtion.57. art.quarto, Petrus de Aragon. ibidem Michael. Salonius ibidem, quæſt. 58. artic. ſecundo,Leſſius lib. ſecundo, de iuſtit.& iure, cap.primo, dubio primo,& Coſin. Phil. libro quarto, de virt.capit.16. proprie loquendo non eſt ſtricta iuſtitia,ergo. Ratio autem, quare inter Filium, & Patrem, ſeruum, & Dominum, vxorem, & virum non intercedat iuſti- D tia, præter alias rationes, quas alij afferunt,hæc vt principalior poteſt aſſignari;quia, licet Pater, & Filius, ſeruus,& dominus,vxor,& vir ſint perſonæ realiter diſtinctæ,moraliter tamen cēſentur vna, & eadem perſona,vt patet ex l.fi.C.de impuberibus, vt filius cenſeatur portio corporis paterni, l.cum ſimus 21. C.de

Ari.5.eth. Iuſtitia q̄ æqualitatē requirat.

Non reperitur æqualitas hoīs ad Deum.

Pſal. 115.

Ari.8.eth.

Luc.15.

Pſal. 122.

Ierem.3.

Ari.5.eth.

Quare nō ſit iuſtitia inter filiū & patrē; ſeruum & dominum; vxorē & virum.

Digitized by Google

C.de agricolis,lib. 2. & late probāt Oldradus conſi.224.num.35. Bal. conſi.386. in Regno libero libr.ſecundo,Caſtro conſi.164.num.3.libro ſecundo, Ariſt. quinto ethicor. *Ari.5.eth.* cap.ſexto, & octauo item ethicor. *S.Thom.* cap.12.S.Thom.ſecunda ſecundę, quæſt.57.articul. quarto, quinimo propter hanc cauſam pater ex extrema neceſſitate poteſt filium, tāqua aliquid ſuum vendere ex l. libertati. C. de patria poteſtate, & l. 2. C. de patribus, qui filios ſuos diſtraxerunt: ſeruus autem dicatur inſtrumentum Domini ex Ariſtot. *Ari.1.pol* primo politic.cap.tertio,& quarto, & ſic de vxore reſpectu viri, cum tamen ratio iuſtitiæ debeat eſſe inter duas perſonas diſtinctas, vt inter alios oſtendunt Bannes vbi ſupra concluſ. prima, Petrus de Aragon.ibidem,quæſt.57.articu.quarto,vnde non videtur inter illos poſſe intercedere rationē iuſtitiæ proprie dictæ. An autem requiratur realis diſtinctio neceſſario inter illas perſonas, inter quas eſt iuſtitia, diſputant Theologi,& miſſis multis alijs,legantur Bannes ſupra.58. arti.ſecundo,Suarius in 3 p.quæſt. prima,diſput. quarta, ſect. quinta, breuiter reſpondetur, Ariſtotelē,& antiquos philoſophos exegiſſe diſtinctionem realem perſonarum ad perfectam iuſtitiā, quia reuera non nouerunt duas naturas ſubſtātiales in eadem perſona,& ſuppoſito; At Theologos diuino lumine illuſtratos voluiſſe ad perfectam rationem iuſtitiæ; requiri quidē realem diſtinctionem, ſed naturarū; quæ cum ſint diſtinctæ, diſtincta etiam faciunt principia operationum, habentia ſuum dominium, ſuum ius, ac libertatē,id quod ſufficere ad perfectam iuſtitiam fuſius alibi probatur.

Eſt præterea alia ratio,quare inter Patrem & Filiū &c. non poſſit eſſe iuſtitia, quia ſcilicet, a iuſtitia ex Ariſtot.octauo ethicor.cap. 14. requiritur æqualitas, quæ tamen non eſt inter illos: quid autem intelligat Ariſtoteles per ęquale,quā *Quid intellexerit Ariſt. per æquale.* do aſſerit inter parentes, & filium non eſſe æquale, diſputant multi: nobis tamen breuiter videtur dicēdum,illos appellari æquales ab Ariſtot. inter quos ſecundum leges humanas poteſt eſſe actio in iudicio:Vnde,quoniam leges humanę non ſolent concedere actionem ſeruis contra Dominum, filijs contra Patrem, vxori contra virum, vt alibi oſtenditur, ideo concludit Ariſtot.inter illos non eſſe æqualitatem,& conſequenter neque eſſe iuſtitiam; igitur cum nos tamquam filij, & ſerui comparemur ad Deū, non poterit inter nos, & Deum eſſe perfecta ratio iuſtitiæ.

Eſt præterea tertia ratio, quare inter prędictas pſonas non ſit ratio perfectæ iuſtitię; quia ſ.iuſtitia requirit æqualem rationem dati & accepti,ex communi ſententia; cū ergo tale æquale non poſſit dari,a filijs, parentibus; a ſeruis dominis; ab vxoribus viris; ideo non eſt inter illos perfecta iuſtitia, ergo multo minus talis iuſtitia erit ad Deū; cū nihil dare Deo poſſimus, quod illi alijs titulis non ſit debitum, vt docuit S.Thom.ſecunda ſecundæ, *S. Thom.* quæſt.80.artic. primo. Capreol. in quarta diſtinc.14. quæſtio. prima,

artic.

artic. ſecundo, ad argumenta Durandi, vel quod etiam nō prius fuerit illius, vt etiam affirmant Vaſquez ſup .p.p. diſp.85.cap.quarto, nume. 26.Coſmus Philiarchus lib. quarto, de virtutibus, cap.16. Suarius in commentario ad art. tertiū, quęſt.85.ſupra, idque ratione pleni dominij, quod habet in res creatas ex Barthol.Med.in tertia p. qō. 1.art.3.

Probatur ſecundo concluſio ex definitione vtriuſque virtutis, pœnitentiæ ſcilicet, & iuſtitiæ, nam hęc definitur ab Vlpiano l.iuſtitia, ff.de iuſtitia, & iure, & aliis ſupra citatis, Cōſtans, & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi; pœnitentia vero eſt virtus, qua Deo offenſo quis vult ſatisfactionem, ſed hæc duo ſunt diſtincta, ergo etiam virtutes erunt diſtinctę.

Neque placet quod ait Marſilius vbi ſupra, virtutem iuſtitiæ dici pœnitentiam, quatenus imperatur a charitate, tum quia fieri poteſt, vt pœnitentia non imperetur a charitate, ſed contra; tum quia etiam alii actus iuſtitiæ imperari poſſunt a charitate, vt habent San. Bonauent. in quarta diſtinc.14.ar. primo, quæſt.tertia, & Halen.ſupr, m.1.art.2.& 3.

Neque etiam placet, quod habet Albertus vbi ſupra, pœnitentiā dici virtutem iuſtitiæ, quatenus imperatur à iuſtitia, quia iſto modo oēs alię virtutes poterūt pertinere ad iuſtitiam, quia alię ēt poſſunt imperari a iuſtitia vt ſuo loco dicemus, & probat S.Bonau.loco ſupr. cit.& Halenſ.item vbi ſupra.

Plura pro hac noſtra concluſione habentur apud Capreolum vbi ſupra, quæſtione tertia, ad argumēta Durandi.

Secunda concluſio. Virtus pœnitentiæ non eſt virtus religionis.

Hæc concluſio eſt contra Illuſtriſſimum Caietanum vbi ſupra, eſt tamen D.Thomæ, vt patebit.

Probatur igitur primo in ſententia D. Thomæ, tum quia ipſe D. Thomas, vt ſupra oſtenſum eſt, facit virtutem pœnitentiam a cęteris diſtinctam, ergo etiam a religione, tum quia idem S. Doctor in quarto, diſt.15.quęſt.quarta, artic.ſeptimo, ad ſecūdum, vbi diſtinguit pænitentiam a religione, ponit actū religionis imperari a pęnitentia, tū quia in 4.item diſt.14.quæſtio.prima, artic.primo, quæſtio.quinta, ait per peccatum hominem conſtitui Deo debitorem, ad quod debitum perſoluendum dari virtutem pœnitentiam; tum quia ſecunda ſecūdæ, quæſt.32.articu. primo, ad 2.& 3.argumentum ait eleemoſynam aliquando imperari a religione; quando ſcilicet fit ad colendum Deum; quatenus vero ordinatur ad ſatisfactionem, pertinere ad pœnitentiam, ex quibus ſatis conſtat in ſententia D. Thomæ diſtingui pœnitentiam a virtute religionis.

D.Thom. *Diſtinguitur pænitentia a religionis virtutibus.*

Neque dicas cum Caietano D. Thomam ſecunda ſecundæ, vbi ſupra, vbi agit de partibus iuſtitiæ, non numeraſſe pœnitentiam, ergo cum nō ad iuſtitiam pertineat, videtur debere pertinere ad Religionem ex ſententia D.Thomæ.

Nam dicimus Diuum Thomam id conſulto feciſſe, quia poſtea in

3.p.

Digitized by Google

3.parte,acturus erat ſeorſim de pę A nitentia virtute.

Neque ſecundo dicas, religionem reſpicere cultum,& honorem Dei, quod etiam facit pœnitentia virtus,ergo.

Quo religio reſpiciat Deum.

Reſpondetur enim,religionem reſpicere quidem, & honorē Dei, ſed alio modo, ac reſpiciat pœnitētia, nam religio reſpicit illum ratione ſupremi iudicii, & auctoritatis, vt iam diximus ex D.Thoma ſecūcunda ſecundæ,quæſt.80. art. primo, quem ſequuti ſunt in hoc Canus p.ſecunda,relect.de pœnitent. Suarius ſupra,diſput.7. ſect.ſecunda,Leſſius lib.ſecundo, de iuſtit. & iure,cap.primo,num.quinto,Didacus Nugnus in 3.p. quæſt.85.artic. ſecundo,dub.primo, ad finem; At vero pœnitentia ſolum reſpicit ſatisfactionem,quæ fit Deo in noſtra ſententia. *D.Thom.*

Neque tertio dicas cum eodem C Caietano,tam pœnitentiam,quam religionem reddere Deo quod debitum eſt,Deumque habere pro fine cui.

Reſpondemus enim, tam religionem, quam pœnitentiam habere Deum pro fine cui,eique ſuo modo debitum reddere;pœnitentia tamen formaliter reſpicit actum illū voluntatis internum,quo quis vult Deo ſatisfacere, cum tamen religio,vt iam ex dictis patet,formaliter reſpiciat cultum diuinū eo modo, quo diximus. Accedit prætera quod pœnitentia oritur ex debito rigoroſo, cum tamen religio ſolum oriatur ex quadam morali decētia,vt habent Canus p.2.relec. de pęn.& Suarius vbi ſup.nu.3.

Neque quarto dicas,nos ad placandum Deum offerre ſacrificium; id eſt,pœnitentiam,quę nomine ſacrificii appellatur in ſacris litteris, Pſal.50.*Sacrificium Deo,&c.*ſed ſacrificium eſt actus religionis, ergo. *Pſal.50.*

Dicimus enim id non eſſe cōtra nos; quia id ſolum oſtendit,pœnitentiam aliquando imperare actus religionis,quod libēter damus,omnes enim actiones, quæ ſpectant B ad religionē,quatenus habent vim cōciliandi Deū,poſsūt pertinere ad pęnitentiā virtutem,id quod ſupra diximus de eleemoſyna exD.Thoma ſecunda ſecundæ,queſt.32.art. primo, ad ſecundum,& tertium argumentum, cuius actus imperātur à pœnitentia,vt tamen ordinantur ad ſatisfaciendū Deo offenſo;actus enim vnius virtutis poſſunt imperari ab alia diuerſę rationis, vt docent Halenſis,Bonauent.vbi ſupra; & Barth.Med.in 1.2.q.45.art.4.dicitur autem pœnitentia virtus ſacrificium largo modo,vt vult,& bene explicat Suarius ſupra,diſputatione ſeptima,ſectione ſecūda,numero 2. *Quo pœnitentia imperet actum religionis.* *D.Thom.*

Secundo probatur concluſio ratione deſumpta ex diuerſitate actus,& obiecti formalis vtriuſque virtutis, nam obiectum formale D virtutis pœnitentiæ eſt, velle Deo ſatisfacere ex culpis offenſo, obiectum formale religionis eſt cultus Deo debitus,ſed hæc ſunt formaliter distincta, ergo & virtutes religio ſcilicet, & pœnitentia, quę terminantur ad illa obiecta erunt formaliter diſtinctæ.

Digitized by Google

Tertia concluſio. Virtus pœnitē-tia ſpectat ad iuſtitiam; tanquam pars poteſtatiua illius.

S. Thom. Probatur primo auctoritate S. Thomæ 3. p. quæſt. 85. artic. 3. aſſerentis etiamſi pœnitentia ſit pars iuſtitiæ, in ea tamen non ſeruari iuſtum ſimpliciter, quod proprium eſt partis poteſtatiuæ, vt iam diximus, ergo cum pœnitentia ſpectet ad iuſtitiam, & à vera & propria ratione illius deficiat, erit pars poteſtatiua, & non ſubiectiua eiuſdē, & hanc ſententiam D. Thomæ ſequuntur cōmuniter omnes. Sotus ſupra artic. tertio, Belarmin. libr. ſecundo, de pœnit. cap. ſeptimo, Vaſquez in p. p. quæſtio. 21. artic. primo, diſput. vero 85. ca. quarto, nu. 25. & 26. Coſmus Philiarchus libr. 4. de virtut. cap. 16. & alij antiquiores, ſupra cita.

Secundo probatur concluſio ratione, quia cum Pœnitentia virtus non ponat omnimodam æqualitatē, non videtur poſſe eſſe, niſi pars poteſtatiua, & potentialis, in hoc enim, vt iam diximus, differūt partes poteſtatiuæ, à ſubiectiuis, vt docent S. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtione 48. articu. vnico, ad primum, & Richardus in 3. & Sotus in 4. vbi ſupra; pęnitentiam autem non ponere omnimodam æqualitatem, iam patet ex dictis. S.Thom.

Si petas tandem, in quo ſit hæc ratio inæqualitatis, quam diximus eſſe inter nos, & Deum, vt propterea pœnitentia tantum dicatur pars potentialis, non ſubiectiua. *In quo ſit inæqualitas quæ ponitur hominis ad Deum.*

Reſpondetur, in hoc non oēs cōſentire, ſed varie loquutos eſſe. A Richardus, Canus vbi ſupra, & alij ſupra citati aſſerunt pœnitentiam deficere à perfecta ratione iuſtitiæ, quia neque pro beneficio, neque ꝓ offenſa pōt Deo ſatisfacere iuxta illud Ariſtotelis 8. ethicor. ca. 13. *Dijs non poſse parem referri gratiam.* *Ethi. c. 13.*

Alij aſſerunt per pœnitentiam non poſſe nos Deo ſatisfacere, quia nihil poſſumus Deo reddere, B quod illi alijs titulis non ſit debitum, vt propoterea deficiat a vera iuſtitia,

Alij, etſi exiſtiment per contritionem fieri ſatisfactionem Deo pro offenſis; ſuppoſito diuino fauore, & ex ęqualitate tolli peccatum; cum non poſſit Deus non diligere diligentes ſe, aſſerunt tamen, pœnitentiam deficere a perfecta ratione iuſtitiæ, quia nos comparamur cum Deo, tamquam filij cum C patre, vel tamquam ſerui cum Domino; diximus autem ſupra inter hos non poſſe eſſe perfectam iuſtitiam: vtrum autem hæc bene dicātur de contritione, paulo infra dicemus, vbi examinabimus illā pœnitentiam, & auctores illius.

Alij vt Capreolus in quarta diſtin. 14. quęſt. prima, artic. ſecundo. Thom. de Argen. ibidem, quæſt. 1. artic. primo, & Sotus art. 3. affirmāt D hanc inæqualitatem oriri ex excellentia perſonæ diuinæ offenſæ, quæ eſt Deus, cui facienda eſt reſtitutio, peccator enim, cum ſit perſona finita, non poteſt reddere æquale perſonæ infinitæ, vt dicitur in materia de Incarnatione; & nos nonnulla dicimus infra.

Ex his igitur omnibus capitibus aſſerunt

Digitized by Google

aſſerunt ſupradicti DD. poſſe oriri A prædictam inæqualitatem in ea ſatisfactione, quam homo peccator, etiam ex auxilio ſupernaturali adiutus, offert Deo.

Sed de his omnibus alibi dicendum erit: Hoc autem loco, illud ſolum nobis occurrit dicendum: prædictam inæqualitatem, & poſſe peti ex priori capite, quia ſcilicet nũquam Deo poſſumus dare ſatis: tũ ex altero capite, quia ſcilicet nos B vere comparamur ad Deum, tamquam filii: tum ex tertio, quia nos quod habemus, à Deo habemus: tum deniq; ex vltimo capite, quia ſcilicet Deus, cui facienda eſt ſatisfactio, eſt infinitus: vnde cum perſona operans, ac ſatisfaciens finita ſit, nullo modo poteſt dare æqualitatem.

Ex quibus ſatis conſtare poteſt, quæ & qualis æqualitas poni poſſit à pœnitentia virtute in ordine C ad Deum, vt ſcilicet peccator ex auxilio Dei faciat, quantum in ſe ſit, rationabiliter tamen, vt ſatisfaciat Deo pro peccatis contra ipſum perpetratis: imperando contritionem, & actum amoris, vt docent Abulenſ. in prologo in Matth. quæſtione decimaſeptima, Altiſſiodorenſ. libro tertio, ſum. tracta. primo, cap. octauo, Halenſ. tertia par. quæſtione prima, memb. 6. artic. primo, & D ſecundo, S. Tho. tum in quarta d. 14. quæſt. prima, art. primo, quæſt. quinta, ad primum, tum 3. par, quęſtio. prima, artic. ſecundo, ad ſecundum, & q. 85. arti. 3. ad ſecundum, Scotus in 4. diſt. prima, q. 6. S. Bonauent. in 3. d. 20. q. 3. & 4. Richard. ibidem, q. 4. & 5. & in 4. d. 14. ar. 2.

Abulenſis in Matth.

S. Thom.

S. Bonau.

q. 2. Durand. q. 2. Capreol. in 4. d. 5. q. 1. concluſ. 1. Almayn. quęſt. prima. Maior. d. 14. q. 2. Marſil. in 4. q. 10. Gabriel. d. 14. quęſt. 1. artic. primo. Ioan. Med C. de pœnit. tract. 5. q. 1. Thom. de Argen. in 4. d. 14. q. 1. art. 1. Scotus artic. 3. Suarius ſupra diſput. 7. ſect. 1. nume. 14. Didacus Nugnus vbi ſupra, q. 85. art. ſecundo, dub. 1. Vnde, etſi peccator etiã ex auxilio ſpeciali Dei amicus factus, non poſſit ex tota iuſtitia ſatisfacere: poteſt tamẽ ponere illã æqualitatem, quæ ſufficiens eſt ad rationem iuſtitiæ inter ipſum, & Deum, iuxta illud Ariſtotelis octauo ethicor. vbi *Virtus*, inquit, *amicitia, non requirit æquale, ſed quod poſſibile eſt.*

Ariſ. eth. 8.

Obiicitur primo ex Didaco Nugno vbi ſupra, dubio primo, contra concluſionem, pænitentiam virtutem non eſſe in prędicamento qualitatis, ſed in illo ponitur iuſtitia virtus, ergo pęnitentia non eſt conſtituenda in genere iuſtitię: probat maiorem idem Nugnus, quia virtutes ſupernaturales non conſtituuntur in prædicamentis poſitis ab Ariſtotele, ergo pęnitentia non eſt in prędicamento qualitatis, probat aſſumptum antecedẽs, tum quia Ariſtoteles nõ cognouit has virtutes ſupernaturales: tum quia hę virtutes ſunt alterius ordinis a virtutib. naturalib. ergo non ſunt in eodem prędicamento cum illis, ergo.

Vtrum pænitentia ſit in prædicamento æquo.

Vt reſpondeat huic argumento Didacus, pręnotat inter virtutẽ naturalem, & ſupernaturalem eſſe cõuenientiam vniuocam, vnde ait, etſi Ariſtoteles nihil cognouerit de his virtutibus ſupernaturalibus:

Didaci Nugni ſententia.

Digitized by Google

attamen quia conuenientia, qua conueniunt prędictæ virtutes tam naturales, quam ſupernaturales, eſt vniuoca: ideo videntur etiã virtutes ſupernaturales debere poni in eodem prædicamento qualitatis, quo ponũtur virtutes naturales: vnde ad argumentum in contrarium allatum, reſpondetur negando illam maiorem, pœnitentiam ſcilicet non poni in prædicamento qualitatis.

Non pla'et ſol͡u a Nugni

Sed non placet ſolutio Didaci, pro cuius rei intelligentia.

Notandum eſt. Qualitates ſpirituales eſſe duplices, quędã enim ſunt naturales, quæ ſcilicet à nobis naturaliter acquiruntur, cuiuſmodi ſunt ſcientiæ, virtutes morales, &c. quędam ſunt ſupernaturales, vt gratia, dona infuſa, &c. differũt autem hæ qualitates inter ſe, quia cum primæ ſint naturales, nihil impedit, quo minus poni poſſint in p̃dicamento; ſecundæ vero, cum ſint altioris ordinis, maiorem videntur habere difficultatem, & de quibus nunc quærimus.

Qualitates ſpirituales non ſupernaturales ponũtur in prædicamẽto qualitatis.

Primo igitur videtur dicendum, qualitates ſpirituales non ſupernaturales poni in prædicamento qualitatis (loquimur autem hoc loco de prædicamentis Ariſtotelis.)

Probatur, quia qualitatibus ſpiritualibus naturalibus conuenit definitio qualitatis aſſignata ab Ariſtotele, per illas. n. proprie denominamur quales, in quo conſiſtit definitio qualitatis ab Ariſt. aſſignata in prædicamento eiuſdem, ergo.

Contra Didacũ Nug.

Secundo vr̃ dicendum cõtra Didacum, probabilius videri qualitates ſpirituales ſupernaturales proprie, & per ſe non poni in prædicamẽto qualitatis.

Probatur primo, quia prædicamenta videntur ſimpliciter adinuenta pro rebus naturalibus, ergo.

Secundo probatur, quia qualitates huiuſmodi ſp̃uales ſupernaturales nihil videntur habere vniuocũ cum qualitatibus naturalibus, ergo neque videntur debere poni in eodem prædicamẽto cum his, etſi. n. vt inquit Didacus, tam qualitate naturali, quam ſupernaturali dicamur quales, non tamen eodem omnino modo, quod tamen tollere vniuocationem, alibi oſtenditur; non dici autem eodẽ modo, patet, q̃a naturali qualitate dicimur quales in ordine ad finẽ naturalem, at vero ſupernaturali dicimur quales ad finem ſupernaturalem, ergo cõuenientia illa inter prædictas virtutes non eſt vniuoca, ergo analoga, ergo neq; ponuntur per ſe primo in eodem prædicamento.

Tertio videtur dicendum, qualitates ſupernaturales poſſe reduci ad huiuſmodi prædicamentũ qualitatis commoditatis gratia; atque ideo gratia reduci poteſt ad priorẽ ſpeciem qualitatis, nimirum ad habitum, quia diſponit animã ad eſſe ſuernaturale, & ex natura ſua eſt difficile mobilis; ſic etiam habitus infuſi, vt fides, ſpes, charitas; & q̃d attinet ad rem noſtram, virtus pœnitentia, reducuntur ad eamdem ſpeciem, ita tamẽ, vt hi habitus ponantur inter habitus operatiuos, quia ſunt in potẽtiis animæ, vt ſuo loco oſtenditur, quod ſi hoc voluerit Didacus, iã inter ipſum & nos, nulla erit lis.

Reducitur Nugnus ad ſententiam Auctoris.

Vltimo

Digitized by Google

Vltimo dicimus, quod ſi quis voluerit hos habitus, & has qualitates; ſicut ſunt alterius ordinis, ita etiam facere aliud prædicamentum diſtinctum à decem aſſignatis ab Ariſtotele, fortaſſe nō omnino falſum dixerit: & facile poteſt probari ex eo, quia cum in aliquo huiuſmodi virtutes ſupernaturales debeant poni prædicamento, & non ponantur in aſſignatis ab Ariſtotele, propter cauſas aſſignatas, ergo in aliquo diſtincto ab illis erunt ponendæ..

Ad argumentum igitur aliter videtur poſſe reſponderi, vt conceſſa maiori, loquendo de pœnitentia infuſa, & ſupernaturali, & conceſſa item minore, ſubdiuidendum ſit conſequens, (ſi tamen concedenda ſit forma illa arguendi) primo, vt pœnitentia ſit conſtituenda in genere iuſtitiæ; perinde quaſi ipſa pænitentia virtus ſit virtus iuſtitia, & ſic ponantur in eodem prædicamẽto qualitatis; ſic conceditur illa conſequentia; neque vero aliquid concludit cōtra nos, vt patet ex dictis. iam enim conceſſimus, pęnitentiā non eſſe ipſam virtutem iuſtitiæ; vel ſecundo, vt non ſit reducenda aliqua ratione ad virtutem iuſtitię, tamquam quæ non præferat rationem & modum illius, & conſequẽter non reducatur, vt iam diximus, ad prædicamentum qualitatis, ſic negatur illud conſequens; nam, vt patet ex dictis, pęnitentia reducitur ad iuſtitiam, tanquam pars poteſtatiua illius.

Tollitur fundamentum Nugri. Ad fundamentum Didaci reſpondemus, negando virtutes naturales, & ſupernaturales habere vnum aliquem conceptum vniuocum propter cauſam iam aſſignatam; ſed conceptum eſſe analogum, quod ſuffi it, ne illæ ponantur in eodem prædicamẽto, vt iam diximus.

D. Thom. Obijcitur ſecundo ex D. Thoma ſecunda ſecundæ, quęſtio. 79. artic. primo, vbi ex ſententia D. ui *S. Auguſt.* Auguſtini libro de correct. & gratia, capitu. primo, duæ aſſignantur partes integrantes iuſtitiæ, facere ſcilicet bonum, & declinare à malo; pœnitentia autem virtus, cum videatur potius pertinere ad declinationem à malo, videtur pars integralis iuſtitiæ, ergo.

Quid ſit iuſtitia legalis. Reſpondetur quo ad ſnīam D. Aug. ipſum loqui de iuſtitia legali, non de particulari, de qua hic proprie ſermo eſt; quid autem ſit iuſtitia legalis, optime explicant Sotus vbi ſup. ar. 3. & lib. 3. de iuſt. & iur. q. 2. a. 5. Pet. de Arag. in 2. 2. q. 58. a. 5. Bannes ibidem. articul. ſeptimo. Salonius articu. quinto, ſequuti Diuum Thomam loco citato, ex ſecũda ſecundę, quęſtione 58. Molina de iuſtitia, & iure, tract. 1. primo, diſputat. duodecima, Coſm. Philiarchus lib. quarto, de virtut. cap. decimoſexto, Leſſius de iuſtitia & iure, cap. primo, dubio tertio, vt omittamus antiquiores Scholaſticos, vt *Iuſtitia duplex eſt.* quia bonum alterius duplex eſt; aliud priuatum, aliud commune: ſic iuſtitia duplex ſit, altera, quæ conſulit communi Reipublicæ bono, & dicitur iuſtitia legalis, altera quæ conſulit priuato, & dicitur iuſtitia particularis, vt propterea iuſtitia hæc legalis non *Iuſtitia particularis.* ſit collectio quædam virtutum,

Digitized by Google

vt voluiſſe viſus eſt Baridana, quin A to ethicor. quæſt. quarta, & quinta, & ex parte ſequi videtur Andreas Vegha lib. quinto, in Conc. Trid. cap. quarto, Leonardus Leſſius vbi ſupra concluſ. quarta, id quod ait præcipue verum eſſe in ſententia Ariſtotelis, de quo tamen adhuc videtur ſatis poſſe dubitari; ſed potius dicēda ſit virtus quædam ſimplex, & ſingularis, diſtincta a cæteris omnibus, quia procuret commune bonum, vt docent S. Thom. & citati DD. locis iam aſſignatis, ita vt iuſtitia legalis, & iuſtitia particularis ſint ſpecies iuſtitiæ ſecundum ſe, ſed de hoc alibi: Ad rem igitur noſtram recte D. Thom. loco in obiectione cit. ex ſecunda ſecundæ, quæſtio. 79. articu. primo, accommodauit illas duas partes, facere ſcilicet bonum, & declinare a malo, iuſtitiæ virtuti, quia ad hanc pertinet, & reddere debitum proximo, & cauere, nec quis faciat contra id, quod illi debetur, & optime tradūt Molina vbi ſupra diſput. 8. Suarius diſput. ſecunda, ſect. ſecunda, num. primo, & Coſmus Philiarc. loco itē citato, id quod in vniuerſum conuenit ſuo modo omnibus virtutibus; illa enim virtus, quæ vult aliquid bonum, fugit etiam malum illi contrarium, & patet de charitate, quæ cum feratur in Deum, odio habet omne malum, quatenus eſt contra illum, vt habent D. Thom. 3. p. quæſtio. 85. artic. ſecundo, Sotus in quarta diſt. 14. quæſt. ſecunda, art. ſecundo, Canus in relect. de pœnit. p. ſecunda, & alij, & nos ſupra oſtendemus. At vero pœnitentia virtus proprie, & formaliter loquendo ſolum reſpicit ſatisfactionem pro offenſa facta Deo; vnde ex hac parte non eſt pars integralis iuſtitiæ, licet ex ea parte, qua participat ſuo modo rationem iuſtitiæ, & eſt pars poteſtatiua illius, habeat ſuo tamen modo illa duo, vt tradidit Thomas de Argentina in quarta diſtinc. 14. quæſtio. prima, artic. primo, id quod verius videtur dici poſſe in ſententia B illorum, qui volunt deteſtationem eſſe actum elicitum à pœnitentia virtute, vt propterea Suarius ibidem conetur oſtendere, quomodo illa duo, declinare ſcilicet a malo, et facere bonum pertineant ad pœnitentiam, & ex his patet ad obiectionem.

S. Thom. · S. Thom. · Pænitētia nō eſt pars integralis iuſtitiæ · Quo pœnitētia habeat facere bonū & declinare a malo.

Et quoniam dictum eſt, pœnitentiam ſpectare ad iuſtitiam, tanquam partem poteſtatiuam illius, C & per eamdem, peccatorem impetrando actum contritionis & charitas Deo ſatisfacere eo modo, quo poteſt, & nos ſupra explicauimus, ideo occurrit hoc loco difficultas vel grauiſſima examinanda.

DVBITATIO VNICA.

An actus contritionis ſit vere, & proprie æqualis ſatisfactio, pro culpa. D

Didacus Nugnus in 3. p. quæſt. 85. artic. tertio, dubio ſecundo, propoſito hoc eodem dubio tribus concluſionibus rem totam perſtrinxit; quarum igitur.

Prior

Prior concluſio eſt. *Contritionẽ eſſe vere, & proprie ſatisfactionem pro peccato mortali, & pœna æterna.*

Quam concluſionem idem Nugnus probat ibidem, & auctoritate D. Thomæ & ratione, vt patebit legenti.

Altera concluſio eſt. *contritionẽ eſſe ſatisfactoriam pro peccato; & in quãtum eſt prior natura, quam gratia; & etiam in quãtum eſt poſterior natura.*

Vtramque partem concluſionis ibi probat Nugnus, vide ibi.

Poſtrema concluſio eſt: *hanc tamen ſatisfactionem eſſe imperfectã & non de rigore iuſtitiæ.*

Quomodo hanc probet, legas ibidem. & hæc Didacus.

Nos autem, vt reſpondeamus ad prędictam difficultatem, primo explicabimus, quid ex noſtra ſentẽtia videatur poſſe dici; tum vero examinabimus ſententiam Didaci Nugni.

Circa primum. Notandum eſt. Actum ſupernaturalem contritionis, ſicuti quemcumque actum bonum in ratione bonitatis; & actum malum in ratione malitiæ, poſſe ex communi Doctorum ſententia dupliciter conſiderari; primo phyſicè ſecundo moraliter; & quidem ſi phyſicè, id poteſt cõtingere dupliciter; vel enim poteſt conſiderari in ordine ad obiectũ, vel in ordine ad ſubiectum: ſi in ordine ad obiectum, tunc actus contritionis, ſicuti quicũque alius actus bonus non poteſt habere maiorem aliquam bonitatem; niſi quam habet ex ratione formali, qua tendit in

A obiectum; ſicut actus malus ex malitia, quam habet, aut contrariam, aut priuatiuam actui bono; ſi vero in ordine ad ſubiectum, tunc eiuſdem actus bonitas deſumitur ab eo ſubiecto, cuius ipſe actus bonus eſt perfectio. & etiam renouatio; ſicuti contra actus malus eſt deformitas; quod ſi ſecundo modo, ideſt, moraliter conſiderentur, tunc vel poſſunt conſiderari in ratione ſa-

B tisfactionis, vel in ratione iniuriæ; ſi in ratione iniuriæ, tunc actus malus excreſcit, & decreſcit ex qualitate perſonæ, quæ offenditur; vnde prout eſt maior, aut minor dignitas perſonæ offenſæ, ſic iniuria maior, aut minor eſt, cæteris paribus, etiam inuariata ſubſtantia actus in ratione obiecti, & ſubiecti; ſi vero in ratione ſatisfactionis; ſimiliter actus bonus eodem modo excre-

C ſcit, & decreſcit ex qualitate perſonæ ſatisfacientis; adhuc inuariata ead. ſubſtantia actus phyſice; quæ omnia poſſumus declarari exemplo morali in humanis; nam ſi quis offenderet perſonam priuatam, re uera iniuria illata non eſſet tanta, quãta eſſet, ſi inferretur ab eadem omnino perſona eidem perſonæ offenſæ, dignificatæ tamen aliqua dignitate; etiam ſi actio in ratione

D ſubiecti & obiecti phyſice eadem ſit; ſic etiam, ſi quæ perſona priuata exhiberet ſatisfactionem alteri ꝓ offenſa illata, non tanti æſtimaretur, quanti ſi exhiberetur ab eadẽ, ſed iam dignificata, etiamſi phyſice eadem ſit omnino actio, ergo poteſt vna, & eadem manens actio phyſice excreſcere, & decreſcere moraliter. his præmiſſis.

Digitized by Google

Reſpondetur primo ad dubitationem, actum contritionis, ſi primo modo conſideretur; id eſt, ſi cõparetur cum malo actu peccati, ratione bonitatis, quam habet intrinſecam, & quæ petitur ex obiecto, & ſubiecto formaliter; certe tantam bonitatem habere in ſuo genere, quantam malitiam habet peccatum in ſuo; & tantam conferre ſubiecto bonitatem, quãtam peccatum ab illo abſtulit.

Probatur, quia actus malus, aut eſt priuatio actus boni, aut illi contrariatur; ſi primum, cum malitia priuationis ſumatur ex ordine ad formam, qua priuat, non poterit actus eſſe magis malus, quam ſit bonus actus ille, quo priuat; ſi ſecũdum, cum ſit æqualis latitudo vtriuſque contrarij, tantam bonitatem dabit actus bonus ſubiecto, quantum actus malus afferre poterit malitiam; vnde ſecundũ hanc conſiderationem actus cõtritionis poterit in ordine ad obiectum, & ſubiectum æqualiter reparare dãna, quę poteſt peccatum inferre.

Nullus actus cõtritionis poteſt eſſe æqualis ſatisfactio pro peccato.

Reſpondetur ſecundo, neque actum perfectiſſimum contritionis, neq; vllum aliũ actum bonũ neq; ẽt oẽs ſimul, ſi ſecundo illo modo conſiderentur, eſſe poſſe æqualis valoris, & pretij, pro culpa mortali.

S. Irenæus. S. Athanaſ. S. Cyprian. S. Fulgent. S. Io. Chry. S. Leo.

Probatur primo auctoritate Patrum Irenæi lib. 1. contra hereſes c. 20. initio, S. Athanaſij ſerm. de Paſſio. Cypriani ſermo. item de Paſſ. ad medium, Fulgentij, libro de Incarnat. cap. quarto, poſt medium. Chryſoſtomi homil. decima, in Ioan. Leonis epiſtola 81. & aliorum aſſerentium, impoſſibile eſſe ab

A alio, quam a Chriſto homines redimi, ſed ſi contritio eſſet æqualis ſatisfactio, illud non eſſet impoſſibile, ergo. Minor probatur; nam ſi contritio eſſet æqualis ſatisfactio; certe ſi Deus concederet homini tale auxilium, & haberet contritionem, poſſet ille pro peccato ad æqualitatem ſatisfacere, & ſic ſe ipſum redimere, quod tamen negãt ſancti citati, ergo.

B Probatur ſecundo, quia perfecta æqualitas inter ſatisfactionem, & iniuriam petit, non ſolum vt ſit æqualitas inter actiones, ſed etiam inter perſonas; iuſtitia enim id habet, vt nõ ſolum reſpiciat actiones, ſed etiam perſonarum cõditiones, vnde cum grauior ſit offenſa, quo dignior eſt perſona, cui illata eſt offenſa, & illa, quæ intulit indignior,

C l. Prætor, §. finali, ff. de iniurijs, vbi dicitur, *quod atrocior iniuria ſit, cum magiſtratui, aut parenti, aut patrono ſit*, & leg. ſed vnus §. quædam, ff. eodem titulo, vbi dicitur quod *quædam iniuria a liberis hominibus facta leues, & nullius momenti eſſe videntur; cum tamen eadem a ſeruis facta graues ſunt,*

D imo etiam cum pro pari delicto, ſed imparib. perſonis, impares decernantur pęnæ l. aut facta, §. perſona, ff. de pœnis, vbi habetur ex eodem delicto aliter puniri ſeruos, quam liberos, & docuit etiam Ariſtotel. quinto ethicorum, cap. quinto, vbi ait, *ſi gerens Magiſtratum percutiat, non eſſe repercutiendum, at ſi quis eum percuſſerit, non ſolum eſſe repercutiendum, ſed maiore etiam ſupplicio eſſe afficiendum*; & ſequuntur Sanct. Thom. *Ariſ. 5. eth.* *S. Thom.*

ſecun-

Digitized by Google

ſecunda ſecundæ, quæſt.61. articu. quarto,& quæſt.69. articu.quarto, ad primum, & fere omnes Theologi:& item cum ſatisfactio minor ſit, quo indignior eſt pſona, quæ illam offert, & dignior, cui offertur, vt iam diximus,conſequenter etiam, etiamſi actus cõtritionis poneret æqualitatem pro culpa, quo ad actionem ipſam,in ratione obiecti,& ſubiecti, modo iam explicato; quia tamen illam non ponit inter perſonas,ſcilicet inter creaturam,& Deum; ideo neque poterit eſſe perfecta iuſtitia,neque perfecta æqualitas; & tandem nunquã poterit contritio eſſe æqualis ſatiſfactio pro culpa mortali.

Ex quibus ſatis conſtat,cum offenſa contra Deum à creatura cõmiſſa, ex parte ipſius Dei, habeat ſummum aſſenſum, ipſam etiam non ſolum eſſe ſummam inter offenſas,ſed etiam in ratione iniurię eſſe altioris ordinis,quacunque ſatisfactione, quæ à creatura poſſet exhiberi,nam, vt diximus,ex quo capite iniuria creſcit,ex eodem pari proportione decreſcit ſatisfactio puræ creaturæ; cum ſemper verũ ſit elici à creatura ſumme, & infinite diſtante ab ea, cui offertur: vnde tantum abeſt,vt ſatisfactio,quę exhibetur Deo à creatura, ſit ęqualis; vt reuera ſit omnino improportionata, cum per nullum incrementum in ſuo genere poſſit exæquare grauitatem offenſæ; cum ſemper maneat infinita illa diſtantia, & improportio extremorum; vt propterea bene dixerint SS.Patres, quos ſupra retulimus,a ſolo Chriſto Domino, qui eſt perſona

A infinita,& ęqualis perſonę offenſę potuiſſe compenſari illum exceſſum;& pręterea bene etiam Theologi inde collegerint Incarnationẽ Chriſti Domini fuiſſe ſimpliciter neceſſariam ad hunc effectum;ſcilicet,vt Deo rigoroſe fieret ſatis.

Si petas,an ſaltem homo in infinita gratia exiſtens poſſet dare æqualẽ ſatisfactionẽ Deo ꝓ peccato.

Reſpondetur negatiue,nam,vt diximus,iniuria mortalis cõtra Deũ B in ratione morali ſemper eſt altioris ordinis, quocunq; actu bono;ac proinde, neq; ab homine in gratia exiſtente poterit æquari; vnde petitur ratio huius rei,& nos ſup. attigimus;quia ſcilicet homo etiam ornatus infinita gratia,vt ita loquar,habet infinitã illam diſtantiã ſup.explicatam; quare licet ſatisfactio talis hoĩs eſſe maior ſatisfactione alterius hoĩs habẽtis minorẽ gratiã; C nunquã tamen cõpenſari poterit iniuria facta contra Deum.

Quare homo in maxima gratia non poſſit perfecte ſatisfacere

Vltimo põt probari cõcluſio;nã etſi concederemus, ꝙ viſus eſt conceſſiſſe Nugnus vbi ſupra,ar.2.dubio item 2. contritionem eſſe ipſam ſanctificationẽ, nõ bene tamẽ poteſt quis inferre,ipſam contritionem eſſe æqualem ſatisfactionem pro culpa;licet.n. haberet phyſicã oppoſitionẽ cũ peccato, & ex natura rei ad modũ, quo nonnulli dicũt D de gratia habituali; tamẽ inde ſolũ videretur poſſe colligi,peccatũ gratis remitti, non aũt ex iuſtitia, ſicut per gratiam ipſam habitualẽ gratis remitti dicitur; neque enim remiſſio peccati neceſſario coniuncta eſt ęquali ſatisfactioni; ita vt hãc habeat neceſſario adiunctam

Nullo modo cõtritio eſt æqualis ſatisfactio.

cum

Digitized by Google

cum tam paruulis, quam adultis A cum attritione accedentibus ad Sacramentum, gratis remittatur peccatum per gratiam habitualẽ abſque vlla ſatisfactione, ergo contritio ex natura ſua poſſet eſſe gratuita remiſſio peccati, quin eſſet æqualis ſatisfactio, ergo male huiuſmodi DD. inferunt ex eo ꝙ cõtritio ſanctificaret, eſſe æqualem ſatisfactionem pro culpa.

Si dicant, contritionem ex ſe cõ B ſtituere hominem ſanctum, atque expellere peccatum, ergo cõſtituere hominem dignum remiſſione, ergo æqualiter ſatisfacere.

Reſpondetur etiam conceſſo illo anteced. quod tamen falſum eſſe infra oſtendemus, quamquam ſupra id etiam innuerimus; falſam eſſe illam priorem, & alteram ſequelam, nam contritio etſi vt diximus C ex aliorum ſententia, affert ipſam remiſſionem peccati; illam tamen affert eo modo, quo gratia habitualis, ſcilicet gratis; vnde contritio ipſa non conſtituit formaliter loquendo hominem dignũ remiſſione, ſed ſolum ponit gratis remiſſum eſſe peccatum.

Diſplicet ſententia Didaci Nug. Circa ſecundum autem, id eſt, quod attinet ad ſententiam Didaci ſupra, art. tertio, dubio ſecundo, D maxime diſplicet ſecunda ipſius concluſio, quæ eſt huiuſmodi. *Vtroque modo eſt contritio ſatisfactoria pro peccato, & in quantum eſt prior natura, quam gratia, & etiam inquantum eſt poſterior natura.* Circa quam tria ſunt potiſſimum, quę ſatis probare numquam potuimus.

Primo igitur nõ probatur; quia viſus eſt, ibi poſuiſſe contritionem poſteriorem gratia habituali; & ratio eſt, vt multas alias omittamus, tum quia ex Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. ſexto, expreſſe habetur, contritionem, & dilectionem Dei eſſe præparationem, & diſpoſitionem hominis ad iuſtificationem, & cap. ſeptimo, ibidem, hanc diſpoſitionem, iuſtificationem ipſam conſequi, ergo vt ſic contritio nõ poteſt eſſe poſterior illa gratia, ad quam ipſa eſt diſpoſitio; tum quia ex eodem Concilio ibidem habetur, Spiritum ſanctum dare gratiam iuxta menſurã diſpoſitionis, & cooperationis, ergo, vt detur tanta, aut tãta gratia homini, eſt attendendus gradus contritionis in homine, vt iuxta illius menſuram, detur deinde gratia; ac proinde nõ poteſt eſſe prior infuſio gratiæ in homine, quam ipſius cõtritionis productio; alias potius produceretur contritio iuxta menſuram gratiæ, quam contra. *Conc. Trid.*

Secundo non probatur, quatenus dicit in illa eadem ſecunda cõcluſione, contritionem eſſe ſatisfactoriam pro peccato, etiam quatenus eſt poſterior gratia; nam, niſi fallamur, contritio, vt ſic, non videtur aliquo modo ſatisfactio; & ꝓbatur, quia ſatisfactio eſt ſolutio debiti, ergo vbi nullum eſt debitũ, nulla poteſt eſſe debiti ſolutio, ergo ſi contritio ſupponit gratiam, ſupponit etiam remiſſionem culpæ, & cõſequenter debiti, cum gratia ex natura rei, ſit ipſa debiti remiſſio, ergo contritio, vt poſterior gratia, ſicuti non eſt debiti ſolutio, neque etiam erit aliquo modo ſatisfactio; *Neque placet Nugni ſententia.*

confir-

Digitized by Google

confirmatur, & explicatur ſimul exemplo in humanis, nã ſi Petrus furatus eſſet a Paulo decem ſcuta, quæ tamen Paulus gratis remittat illi: etſi deinde dono det Petrus decem ſcuta Paulo, vere nũquam ex hoc erit ille dicendus fuiſſe reſtitutor, quia non dat alienum, ſed ꝙ iam ſuum eſt, nam illa decẽ, quæ ſurripuerat a Paulo, iam ex condonatione Pauli ſunt facta propria ipſius Petri, ergo potius dicendus erit Petrus donaſſe decem ſcuta Paulo, non reſtituiſſe: ſic in re noſtra, ſi cõtritio ſit poſterior gratia, cum iam per ipſam gratiam ſit remiſſum debitum culpæ; non poterit ipſa contritio dici remiſiſſe debitũ, ſed potius ſupponere debitum remiſſum per gratiam gratis. Confirmatur ſecundo auctoritate Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 14. vbi ait, *ſatisfactionẽ, per ieiunia, eleemoſynas, orationes & alia pia ſpiritualis vitæ exercitia nõ eſſe pro pæna æterna, quia hæc vna cum culpa remiſsa eſt, ſed pro pæna temporali*, ergo vult Concilium, opera hominis in gratia non habere rationem ſatisfactionis pro culpa, aut pœna æterna, quia iam ſcilicet præceſsit remiſſio per gratiam.

Conc. ibid.

Inſtantia Nugni nõ placet.

Neque placet, quod ait Nugnus eo loci ad 4. argument. in illo priori naturæ, peccatum eſſe ablatum per gratiam habitualem, ſecũdum quod eſt mala affectio hominis, nõ tamen vt eſt iniuria, & offenſa facta contra Deum; quia vt ſic videtur idem aſſerere, tolli per contritionem in eſſe poſteriori; in quo ait proprie conſiſtere ſatisfactionem.

Non placet, inquã, quia ex quo A ponat Didacus Nugnus in illo priori peccatum eſſe remiſſum per gratiam habitualem, vt eſt mala affectio peccatoris, videtur etiam debuiſſe ponere, eſſe quoque remiſſum per eandem gratiam formaliter, quo ad rationem offenſæ, & iniuriæ, quia gratia proprie eſt ipſa remiſſio peccati, vt ſupra oſtendimus. Præterea contritio poteſt quidem efficere formaliter hominem contritum, & pœnitentem, B quemadmodum dilectio diligentem, at vero non poteſt eſſe ipſa formalis remiſſio peccati. vt ſupra innuimus, ſed gratia habitualis eſt intrinſeca remiſſio illius, vnde eadem gratia, vt eſt terminus diuinæ remiſſionis, eſt intrinſeca remiſſio culpæ, vt vero eadem recipitur in homine, in quo erat peccatum, eſt renouatio eiuſdem, quæ tamẽ ſunt vna & eadem omnino res, & colligitur C ex Conc. Trident. ſeſſ. ſexta, cap. ſeptimo, vbi dicit. *Iuſtificationem non eſſe ſolam peccatorum remiſſionem, ſed etiam renouationem, &c.* Quare ſicut in illo priori ſecundum Didacum gratia renouat hominem; ſic etiam remittit ipſius debitum, & ſic contritio nullo modo erit remiſſio debiti.

Neque placet ſententia Nugni.

Tertio, non probatur, quatenus ibidem ait Didacus, contritionem D eſſe ſatisfactoriã pro peccato, quatenus etiam eſt prior natura ipſa gratia; nam certum videtur, contritionem in illo priori, etiam ſi ſit a gratia excitante, & adiuuante, vt ait Conc. Trident. ſeſſ. ſexta, capit. quarto, eſſe ſolũ diſpoſitionem, vt iam ſupra innuimus, & præterea etiam patet ex eodem Concilio

Conc. ibid.

lio

Digitized by Google

lio ſeſſ.14.vbi contritionem,quam cap.3.definierat,eſſe partem Sacramenti, & cap. quarto, primum locum obtinere inter pœnitentię actus,ait *eſſe neceſſariam ad veniæ impetrationẽ,& præparare ad peccatorum remiſſionem*, & clarius iam dixerat loco iam citato,ſeſſ.6. cap.4. vbi expreſſe docet,*hanc diſpoſitionem fieri per liberum aſſenſum, & cooperationem ex gratia excitante, & adiuuante*,ergo in illo priori nullo modo proprie,& vere poteſt eſſe ſatisfactio,ſed ſolum erit diſpoſitio ad gratiam, per quam proprie ſatisfacimus.

Confirmatur.primo ex eodem *Cōc.Trid.* Conc.Trident.ſeſſ. 14.cap.quarto, vbi actus contritionis, & dilectionis,ait,non eſſe ipſam remiſſionē, ſed potius ſe tenere ex parte hominis, id eſt., eſſe diſpoſitiones ad ipſam remiſſionem, quæ formaliter fit per gratiam habitualem ;Confirmatur ſecundo, quia adhuc poſita contritione in homine, homo eſt debitor, & indignus, vt illi remittatur iniuria, & pręterea eget præter gratiam auxiliorū,alia ſpeciali gratia Dei remittētis id, quod deerat ſatisfactioni perfectæ,ergo ipſa contritio, ex vi ſui valoris intrinſece nō poteſt eſſe ipſa remiſſo debiti, & iniuriæ; cum ipſa poſita, vt iam diximus, ſit neceſſaria noua gratia condonationis.

Et ex his patet contritionem ſecundum ſe,neque vt priorem,neque vt poſteriorē eſſe ipſam iuſtificationem, neque ipſam remiſſionem peccati, & conſequenter, neque eſſe ſatisfactionem pro eodē, ſed ſolum eſſe diſpoſitionem ad hæc omnia, quæ formaliter conſtituuntur talia per gratiam habitualem, & ſic patet ad ſententiam Nugni.Et hęc,quod attinet ad priorem Sectionem huius primæ Diſputationis.

SECTIO SECVNDA.

De ſubiecto Virtutis Pænitentiæ.

QVAESTIO PRIMA.

Quod nam ſit proximum, & immediatum ſubiectum Virtutis Pœnitentiæ.

Conſtituta Pœnitentia in ſuo eſſe,quo ad eſſentiam, quod fecimus in ſuperiori Sectione, veniendum nunc eſt ad ſubiectum illius,quod cum duplex ſit,ſicut etiam duplex reperitur in qualibet alia virtute, proximum ſcilicet, & remotum; ideo de his in ſequentibus diſputabimus, & primo quidem hoc primo loco de priori, tum de remoto dicemus. *Duplex ſubiectum.*

Et quoniam ſolutio huius difficultatis pendere videtur ex ſolutione alterius, ſcilicet, quod nam ſit ſubiectum iuſtitiæ virtutis; nam fecimus pœnitentiam partem poteſtatiuam illius; ideo hanc primo conabimur explicare.

Digitized by Google

DVBITATIO VNICA.

Quodnam ſit ſubiectum iuſtitiæ virtutis.

SVnt in hoc dubio duæ grauiſſimorũ DD. ſententiæ.

Prima fuit dicentiũ, ex quatuor virtutibus moralibus, Prudentiã eſſe in ratione, tãquam in ſubiecto, iuſtitiam in appetitu rationis, id eſt, in voluntate, quæ dicitur appetitus rationis; fortitudinem vero & temperantiam in appetitu ſenſus, temperantiam ſcilicet, in concupiſcibili, fortitudinem vero in iraſcibili, ſic ſenſerunt S. Thom. tum par. ſecunda, quæſtio. 56. articu. 4. 5. & 6. quæ ibi ſequutus eſt Bartholom. Medina, tum. ſecunda ſecundæ, quæſt. 58. art. quarto, & ſequuti ſunt ibidem Michael Salon. Bannes, & Petrus de Aragona, Durandus item hoc idem ſenſit in 3. diſt. 33. quæſt. quarta, num. ſeptimo, Palud. ibidem, quæſt. 3. ar. quarto, Thom. de Arg. ibidem, qõ. prima. articul. ſecundo, hanc etiam ſententiam probabilem exiſtimat. S. Bonauentura in 3. diſt. 3. articu. 1. quæſt. 3. videtur etiam ex parte ad eandem accedere Gregor. Valen qui in prima ſecunda, diſputat. ſua quinta, quæſt. ſecunda, puncto ſecundo, loquendo de iuſtitia, aſſerit ipſam eſſe omnino in voluntate, tanquam in ſubiecto, licet loquendo de temperantia, & fortitudine concedat, has eſſe etiam in voluntate ſimpliciter, tenet eand. Didacus Nugnus vbi ſupra artic. 4. dubio primo.

S. Thom.

S. Bonau.

A

Et de iuſtitia quidem (nã de fortitudine, & tẽperãtia nihil ad præſentem quæſtionem) ſcilicet eſſe in voluntate tanquam in ſubiecto.

Iuſtitia ponitur in ſola voluntate.

Probatur primo, tum ex Ariſtot. libro quinto ethicor. ca. primo, vbi aſſerit iuſtitiã eſſe, qua iuſta operamur, & volumus, tum ex communi definitione ſupra allata ex Vlpiano l. iuſtitia, ff. de iuſtitia, & iure, vbi dicitur, quod iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuũ cuique tribuendi, ergo iuſtitia eſt in voluntate, ſequela de ſe patet.

Ari. 5. eth.

B

Quid ſit iuſtitia.

Probatur ſecundo, quia in ea potentia videtur collocanda iuſtitia, quæ indiget, vt inclinetur ad bonũ illius, ad quod natura ſua non eſt inclinata, ſed huiuſmodi potentia eſt voluntas, ergo.

C

Probatur tertio, quia ſi iuſtitia virtus eſſet ponenda in appetitu ſenſus, & non in ſolo appetitu rationis, vel id eſſet, quia appetitus ſenſus eſſet a iuſtitia comprimendus, vel vt illius actum eliceret, vt arguit Michael Salon. vbi ſupra; ſed neutrum dici poteſt, ergo. non primum, quia paſſiones ſenſus ſatis comprimuntur fortitudine, & temperantia, virtutibus: & præterea, quia vt habet Petrus de Aragona, vbi ſupra, paſſiones huiuſmodi ſunt extrinſecæ ipſi iuſtitiæ, vnde non ab ipſa virtute iuſtitiæ, ſed à proprijs ſunt tollendæ virtutibus, fortitudine ſcilicet, & temperantia; Neque ſecundum, quia huiuſmodi actus nõ poteſt prouenire ab aliquo ſenſu, ergo.

D

Secun-

Digitized by Google

Secunda ſententia eſt aſſerentium, iuſtitiam, & omnem aliam virtutem moralem eſſe tum in appetitu rationis, tum in appetitu ſenſus, modo infra explicãdo, ita Scot. in tertio diſt. 33. S. Bonauent. ibid. artic. primo, quæſt. 3. & in 4. diſtin. 14. articul. ſecundo, quæſt. prima, idem docet de pęnitentia, Richar. in 3. diſt. 33. artic. primo, quæſt. prima, Almayn. in Moralibus tract. 3. cap. 6. Henricus quolibet. 4. quęſtio. 22. OKam. in 3. diſt. 10. & 11. Gabr. in 3, diſt. 33. quęſt. vnica, artic. ſecũdo, concluſ. 3. & 4. Maior ibidem, quęſt. prima, & ſecunda, Franciſc. Mayron. ibidem, quæſt. ſecunda, artic. 3. Carthuſianus ibidem, quæſt. ſecunda, Paludan. eandem probabilem dicit vbi ſupra, art. primo, & quæſt. ſecunda, artic. 3. videtur ex ꝓfeſſo hanc ſequi. ſunt præterea in eadem ſententia Buridana lib. primo ethicor. quęſt. vltima, Gregor. Valent. idem ſentit, quo ad virtutes temperantiæ, & fortitudinis, p. ſecunda, diſput. quinta, quęſt. ſecũda, puncto ſecundo, Molina tum 1. 2. quęſt. 56. art. 4. 5. & 6. tum tomo de iuſtitia tractat. primo, diſputat. octaua.

S. Bonau.

Notandum primo ex Bonauen. Paludano, Gabriele, Carthuſ. & alijs locis ſupra citatis, virtutem moralem eſſe ſolam illam, quæ ad appetitiuam pertinet: nã mos vt aduertit Coſmus Philiarch. de virtutibus lib. quarto, cap. 3. à quo dicitur moralis virtus, duo ſignificat, & conſuetudinem, & quandam naturalem, vel quaſi naturalem inclinationem ad aliquid agendum, à qua poſteriori ſignificatione potiſ-

Quæ ſit virtus moralis

A ſimum virtus denominatur moralis, & quia hæc inclinatio eſt ad actum, ideo proprie conuenit appetitiuæ potentiæ, virtus moralis: & quemadmodum appetitus diſtinguitur à ratione, ita virtus moralis diſtinguitur ab intellectuali; vnde ſicut appetitus eatenus eſt principium humani actus, quatenus aliquo modo rationem participat; ita etiam habitus moralis habet rationem virtutis, in quantum rationi B cõformatur: quæ ex Paludano, & alijs ſupra allegatis, in moralibus, tanquam formalis ratio obiecti appetitus ſe habet, ſicut imperãs, mouens, & regulans, & appetitus ſicut imperatus, motus, & regulatus.

Cui potentiæ conueniat virtus moralis.

Notandum ſecundo, hoc eſſe eſſentiale virtuti morali vt ſic, vt patet ex iiſdem citat. DD. vt perficiat potentiam ad attingendum obie- C ctum rectę rationi conſentaneum, & hinc eſt, quod diuiſio virtutum moralium petenda ſit ex diuerſo modo attingendi ſuum obiectum, rationi cõſentaneum, obiectorum autem rectitudo, vt inter alios docuit bene, & clare Petrus de Arag. in ſecunda ſecundæ, quęſt. 80. art. quarto, & 9. alia conſiſtit in quadã operantis habitudine erga alterũ, vt accidit in iuſtitiæ virtute: alia in D ordine ad ſe ipſum, vt videre eſt in temperantia, & hoc eſt, quod dicũt DD. ſupra cit. alias virtutes verſari circa operationes: alias circa paſſiones: priores enim ſunt illæ, quæ habent priorem rectitudinem, poſteriores vero, quæ habent poſteriorem: non negabimus tamen, has paſſiones, circa quas verſantur virtutes,

Munus virtutis mor.

tutes, quæ habent alteram dictam rectitudinem, poſſe etiam dici operationes: nam reuera, vt habet Caietan. ſecunda ſecundæ, quęſt. 60. articul. ſecundo, & bene explicat Gregor. Valent. in p. ſecunda, tum diſput. 3. quæſt. prima, puncto primo, tum diſput. quinta, quęſt. quarta, puncto item primo, & illæ videntur quędam operationes in ſenſus, licet appellentur potius paſſiones, quia tranſmutēt ipſum corpus: per paſſiones .n. hoc loco nihil aliud intelligimus, niſi quoſdam animi motus, cum Auguſtino libro 9. de ciuit. Dei cap. quarto, quibus ille cōcitari ſolet circa bonum, vel malū: vnde licet hi motus videantur actiones quędam immanentes: attamen, & quia in appetitu reperiuntur, & quia, quod præcipuum eſt, habent, vt diximus, aliquam adiunctam corporis immutationem, præſertim vero cordis, in quo præcipue dicitur reſidere huiuſmodi appetitus ſenſitiuus: propterea potius dicuntur paſſiones.

Quid ſit Paſſio.

S. Auguſt.

Notandum tertio, virtutē hanc moralem dicere collectionē quandam duorum habituum partialiū, ita vt vnus ſit in voluntate, quo ipſa facile ac prompte feratur in bonum virtutis, ex præſcriptio Prudētiæ: alter vero in appetitu ſenſus, quo moderetur humanos quoſdā affectus, qui ex eo ſolent pullulare, vt tradnnt S. Bonauent. Richardus, Paludanus, Nugnus ex parte, & alij locis ſupra citatis. ita tamen, vt ex illis duobus habitibus ille, qui eſt in appetitu ſenſus intrinſece, & per ſe nō ſit virtus, quia virtus proprie ex Ariſt. ſecundo ethicor. cap. quinto, eſt habitus electiuus, qui reddit electionem rectam, vnde non poteſt eſſe appetitus ſenſitiui: electio enim eſt actus voluntatis, non appetitus ſenſitiui, vt habent Scotus: Bonauentur. Richard. & alij vbi ſupra: ſed tantum extrinſece, & per accidens, quatenus ſcilicet agit ex motu, & electione voluntatis, ſeu per participationem, vt præter citatos DD. docent etiam Henricus, Molina vbi ſupra, & Suarius ſupra diſput. ſeptima, ſect. prima, num. quarto, quidquid contra docere videntur Gabriel vbi ſupra & Valentia vbi etiam ſupra, quæſtio. ſecunda, puncto ſecundo: Vnde ille ſolum habitus per ſe virtus erit, qui reperitur, in appetitu rationis, nam vt ſic ille habitus verſabitur circa honeſtum, quod voluntati ratio ipſa proponit: Eſſe autem virtutem moralem collectionem duorum habituum, poſſumus vel ex eo facile probare, quia omnis actio, quę eſt duarum facultatum, vt facile, & prompte fiat, indiget duobus habitibus in iiſdem duab. facultatibus, quarum illa eſt actio, ergo cum omnis actio virtutis moralis ſit appetitus, tum ſenſus, tum voluntatis: conſequenter etiā tam in voluntate, quam in ſenſu erit ponendus habitus, quo elicitur actio; Confirmatur, ſicut voluntas eget habitu, vt poſſit bene, facile, & delectabiliter operari, ita ſenſus eget ſuo, quo affectus ſedentur, ac temperentur, ne voluntas illis ad malum pertrahatur.

S. Bonau.

Ari. 2. eth.

Habitus virtutis eſt in appetitu rationis.

Virtus moralis eſt collectio duorū habituū

Si dicas, nō videri virtutem moralem dicere illam collectionem duorum

duorum habituum, quia huiuſmodi collectio, cũ ſit aggregatio quædam plurium, facit ens per accidẽs, vnde virtus non eſſet ſimplex aliqua qualitas contra bonam philoſophiam, ſecundum quam certum videtur, virtutẽ poni in prædimento qualitatis, conſequenter non eſſe aggregationem illam plurium, ſed ſimplicem ſolam qualitatem.

Reſpondetur tamen, virtutem moralẽ, v. g. iuſtitiam, quam diximus eſſe collectionem illorũ duorum habituum, totaliter quidem eſſe vnam virtutem, & qualitatẽ, partialiter vero eſſe conflatam ex duobus habitibus, modo ſupra explicato, ad eum modum, quo ſecũdum veriorem ſententiam, ſcientia totalis dr̃ vna per aggregationem plurium partialium habituũ: vnde quemadmodum ſecundum hanc ſententiam, quia omnes partiales habitus ſcientiæ coaleſcunt in vno obiecto formali, ideo dicuntur facere vnam ſcientiam totalẽ; ſic in re noſtra quo ad hãc partem, quia tam habitus ille, qui eſt in parte rationali, quam, qui eſt in parte ſenſitiua, coaleſcunt ſub vna ratione formali tendendi in obiectum, ideo hi duo habitus coaleſcunt in vnam virtutem, quę eſt, verbi gratia, iuſtitia, vt infra probabimus, & videtur docuiſſe S. Bonauent. in 4. diſt. 14. quæſt. prima, art. ſecundo, & iam dixerat in 3. diſt. 33. art. primo, quæſtio. 3. Richard. Henricus, Scotus OKam. Gab. Almayn. & alij ſupra citati. *S. Bonau.*

Ad illud vero quod deducebatur, quia ſcilicet videtur ſequi virtutem excludi à prædicamento A qualitatis, ſi includeret collectionem illam.

Reſpondetur, virtutem non poni in prædicamento, vt dicit collectionem illam plurium habituũ, ſed ſinguli habitus ponuntur in illo, qui, quatenus vniuoce conueniunt in ratione habilitandi, & diſponendi potentiam ad prompte, bene, & laudabiliter operandum, modo iam explicato, dicuntur face- B re vnum habitum, vnam qualitatem, & vnam virtutem.

Ex his colligitur primo, oẽm virtutem moralem ſuo modo conſiſtere in mediocritate, qua affectus ad quoddam prudentię medium reuocantur, ſed de hoc alibi.

Colligitur ſcđo, oĩb. virtutibus moralibus id eſſe commune, vt ſcilicet, non ſolum verſentur circa operationes, ſed etiam reprimant C paſſiones, quæ vniuſcuiuſque propriam electionem impediunt, vt habet inter alios Paludan. in 3. diſ. 33. q. 4. ar. 3. *Quid ſit cõmune virtutib. moralibus.*

Reſpõdetur igitur ad dubitationem, iuſtitiam virtutẽ (de qua hic ſolum quærimus) primo, & per ſe eſſe in voluntate, tanquam in ſubiecto; ſecundario vero, & per accidens eſſe in appetitu ſenſus. *In quo ſubiecto proprie ſit iuſtitia.*

D Priorem partem cõcluſionis expreſſe habent Ariſtoteles, & Vlpianus, vt patet ex definitionib. quas nos ſupra ex iiſdem attulimus: & pręterea omnes DD. hanc communiter tenent vno conſenſu.

Poſſumus tamen eandem nos probare, quia in ea facultate iuſtitia primo, & per ſe videtur ponenda, quæ eget habitu, ipſam inclinãte ad bonũ iuſtitiæ, ſed huiuſmodi

eſt

Digitized by Google

eſt voluntas, ergo. maior de ſe patet, nam bonum iuſtitiæ eſt ad alterum, ad quod natura de ſe non eſt ſatis propenſa, vnde eget habitu iuſtitiæ: quo ad id facile, & delectabiliter inclinetur: Minor probatur, quia bonum iuſtitiæ eſt reddere, quod cuique ſuum eſt, quod eſt ſolius voluntatis proprium, ergo.

Secundo probari etiam poteſt, quia virtutes proprie ſunt in potẽtia libera, quæ in agendo meretur laudem; talis autem potentia eſt ſola voluntas, ergo in illa ſunt proprie virtutes, ſed iuſtitia proprie eſt virtus, vt iam probauimus, ergo erit in voluntate, tanquam in ſuo proprio ſubiecto.

Secunda pars probatur primo ex Ariſtot. ſecundo ethicor. cap. tertio, vbi aſſerit omnem virtutẽ moralem verſari circa voluptates, & dolores, & quinto ethicor. capit. 3. non eſſe iuſtum, qui operando iuſta non delectatur; & ſequitur D. Thom. 1.2.q.59.ar.4.ad 1. ergo ex ſententia Ariſtotelis etiam iuſtitia verſatur circa paſſiones, patet ſequela, quia iuſtitia eſt virtus moralis, vt patet ex ſup. dictis, ergo.

Ariſ. 2. eth.

D. Thom.

Secundo probatur, quia virtus ex ſe debet moderari omnia illa, quæ ſunt neceſſaria ad finem conſequendum, ex D. Tho. 1.2.q.17. art. 5. ſed moderatio paſſionum in ijs, quæ reſpiciunt proximum, eſt neceſſaria ad finem iuſtitiæ conſequendum, ergo habitus iuſtitię debet etiam moderari ſuas paſſiones; Minor probatur, quia in virtute iuſtitiæ ſunt multi affectus, v.g. amor lucri, metus illud amittendi, quę ſine dubio in ijs, quæ pertinent ad

D. Thom.

Onuph. de Panit.

A rem proximi, nulla alia virtute cõprimi poſſunt, niſi ipſa virtute iuſtitiæ, vt melius infra patebit; Confirmatur, quia ad quamcumque virtutem moralem pertinet diſtrahere impedimenta, perturbantia illius operationes, & electiones circa propriũ obiectum: ſed iuſtitia perturbatur interdum paſſionibus appetitus ſenſitiui, vt ab ira, aut a cupiditate, ne faciat æqualitatem, ergo ad eandem iuſtitiam proprie pertinet comprimere huiuſmodi paſſiones, & conſequenter erit etiam in illis, tanquam in ſubiecto, modo ſupra in concluſione explicato.

B

Ad primum, & ſecundum pro priori ſentẽtia reſpõdetur, optime probari noſtram priorem partem concluſionis; iuſtitiam ſcilicet eſſe in voluntate, tanquam in ſubiecto, primo, & per ſe.

C

Ad tertium reſpondetur, iuſtitiam poni ad comprimẽdas paſſiones, & ad id, quod affertur de temperãtia, & fortitudine, reſpõdetur, illas quidem moderari affectus animi, ſed in ijs, quæ corpus, aut delectant, aut contriſtant; at vero affectus, qui pertinent ad animum, cuiuſmodi ſunt illi, qui verſantur circa lucrum, & impediunt conſequutionem illius virtutis, debent ſedari, & temperari ab eadem virtute iuſtitia; hæc enim eſt, quæ moderatur nimium amorem, & cupiditatem lucri in commerciis, & contractibus, & ad mediocritatem prũdentiæ redigit, quidquid in contrarium aſſerat Didacus Nugnus vbi ſupra, & Petrus de Aragona vbi etiam ſupra.

D

Iuſtitia diſtinguitur ab aliis virtutibus. Sequitur ex dictis, quo diſtinguatur iuſtitia virtus a cæteris virtutibus moralibus; quod ceteræ virtutes directe, & ex natura ſua conſiſtant in medio rationis, non rei, iuſtitia vero licet quatenus moralis ſit, conſiſtat in medio rationis; habeat tamen hoc proprium, vt primo, & principaliter cõſiſtat in medio rei, quod non habent cæteræ virtutes, legatur Paludanus, 3. diſt. 33 q. 4. art. 4.

S. Thom. Eſſet hic dicendum de ſubiecto prudentiæ, fortitudinis, ac temperantiæ; cum ſint virtutes morales, ſed id ad alium locum pertinet; legatur D. Thom 1. 2. quæſ. 56. vbi de hac re diſputant Theologi; interim tamen illud ſolũ dicimus, fortitudinẽ, & temperãtiam; de quib. potior eſt aliqua difficultas, eſſe quidem in appetitu ſenſus, non perinde quaſi illi habitus, vt ſic, ſint intrinſece virtutes, ſed quia ſint tales ſolũ ex electione voluntatis, quatenus ſcilicet earum habitus coniunguntur cum iis, qui ſunt in ipſa voluntate, & ex eorum imperio operantur, vt inter alios docuerunt Molina de iuſtitia tract. primo, diſput. 8. Greg. Valent. vbi ſup. diſp. 5. q. 2. puncto 2. ſequuti antiquiores ſcholaſticos Scotum, Bonau. Rich. Gab. locis ſup. cit. & Palud. præcipue loco iamiã cit. legatur Card. Sarnanus qui lib. 3. concil. controu. controu. 17. conciliat Scotum cum S. Th. in hac re. *In quo ſubiecto ſint fortitudo. & temperãtia.*

Patet igitur iuſtitiam virtutem primo, & per ſe eſſe in voluntate, tanquam in ſubiecto; in appetitu vero ſenſitiuo ſecundario.

Sed an idem dicẽdum ſit de penitentia virtute; nunc examinandum, atq; inquirendum eſt. An ſ. hæc eodem modo ſit in vtroq; appetitu, & rationis, & ſenſus. pro quo: *An pænit. ſit in vtroq. appetitu.*

Notand. eſt primo ex Soto libr. 3. de iuſt. & iur. q. 2. ar. 14. illam potentiam eſſe conſtituendam proximum & immediatum ſubiectum alicuius virtutis, in qua ineſt eadẽ virtus, & quæ illius actum elicit, eique in operando facilitatem, rectitudinem, & delectationem affert.

Notan. ſecundo in omnium ſententia, voluntatem in nobis aliquo modo diſtingui ab intellectu; vt alibi oſtenditur, illamque eſſe quendam appetitum; cum autẽ duplex ſit appetitus, alter ſenſitiuus, qui in iraſcibilem, & concupiſcibilem diuiditur, de quo interim legatur Caietanus 2. 2. q. 60. art. 2. & Greg. Valent. ſup. diſp. 3. q. 2. puncto 1. alter rationalis, voluntas erit appetitus quidem, ſed rationalis, dicitur aũt voluntas appetitus rõnalis ex Henrico quolibet. 4. q. 22. quia nata eſt rationabiliter mouere intellectum ad hoc, vel illud diſcernẽdũ, ac proſequendum, & ſe ipſam rationabiliter, & libere determinare, & vires inferiores ad motum impellere. eſt igitur nunc quæſtio. An penitentia virtus ſit in appetitu rationali, an etiam in ſenſitiuo. *Duplex eſt appetitus.* *Quare voluntas ſit appetitus rationalis.*

Alii igitur dixerunt, penitentiã habere pro ſubiecto omnes potentias animæ; referunt hanc ſententiam Halenſ. 4 p. q. 55. memb. 3. ar. 2. S. Bonauen. in 4. d. 14. q. 1. art. 2. Thom. de Argen. ibidem, q. 1. art. 2. Alb. Mag. in 4. diſt. art. 8. vt alios omittam. *S. Bonau.*

Sed non placet, tum quia ſupponit illa ſententia, quod nos ſupra confu-

Digitized by Google

confutauimus, ſcilicet, pœnitentiã A eſſe virtutem quandam generalem, eſt enim penitentia virtus particularis, vt patet ex iam dictis, & habet S. Bonauent. in 4. loco iam citato, & ideo impoſſibile eſt, vt ait Alber. & S. Bonau. locis cit. vt vna numero penitẽtia in diuerſis ſubiectis ſit, tum quia ex Thom. de Argent. ibid. licet pœnitentia moueat omnes potentias, principaliter tamen ipſa reſidet in voluntate, qua B mota per concomitantiam mouentur omnes aliæ potentiæ; vnde aſſerit ſubiectiue eſſe in ſola volũtate, licet applicatiue, ſeu imperatiue ſit in omnibus partibus corporis, quatenus ſcilicet ipſa pœnitentia, quæ eſt in voluntate, applicat reliquas potentias ad eliciendam ſatisfactionem pro peccatis. *Bonau.*

Alij ſecundo dixerunt, pœnitentiam eſſe in ipſa ratione, tanquam in ſubiecto, quatenus, ſcilicet, hæc C mouet iraſcibilem, & concupiſcibilem; referunt hanc ſententiam ijdem, qui ſup. citati Auctores ibid.

Sed neque placet, quia virtus penitentia non eſt, aut apprehenſiua, aut iudicatiua, ſed potius appetitiua, vt tradit Sotus in 4. vbi ſupra ad tertium, aut etiam exequutiua, vt docet Thom. de Argent. loco etiam citato.

Alij tertio dixerunt, penitentiã D habere pro ſubiecto liberum arbitrium, ita Halenſis vbi ſupra, intelligit autem per liberum arbitriũ potentiam quãcumque rationalem, cui adiũgatur intellectus, tanquam iudicatiuus, & voluntas tamquam exequutiua.

Sed neq; placet, quia virtus pœnitentia, neque eſt iudicatiua, neq; apprehenſiua, vt iam diximus, & præterea, quia ex Halenſe ibidem pœnitentia debet habere ſuum obiectum vnum; cum tamen ex eodem ibidem, liberum arbitrium non ſit quid vnum, multa aliã contra hanc ſententiam habent Bonauentura, & Albertus vbi ſupra.

Alij quarto ponunt, hanc virtutem pœnitentiam in iraſcibili, videtur eſſe Bonauenturæ loco cit. Scoti, & aliorũ vbi ſup. qui cũ faciant pœnitentiã pertinere ad iuſtitiam vindicatiuam, eamdem ponunt in iraſcibili. *S. Bonau.*

Sed neque placet, nam, vt conſtat ex dictis, pœnitentia virtus nõ pertinet ad iuſtitiam vindicatiuã, ſaltem primario: præterea pars iraſcibilis non pertingit ad id, vt eliciat ſatisfactionem pro offenſis in Deum factis, vt habet Tho. de Argen. vbi ſupra neq; enim pars iraſcibilis percipit diuinam offenſam ex ſe, tanquam propriam obiectũ; & ex hac eadem ratione probari poteſt, pœnitentiam, neque eſſe in concupiſcibili, vt ſic, quia hæc ex ſe nõ percipit offenſam Dei, vt eſt bonum noſtrum ſupernaturale.

Alij, vt Gabriel in 4. d. 14. q. 1. ar. 3. dub. 5. dicunt pœnitentiam reſpectu diuerſorum eſſe in concupiſcibili, & in iraſcibili; in cõcupiſcibili quidem quatenus inclinat ad deteſtandum, peccatum; in iraſcibili vero, quatenus inclinat ad vindicandum. Verum de hac ſententia dicendum erit infra.

Alij denique aſſerunt pœnitentiam virtutem eſſe in voluntate tamquam in ſubiecto, ita Tho. de Argent.

Digitized by Google

14. cap.4. cum dixit contritionem eſſe dolorem, & deteſtationem de peccato commiſſo, neque enim exiſtimandum eſt Concilium ibi loqui de dolore ſenſitiuo, ſed rationali, quemadmodum intelliguntur illa ex D. Auguſt. libr. 2. quæſt. ad Simpl. q. ſecunda, vbi ait *opus pænitendi eſſe, cum reperitur voluntas mutandi cum animi dolore*; & de vera & falſa pœnit. ca.10. *peccator de peccato doleat, & de dolore gaudeat*.

Conc. Trid.

D. Auguſt.

Secunda concluſio: Actus proprius pœnitentiæ primo, & per ſe elicitur à voluntate, vt eſt appetitus concupiſcibilis, non iraſcibilis, & in eadem tanquam in ſubiecto, ponendus eſt.

Diximus actum proprium pœnitentiæ primo, & per ſe elici à voluntate, &c. quia non eſt negandũ, ſecundario poſſe eundem actum pertinere etiam ad iraſcibilem, eo ſcilicet modo, quo pœnitentia dicitur pertinere ad iuſtitiam vindicatiuam, modo ſupra explicato.

Probatur igitur actum propriũ virtutis pœnitentiæ elici à voluntate, & in eadem eſſe tamquam in ſubiecto.

Actus pænitẽtiæ elicitur à voluntate

Primo ex ijs, quæ ſupra adduximus ad probandum pœnitentiam pertinere ad iuſtitiam, tanquam partẽ poteſtatiuã; nã ſicuti ibi diximus, quia iuſtitia eſt in voluntate, & ab eadem elicitur, ſic etiam pœnitentia virtus erit in eadem, & ab eadem elicietur voluntate: Confirmatur ex Anſelmo libr. de veritate, cap. duodecimo, vbi dicit *iuſtitiam eſſe rectitudinem uoluntatis*, ſed pœnitentia eſt quædam iuſtitia, vt iam probatum eſt, ergo erit etiam in voluntate, ergo etiam ab eadem elicietur.

S. Anſelm.

Secundo poteſt probari generali quadam ratione ad omnes virtutes, quia omnes virtutes honeſte operandi, ſi proprie accipiantur, ſunt in voluntate ex Aug. lib.4. contra Iulianum cap. 3. vbi habet omnes virtutes, etiam quæ per corpus operantur, in animo habitare; & ratio eſt, quia virtutes partis appetitiuæ habitus quidam ſunt honeſte operandi, ex intuitu ſcilicet, & amore honeſtatis, ex Ariſt. 4. ethic. c. 2. hoc enim commune eſt omnibus virtutibus, operari autem gratia honeſtatis, proprium eſt voluntatis, non autem appetitus ſenſitiui, quando quidem ſenſus corporeus percipere non poteſt rationalem honeſtatis, vt propter illam appetitus ſenſitiuus operetur.

S. Auguſt.

Ariſ. 4. eth.

Tertio illud eſt propium operationum immanentiũ, vt in principio, à quo eliciuntur, recipiantur, tanquam in ſubiecto, ergo cum pęnitentia eliciatur a voluntate, quæ immanenter operatur, in ead. tanquam in ſubiecto recipietur.

Ex Ariſt. 9. metaph.

Eſſe aũt in voluntate, vt eſt appetitus concupiſcibilis, non iraſcibilis; Probatur primo in aliorũ ſñia, qui ponunt deteſtationem eſſe propriũ actum pęnitentiæ, quia dolor & deteſtatio peccati pertinet ad voluntatẽ, vt eſt appetitus cõcupiſcibilis, non iraſcibilis, vt de ſe patet, ergo.

Pænitentia eſt in voluntate, vt eſt appetitus cõcupiſcibilis.

Secũdo probatur in noſtra ſñia, quia actus proprius pęnitentię eſt, velle ſatisfacere Deo: ſed hic actus pertinet ad voluntatem, vt eſt appetitus concupiſcibilis, vt de ſe patet

patet, ergo nō vt eſt iraſcibilis, quid quid dicant S. Bonauentura in 4. diſtinct. 14. artic. ſecundo, quæſt. prima, Albert. ibidem artic. octauo, & Suarius ſupra, diſput. ſeptima, ſect. 1. num. 4.

S. Bonau.

Ex dictis patet pœnitentiā virtutem, ſicuti iuſtitiam, includere aggregationem illam habituum, quorum alter eſt in ipſa voluntate ſubiectiue, & eſt proprie, & formaliter virtus, alter vero eſt in appetitu ſenſus, qui quatenus ſubeſt electioni voluntatis, reducitur ad ipſam virtutem pœnitentiæ, vt indicant Paludan. in quarta diſtinc. 14. quęſt. ſecunda, S. Bonauen. ibidem quæſt. prima, articul. ſecundo, Suarius ſupra, diſput. ſeptima, ſectio. 1. num. 4.

Et hæc de hac dubitatione ex qua patet etiam ſolutio quęſtionis propoſitæ.

QVAESTIO SECVNDA.

In quibuſnam ſit, aut eſſe poterit pœnitentia virtus.

DIctum eſt ſuperiori quęſtione de proximo ſubiecto pœnitentię; reſtat vt nūc dicamus de remoto; ſunt autem remotum ſubiectum pœnitentiæ virtutis, perſonæ illæ, in quibus fuit, & potuit eſſe pœnitentia, & de quibus hoc loco diſputandum eſt, quænam ſint.

Difficultas aūt ſolet eſſe de ſex generibus perſonarum, ſcilicet, de [A] Angelis, de Adamo, de Chriſto, de B. Virgine, de Innocentibus, & de Beatis. Vtrum in his fuerit hæc pœnitentia virtus.

Et vt breuiori, & faciliori modo agamus, de ſingulis ſuam inſtituemus dubitationem in particulari.

Prima igitur Dubitatio eſt de Angelis.

[B] ET, vt hanc dubitationē priorem de Angelis facilius expediamus, operæ pretium erit, eius ſolutionem ex remotioribus petere: quare nulli mirum videatur, ſi alia nonnulla hoc loco de Angelis immiſceantur, quæ minus fortaſſe ad rem facere videantur, id enim conſulto factum eſt, ne quid alicui prætermiſſum videri poſſet, quod [C] ad rem præſentem explicandam faceret.

DVBITATVR ITAQVE PRIMO

An detur creatura aliqua impeccabilis ex natura ſua.

MAior in ſecunda diſtin. [D] 23. quæſt. ſecunda, concluſ. 4. & 5. Gabr. ibid. q. prima, & OKam. in primo, diſt. 44. quæſt. prima, ad primam dubitationem, videtur accedere Greg. Valent. p. p. quæſtio. 63. articul. primo, puncto primo, affirmant poſſe produci naturam rationalem à Deo omnino impecca-

bilem

Digitized by Google

bilem, ſi Deus crearet eius voluntatem determinatam ad commodũ proprium per rationem oſtenſum, vt appetitus ſenſitiuus propenſus eſt ad bonum ſenſibile, aut crearet voluntatem determinatam ad ſequẽdam rectam rationem, vt idem appetitus ſequitur ſenſum, quod ſi creatura iſta haberet voluntatem indifferentem ad bonum & malum, fatentur non poſſe eſſe eam ex natura ſua impeccabilem, quoniam eius voluntas flecti poſſet in malum, & peccare; ſecus eſſet, ſi determinata eſſet ad bonum, aut ad ſequendam rectam rationem, quomodo fieri poſſe voluntatem colligitur, ex Auguſtino apud Magiſtrum, in primo, diſtinc. 44 capit. ſecundo, quæſt. 2. ſuper Gen. cap. de primo, ait talem potuit Deus hominẽ feciſſe, qui nec peccare poſſet, nec vellet.

Auguſt.

Secundo, quia nulla videtur repugnantia cur id fieri non poſſet à Deo, maxime cum creatura fieri poſſit impeccabilis ex gratia, quod etiam videtur fieri poſſe impeccabilis ex natura.

Alij ſecundo, vt Durand. in ſecũdo, diſt. 6. quęſt. prima, & diſt. 33. quæſt. prima, Caietanus, p. p. quęſt. 63. art. primo, Capreol. in ſecundo, diſt. 23. q. quinta, art. tertio, Franciſcus Cumel. p. p. quæſt. 63. art. primo, quæſt. prima, aſſerunt poſſe eſſe creaturam rationalem, quæ non poſſit peccare circa naturalia, ſed ſolum circa ſupernaturalia, quam creaturam dicunt eſſe Angelos.

Fundamentum eſt, quia peccatum naſcitur ex defectu rationis, cum omnis peccans ſit ignorans, fieri non poteſt, vt ſit peccatum in voluntate, & nõ ſit error vel ignorantia in intellectu, quare ſi aliqua creatura eſſet, quæ non poſſet habere huiuſmodi defectum in intellectu, eſſet omnino impeccabilis, talem autem eſſe naturam Angelicã circa obiecta naturalia, quorum habet perfectiſſimam cognitionem.

Ariſt. lib. 3. eth. c. 1.

A

Alij tertio aſſerunt, non poſſe eſſe creaturam rationalem, quę nõ poſſit peccare, & circa legem naturalem, & circa ſupernaturalem, ita S. Thom. p. p. quęſt. 63. art. primo, & in 2. diſt. 23. quæſt. prima, articu. primo, & de verit. quæſt. 34. art. 7. S. Bonauent. in ſecundo, diſt. ſecunda, art. primo, quæſt. prima, Scotus in 2. diſt. 23. quæſt. prima, B..ſiliſ.. quæſt. prima, art. 3. Richard. artic. 1. q. 1 A g.. 1.. art. 4. & in 2. d. 23. Aegid. quæſt. prima, ar. primo, Catthuſ. quęſt. prima, Herueius, quæſt. 1. ar. 1. & diſt. 7. quæſt. prima, Olchot. in 2. q. 2. art. 3. Halenſ. ſecunda par. quæſt. 61. memb. primo, artic. ſecundo. §. primo, Paludan. in 4. diſt. 50. q. prima, art. ſecundo, Daniel Mallon. in 2. ſent. diſput. prima, quãquam non omnes eodem loquantur modo.

B

S. Thom.

S. Bonau.

C

Notandum primo, ex S. Thom. prima ſecundæ, quæſt. 8. q. de voluntate, artic. 1. Voluntatem ex intrinſeca ſua natura non eſſe ordinatã ad operationẽ defectuoſam, quoniam huiuſmodi propenſio, & ordinatio volũtatis, qua eſt a Deo, a quo non eſt inclinatio, niſi ad bonum, fieri non poterit, vt ſit ordinatio ad operationem defectuoſam, quæ mala eſt, ſed hoc oritur ex aliqua imperfectione cauſę, vel ex ali-

S. Thom.

D

Voluntas nõ eſt ex ſua natura ordinata ad malum.

F 4 quo

quo impedimento extrinſeco, in voluntate aũt non poteſt eſſe impedimentum extrinſecum, quia à nulla re cogi poteſt, quare neceſſe eſt vt ex eius oriatur imꝑfectione.

Notan. ſecundo, q̃ aliqua virtus ex ſua imperfectione deficere poſſit, aut eſt, quia ſit imperfecta, vt eſt calor remiſſus, aut quia eſt indeterminata ad plura, & non neceſſario cõiuncta eſt cum ſua regula recta, vt ab ea deficere non poſſit, primũ accidere non põt voluntati, quia cũ conſiſtat in indiuiſibili, non põt nõ totam ſuã hr̃e perfectionẽ intrinſecam, quare neceſſe eſt vt naſcatur ex ſecundo, & difficultas eſt: An voluntas ex ſua natura indeterminata ſit, & habeat regulam a ſe diſtinctam, a qua deficere poſſit. legatur Mallonius vbi ſupra.

Voluntas eſt potentia in determinata

Notan. tertio. volũtatem neceſſario eſſe potentiam indeterminatã, quia cum eius obiectũ ſit oẽ bonũ, vt habent inter alios S. Th. tũ 1. 2. q. 13. tum p. par. q. 80. ar. 2. Henric. quolib. 1. q. 15. Herueus quolib. 5. q. 10. non põt eſſe determinata ad aliquod vnũ bonũ, nã alioquin alia bona appetere non poſſet; verũ id cõe habet cum appetitu ſenſitiuo, qui etiamſi non verſetur circa oẽ bonũ ſimpliciter, verſatur tamẽ circa omne bonum ſenſibile, conſequenter determinatus eſſe non poteſt ad vnum aliquod bonum ſenſibile, ſed eget ſenſu, quo propoſito obiecto determinetur ad aliqđ vnũ appetendũ, vt volũtas determinatur ab intellectu ex cõi oĩum ſententia, ſed differentia eſt, quia appetitus ſenſitiuus nõ poteſt propoſitum obiectum cum debitis cir-

A cumſtantijs non appetere, quia cum eius obiectum ſit delectabile, non poteſt quidquam ei proponi appetendum, niſi ſub ratione delectabilis, nec fugiendum niſi ſub ratione inſuauis, & triſtis, nec ſimul poteſt idem obiectum ſub vtraque ratione proponi, quia ſunt rationes repugnantes, quo fit vt ſi proponatur delectabile, appetat: ſi triſte, fugiat; neque vnquam facta

B propoſitione obiecti remaneat ad appetendum, vel non appetendũ indifferẽs; ſecus accidit voluntati, q̃ quibuſcumq; cum conditionib. proponatur obiecto, illud appetere pt̃, & nõ appetere ſi ſit ꝑlena aduertẽtia rationis, & non verſetur circa vltimũ finem clare viſum: & rõ eſt, quia volũtas verſatur circa quodlibet bonum delectabile, vtile, & honeſtũ, quo fit, vt cũ obiectum proponitur ſub rõne vtilis, vel delecta

C bilis, poſſit ẽt proponi ſub rõne inhoneſti, conſequẽter in eius poteſtate dẽt eſſe vel appetere vt vtile, & delectabile, vel reſpuere vt inhoneſtum; præterea nullum obiectum creatũ proponi põt voluntati, in quo non ſit aliqua ratio mali, aut in ipſo obiecto, aut in aliquo actũ, qui circa illud verſari debet; quare ſi ratio mali ſit in obiecto, ſicut hoc ratione boni appete-

D re poteſt, ita etiam ratione mali poterit reijcere, ſi vero in eo nulla ſit ratio mali: vt cum apprehenditur bonum in cõi, illud reſpuere non põt voluntas, non tamẽ neceſſario appetit, q̃a ratio mali in ipſa actione apprehendi põt, propter quam eam reiicere põt, aut ſuſpendere actum, ne ſimul cum bono malum

quoque

Digitized by Google

quoque cum eo coniunctum coga A
tur appetere: quare ſicut ex volũtate auferre nõ poteſt, ne verſetur circa oẽ bonum, ita neque ẽt fieri poterit vt non ſit indifferens, & libera. Ceterum indifferẽtia iſta & libertas etiamſi formaliter ſit in voluntate, originem tamen habet in intellectu, qui verſatur circa res omnes, & conferre poteſt vnam rem cum alia, & iudicari id, quod eſt bonum vna ratione, malum eſſe alia ratione, id quod cõiter docent Ariſtot.3.ethicor.c.2.3.de Ana.t.47.S. Thom.1.2. q.12. & alibi ſcholaſt. in 2.diſt.24.Henricus quolib.1.qõ. 16.Alb.in ſumma de homine pag. 155.Alexand.2.de Ani.c.46.quid quid in contrarium doceat Mirandulanus lib.25.euerſ.ſect.8.& ſeq. vbi conatur oſtendere multis, libertatem formaliter eſſe in intellectu, ſed de hoc alibi.legatur Franciſcus Cumel.ſup.

Indifferẽtia & libertas formaliter in volũtate, radicaliter in intellectu.

Ariſt.

S.Thom.

Notan.vlt.ex hac indeterminatione volũtatis naſci, vt debeat eſſe aliqua regula, quæ ei præſcribat quid fugiendum, proſequẽdumq; ſit, ne erret, nam ipſa ſibi regula eſſe non põt, ſi quidem & appetere poteſt bonum, & malum, & diſcernere nõ poteſt malum a bono, niſi præmonſtretur; hæc aũt regula nõ poteſt eſſe niſi ratio, quæ dictat, qđ omnibus conſideratis agẽdum ſit, quid nõagendũ: quare ſi quis eſſet, cuius intellectus non poſſet errare, neque vllam habere inconſiderationem, neque eius voluntas à iudicio rationis deflectere poſset, eſſet omnino impeccabilis, quoniã poſſe peccare oritur ex eo qđ vel intellectus poteſt errare, aut aliquid agẽ-

Volũtas habet ſuã regulam vt recta ſit.

Regula eſt recta ratio.

dum, vel non agendum inconſiderate dictare, vel ex eo qđ voluntas poteſt eius iudicium non ſequi, qđ videtur voluiſſe indicare, S.Thom. prima ſecunda, quæſt.75.artic.primo, queſt.77.art.ſecundo, & alibi, ex quo colligi poteſt, cur Deus peccare non poſſit, nam cum ipſe omnium rerum perfectiſſimam hẽat cognitionem, & nulla ſit circũſtantia, q̃ ipſe actu ſemper nõ conſide- B
ret, ex parte intellectus non poteſt eſſe defectus, ex quo naſcatur peccatum; nec poteſt eſſe ex parte voluntatis, quia ipſa deflectere nõ poteſt a ſua regula, quoniam cum ipſe ſit vltimus finis, nihil poteſt ſibi uelle, quod non debeatur, conſequenter, quod nõ ſit honeſtum: & cum ſit infinite bonus, & infinite amabilis, non poteſt in ſuo amore excedere; item cum ſe ipſum naturaliter diligat, & infinite amet,
C non poterit quidquam velle, ꝙ ſibi repugnat, ſicut neque poſſunt velle Beati, qui Deum vident; Hinc eſt, vt quia peccatum Deo repugnat, non põt ab illo eſſe aliquo modo volitum, Deus.n. quidquid vult, debet eſſe honeſtũ, quod nil eſt aliud, q̃ Deum non poſſe peccare, & conſequẽter eſſe ſibi regulã. Cæterũ contrariũ accidit creaturis, q̃ neq; perfectã habẽt cognitio-
D nẽ, vt interdũ obrepere non poſſit aliqua incõſideratio, ſaltẽ reſpectu finis ſupnaturalis, & mediorũ, q̃ ad illum conducunt, neq; infinite ſunt amabiles, vt in ſui amore non poſſint excedere, neque ſunt vlt. finis, vt nihil ſibi appetere poſſint, quod non debeatur, vel vt non teneantur ſe referre in alium finem,

Cur Deus nõ poſſit deficere.

Quare creatura deficit.

neque

A neque quidquã naturaliter habẽt, q; ſemper eas faciat ſequi præſcriptũ rationis, ideo poterunt ſibi velle bonum aliquod vtile, vel delectabile, quod honeſtũ non ſit. aut non agere aliquid, ad quod agendũ teneãtur, quod eſt peccatum; ex quo bene colligi poteſt, quod cum voluntas eſſe non poſſit, quæ non verſetur circa omne bonum, & nulla creatura ſua natura habeat claram viſionem, & amorem ſummi boni vt nihil velle poſſit, quod illi repugnet, aut idem erit ſic, eſſe bonum vtile, delectabile, & honeſtum, vt quidquid ſibi appetat honeſtum ſit, quod proprium eſt vltimi finis, cui nihil bonum eſt, quod non ſit honeſtum, nulla poterit eſſe ex ſua natura impeccabilis: maxime cum quælibet creatura naturalis ordinari poſſit ad finem ſupernaturalem per media ſupernaturalia, quarum rerũ cum nulla creatura naturaliter habeat perfectã cognitionẽ, nec ſemper actualẽ cõſiderationẽ, & amorem, facile eſt vt vel circa rẽ aliquam eligendam, vel in iudicio prauo intellectus aut eius inconſideratione erret, vel ab imperfecto harũ rerũ amore nõ moueatur ad agendum id, quod debet, vel a re aliqua naturali a rebus iſtis ſupernaturalibus appetendis abſtrahatur, ex quibus oĩbus ſatis patet, vnde proueniat ratio defectibilitatis in creatura, Deus autem ſit omnino indefectibilis. legatur Mallonius vbi ſupra, Franciſcus Cumell. item vbi ſupra.

Nulla creatura ex ſua natura impeccabilis.

Reſpõdeo ad dubitationem nõ poſſe eſſe creaturam rationalem, q̃ ex ſua natura nõ poſſit peccare, vel circa obiectum naturale, vel ſaltem circa obiectum ſupernaturale.

Hęc concluſio facile deducitur ex prænotatis, ſed adhuc.

Tertullian. Probatur primo ex Patrib. Tertull. libro ſecundo, contra Marcion. ſolum Deum, ait, eſſe bonum natura: homines vero eſſe bonos, vel malos, voluntate.

S. Ambroſ. S. Ambroſ. libro 3. de fide cap. ſecundo, ait, omnem creaturã rationalem B capacem eſſe mortalitatis, & peccare; & ſolum Deum ex natura habere, vt non poſſit peccare, nec mori. Idem docet lib. de Spiritu ſancto, cap. quarto, in fine.

S. Hieron. S. Hieronym. lib. ſecundo, cõtra Iouinianũ, & in illud ad Galat. primo, Licet nos, vel Angelus Dei, &c. & in capit. ſexto, in principio, vbi omnis creatura, inquit, licet non peccet, poteſt tamen peccare, & C in epiſtola ad Damaſ. in fine, ſolus Deus eſt, inquit, in quem peccatũ non cadit.

S. Greg. S. Gregor. lib. quinto, moral. cap. 25. & 27. & lib. 25. cap. quarto, idẽ docet. *Anſelm.* Accedunt Anſelm. lib. 2. cur Deus homo, cap. 10. & lib. de caſu diaboli, cap. quarto, & quinto, *Niſſen.* Niſſen. lib. ſuæ philoſophiæ, cap. 3. *Damaſce.* Damaſc. lib. ſecundo, cap. 7. & 21. *Auguſt.* San. Auguſt. 12. de ciuit. cap. primo, lib. D contra Maximinum, capitu. 12. vbi cuicumq; naturæ rationali, inquit, p̃ſtari, vt non poſſit peccare, quia nõ eſt hoc naturæ propriũ, ſed Dei gratiæ: at per hoc ſolus Deus habet immortalitatem, qui non cuiuſcunque gratia, ſed natura ſua non poteſt aliqua conuerſione mutari, aut aliqua mutatione peccare. Hoc idẽ colligitur, cum idem Auguſt. docet *S. Auguſt.*

cauſam

Digitized by Google

cauſam peccati eſſe voluntatem de A ficientem, & hanc poſſe deficere, & peccare, quia eſt ex nihilo vt lib. ſecundo, de lib.arb. capit.20. libro 83.99. quæſt. quarta, lib. 12. de ciuit. a capit. ſexto, libro 14. cap. decimotertio.

Fulgent.
Damaſce.
Niſſen.
Greg.
Anſelm.

Hanc eandem rationem peccabilitatis aſſignant alij Patres, vt Fulgent. de fide ad Petrum capit. 3. & 23. Damaſcen. lib. ſecundo, capitu. 3. Niſſen. & Gregor. vbi ſupra. An- B ſelm. lib. 2. cur Deus homo, cap. 10. & alij.

Secundo probatur ratione, quia poſſe peccare, eſt poſſe deficere, cum peccatum ſit quidã defectus à recta ratione, poſſe autem deficere oritur ex imperfectione, quã voluntas habet, quia creata eſt ex nihilo, ſicut patet ex ante notatis. nam quælibet res, quæ creata eſt in quantum eſt à Deo, eſt bona, cũ ſit participatio quædam illius boni C tatis, poſſe autem deficere, cum ſit quædam imperfectio, bonum non eſt: non igitur hoc res habet ex hoc quod eſt à Deo, ſed ex eo quod eſt ex nihilo: hinc enim naſcitur, vt ſit bonum quoddam limitatum & coniunctum cum imperfectione, ex qua naſcitur poſſe deficere, & conſequenter patet noſtra concluſio:

Sequitur ex dictis, non ſolum D oſtendi primam originem, quare voluntas ſit peccabilis, quia ſcilicet ſit ex nihilo; ſed etiam oſtendi, nõ poſſe à Deo fieri voluntatem impeccabilem, quidquid dixerit Gregorius Valent. vbi ſupra, cuius argumenta tantum probare videntur, quod nos innueimus in reſponſione ad argumenta in contrarium facta.

Ad fundamentum prioris ſententię reſpondeo, nõ poſſe fieri voluntatem, quæ ſit determinata ad vnum, vt patet ex dictis.

Ad Auguſtinum reſpondeo ipſum ſolum docere, voluntatẽ poſſe fieri impeccabilem non ex natura, ſed per gratiam Dei, quod libenter dandum videtur.

Ad rationem iam patet ex dictis.

Ad fundamentum alterius ſententiæ iam etiam patet ex dictis quid ſit dicendum, maxime vero ex vlt. notabili.

Ex dictis colligi poterit ad illam difficultatem, & erit ſecunda in ordine, an Angeli ſint ex natura ſua impeccabiles. quid ſit dicendum, ex hac enim maxime pendere videtur ſolutio principalioris dubitationis.

DVBITATVR SECVNDO.

An Angeli ſint ex ſua natura impeccabiles.

QVoniam aũt tota difficultas videtur eſſe; An Angelus poſſit peccare circa naturalia: ideo de hac ſolum breuiter diſputandũ erit, poſſe enim peccare circa ſupernaturalia præterquam quod nullus negarit, faciliime colligi poteſt ex dictis in priori dubitatione, & ex ijs, quæ dicentur in ſequentibus.

Reſpondeo igitur breuiter ad du

bitatio-

Digitized by Google

bitationem. Poſſe angelos phyſice loquendo peccare circa naturalia.

Patet autem primo, quia Dęmones odio habent Deum, ſuadēt peccata contra legem naturæ, inuident beatis, quod eſt peccare cōtra legem naturalem.

Secundo patet, ratio, cur Angeli poſſint peccare, eſt quia, vt dictū eſt, illis pōt proponi obiectum delectabile, vel vtile, quod repugnet rationi, quare cum id poſſit accidere ēt circa res naturales, vt ſi propoſitam propriam excellentiam nimio affectu appetant, aut ſi apprehenſo quod bonum ſit, dominare in alios, id inordinate velint circa res naturales, poterunt etiam peccare. Confirmatur, in quolibet bono particulari poteſt apprehendi aliqua ratio mali, præterquam in Deo clare viſo, quare ſi aliquod bonum honeſtum ex præcepto naturali appetendum proponatur Angelis, poterunt illud reſpuere, vt malum, & peccare.

Si dicas, id non poſſe fieri, quia Angeli ſemper habent naturalem amorem Dei, & cognoſcunt quodlibet peccatum contra legem naturalem eſſe contra Deum, quare non poterunt peccatum vllum cōtra legem naturalem committere, vt propter eandem cauſam beati peccare non poſſunt.

Reſpondetur non ſemper Angelum actu habere amorem Dei naturalem, nam cum libere eum amet, poteſt non actu amare, vt nō actu amant Dæmones, nam etiam ſi Deus ſit ſummum bonum; nō tamen neceſſitat voluntatem ad ſui A amorem, niſi clare videatur; ſi autem non actu ametur, non poteſt eius amor impedire peccata.

Si ſecundo dicas, non poteſt voluntas peccare, niſi aliquis error præceſſerit in intellectu ex Ariſto. tertio ethicor. cap. primo, & ſeptimo ethicor. cap. quarto, S. Thom. tum p.p. quæſt. 63. artic. primo, tum p. ſecunda, quæſt. 77. art. ſecundo, & colligi videtur ex illo Prouerb. 14. B errat, qui operatur malum; Angeli autem circa res naturales errare non poſſunt, ergo. *Ariſt.* *S. Thom.* *Prouerb.*

Reſpondeo vt dicitur par. ſecunda, queſtio. 75. Ariſtotelem non loqui de ignorantia ſpeculatiua, quæ in angelis circa res naturales eſſe non poteſt, ſed de ignorantia practica, quæ omnino Angelis non repugnat, nam cum voluntas operari non poſſit, niſi obiectū prę monſtretur ab intellectu, neceſſe eſt, vt C ante peccatum intellectus iudicet, vel ſaltem apprehendat aliquid eſſe bonum, vel malum, vt voluntas illud appetendo, vel fugiendo peccet, in quo iudicio interdum intellect. errat, ſi iudicet bonum, aut hic eſſe appetendum, quod bonū non eſt, aut non eſſe appetēdum, quod bonum eſt: vnde bene Sanc. Thom. p. p ſupra ad quartum, ait D Angelos non peccare cōtra res naturales ex ignorantia, quamquam ex alijs etiam capitibus poſſit errare intellectus, non enim ſemper errat, quia iudicet id, quod non eſt bonum, eſſe bonum, vel quod non eſt appetendum, eſſe appetendū; ſed quia iudicet aliquid hic, & nūc eſſe vtile, vel delectabile, quod verum quidem eſt, ſed propter aliquam *S. Thom.*

Digitized by Google

quam circumſtantiam, quam non conſiderat, repugnat rationi, conſequenter non eſt abſolute bonum, quod eſt practicę errare errorẽ electionis; & ignoranter operari, & hoc modo, S.Thom.p.p. vbi ſupra, & in ſecundo, diſt. quinta, quęſtio. prima, articul. primo, quæſt. 16. de malo articu. ſecundo, & tertio, contra Gen.c.110. dixit Angelos poſſe operari ex ignorãtia, quia hæc naſcitur ex eo, quod amore ſui, vel alterius rei allectus Angelus non vtitur ſcientia, quam habet hic, & nunc in operando, vt debet.

S.Thom.

Et ex iis facile ſolui poſſunt, quę poſſunt obiici contra noſtram poſitam concluſionem, vt propterea nihil præterea deſiderari poſſit, niſi vt reuertamur ad propoſitum, pro quo.

DVBITATVR TERTIO.

An in Angelis fuerit, aut eſſe potuerit pœnitentia.

Error Origenis.

SVpponendum primo, errorẽ fuiſſe Origenis, qui exiſtimauit, Angelos etiam nunc damnatos eſſe capaces pœnitentiæ, vt illi adſcribunt San. Auguſt. hęr. 46. lib. 21. de ciuit. Dei, cap. 17. 23. & 24. Auctor de eccleſiaſt. dogmat. capit. 9. S. Athanaſ. in lib. de communi eſſentia Patris, Filii, & Spiritus ſanctus, S. Greg. 34. moral. cap. 11. & 12. Epiphan. in epiſtola ad Io. Hieroſolym. epiſcopum de erroribus Origenis, S. Hieronym. in epiſtola 59. ad Auitum,

S. Auguſt. Auctor. S. Athan. S. Greg. S. Epipha. S. Hieron.

A & in Apologia in Ruffinum. Dialogo primo, contra Pelagian. & in c. 3. Iob, ſic enim habet, Orig. lib. primo Periarch. cap. 6. & 8. *Angelos, qui peccarunt, conuertendos eſſe ad priſtinam beatitudinem; alios quidem celerius, qui lenius peccarunt, alios tardius*, quod deinde de omnibus damnatis docet homil. 8. in Ioſue; quem errorem non ſincere Diuo Hieronymo adſcripſit Ruffinus in quadam inuectiua cõ B tra eundem; ex eo ſolum motus, quod idem Hieronymus libro primo, cõtra Pelag. docuerit, Chriſtianos, qui cum peccato moriuntur, poſt pœnas fore ſaluandos: ſed falſo illi hunc adſcripſit errorem, & non ſincere, quia D. Hieronymus, præterquam, quod fuit omnino in contraria ſententia, vt colligere eſt ex locis ſupra ex ipſo allegatis, & ex eodem, quem ipſe Ruffinus ci- C tat, vt patet legenti; ibi enim ſatis aperte confutat prædictum errorem Origenis; tantummodo docuit loco citato, malos Demones perpetuo fore cruciandos; Chriſtianos vero, qui in peccato, ſcilicet veniali moriuntur, poſt pœnas fore ſaluandos; ſed de hoc ſatis; plura legere quis poterit, quod attinet ad hunc errorem, & ad eius auctorem apud Mag. Bannes, Zumel, Molinam, in D prima p. quæſtio. 64. & Danielem noſtrum Mallonium, virum, & eloquentiſſimum, & doctiſſimum libro ſecundo, ſenten. diſput. 12. ſectio prima, & Dominicum Sotum in 4. diſtinct. 50. quæſt. vnica, artic. primo, & diſt. 54. art. ſecundo, quęſtio. ſecũda, quo loco conatur, Origenẽ ab hoc errore defendere, & quid-

Male Ruffinus cõtra Hieron.

S. Hieronymus immunis ab errore Origenis

Digitized by Google

quidquid ſit de hoc, iam certum A eſt damnatum eſſe hunc errorem in ſexto ſynodo ar. 11. itaque iam eſſet error in fide, ſi quis cũ Origene, ſi fuerit ipſe, aſſereret damnatos ad Infernum poſſe iterum ad pœnitentiam redire: loquendo de potentia ordinata, quod infra probabimus ex fide.

Damnatus error Origenis.

Supponendum ſecundo, communem eſſe Theologorum ſententiam, Angelos poſt lapſum de B facto non egiſſe pœnitentiam ſui delicti: ſed fuiſſe damnatos ad ignẽ inferni, quod de fide eſſe aſſerunt iam citati DD. Bannes vbi ſupra artic. ſecundo, Zumel articu. primo, & Malloni. ſect. ſecunda, vt alios antiquiores ſcholaſticos omittam, & probatur primo ex ſacra Scriptura.

Angeli mali poſt lapſum dãnati ſunt.

Daniel 12. Daniel 12. *Et multi de his, qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt; Alij in vitam æternam, & alij* C *in opprobrium.*

2. Pet. 2. Secunda Pet. ſecundo. *Si n. Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reſeruari.*

Epiſt. Iud. Ex epiſtola catholica Iudæ, *Angelos vero, qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerũt ſuũ domicilium in iudicium magni diei vinculis æternis ſub caligine re-* D *ſeruauit.*

Iſa. 66. Iſa 66. *Qui ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadrigæ eius reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis, quia in igne Dominus dijudicabit, & in gladio ſuo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti a Domino.*

Eccleſiaſt. 11. *Si ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* *Eccle. 11.*

Ex ſecunda Theſſalonic. cap. primo. *In flamma ignis dantis vindictam ijs, qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui pœnas dabunt in interitu æternas a facie Domini, &c.* *2. Theſ. 1.*

Matth. 25. *Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius, &c.* *Matt. 25.*

Marc. 9. *Bonum eſt tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* *Marc. 9.*

Apocal. 12. *Et factum eſt prælium magnum in cælo, Michael, & Angeli eius præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus eſt eorum amplius in cælo, &c.* *Apoc. 12.*

Et c. 14. *Et hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum eſt mero in calice iræ ipſius, & cruciabitur igne, et ſulphure in conſpectum Angelorum Sanctorum, et ante conſpectum Agni, et fumus tormentorum eorũ aſcendet in ſæcula ſæculorum.*

Et c. 20. *Et Diabolus, qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnũ ignis, et ſulphuris, vbi & beſtia, et pſeudopropheta cruciabuntur die ac nocte, in ſæcula ſæculorum.*

Secundo idem poteſt probari ex SS. Patribus.

S. Damaſce. lib. ſecundo, de fide orthodoxa cap. 3. ait, *Angelis poſt lapſum non eſſe locum pœnitentiæ,* *S. Damaſ.*

&

& cap. 4. *hoc eſt Angelis caſus, quod hominibus mors*, ſed homo, poſt mortem non poteſt recuperare bonam voluntatem, & rectam, quam amiſit in vita.

S. Greg. S. Greg. lib. ſecundo moral. cap. 3. ait, *quod Deus Apoſtatam Spiritũ ad pœnitentiam nunquam reuocat, ſed uias ſuperbiæ eius damnat*, & lib. quarto, cap. 9. idem habet, & libro 34. cap. ſexto, colligit ex illo Iob, capitulo quadrageſimoprimo. *Cor eius indurabitur, tanquam lapis, quia*, inquit, *nulla conuerſionis pœnitentia vnquam molliatur*.

S. Fulgent. Fulgentius de fide ad Pet. c. 3. *Neque diabolus*, inquit, *neque aliquis Angelorum eius, ex quo ruina illius merito in hanc inferiorem ſunt detruſi caliginem, bonã voluit, aut potuit retinere voluntatem*.

S. Aug. S. Auguſt. de fide ad Petrum, *de Angelorum malorum maſſa*, inquit, *quã Deus in æternum ſic totã præcepit remanere in ſupplicium, vt ẽt ei ignem æternum præparet, in quo omnes illi præuaricatores angeli, nec mala poſſunt vnquam voluntate carere, nec pœna*.

Idem epiſtola 107. *nemo*, inquit, *ſanæ fidei, credit, aut dicit, hos Apoſtatas Angelos ad priſtinam pietatem conuerſa aliquando voluntate conuerti*.

Auctor. Auctor libri de Mirabilibus ſac. Script. libro primo, cap. ſecundo, ait, *quod Angelus in maiori erat ſublimitate conſtitutus, et ideo corruens vehementius fuit comminutus, etc.*

Gloſſ. Gloſſa in illud Iob. decimo, *Memento quaſo quod ſicut lutum feceris me, etc.* ait, *venialis*, id eſt, *re-* A *mediabilis eſt culpa hominis, cũm ſit irremediabilis in Angelo*.

Anſelm. de liber. arbit. cap. 14. Iſidorus libro primo, de ſummo bono cap. 12. Caſſianus collat. quarta, cap. 13. & 14. Chryſoſto homil. de Adamo, & Eua. Proſper libro primo, de vita contemplat. cap. 3. eandem retinent ſententiam. S. Anſel. S. Iſidorus Caſſianus. S. Chryſ. S. Proſper.

Tertio idem probatur ex Concil. Lateranenſ. ſub Innocent. tertio, & habetur ca. Firmiter de ſumma Trinit. & fide cathol. vbi hanc B habet concluſionem noſtram. plura alia, tum ex ſacr. Scriptur. tum ex Patribus afferuntur à ſupra citatis DD. ibidem: ex quibus ſatis conſtat, quod diximus de Angelis eſſe de fide. Cõc. Lat. Cap. Firm.

Rationem vero huius veritatis illam poſſumus reddere ex communi omnium ſententia; quia Angeli, quando peccarunt, iam facti C ſunt in termino; vnde nõ amplius licuit ipſis redire ad viam; & conſequenter fuiſſe detruſos in infernum colligitur.

Supponendum vltimo, multas aſſignari, tum congruentias, tum rationes a Doctoribus, cur Deus O. M. voluerit Angelos malos deſerere ſine pœnitentia, non ſic homines, cum alioquin conſtet pecca D tum Angelorum, neq; natura ſua fuiſſe irremiſſibile, neque ex parte Dei defuiſſe vel potentiã, vel miſericordiam ad illud remittendum, ac condonandum, vt docuit Diuus Thomas de malo. quæſt. 16. articu. 13. & licet alicui poſſet videri, egredi nos extra limites præſentis inſtituti; ſi nonnullas ex multis hoc loco aſſignauerimus huius rei cauſas, Cur Angeli mali ſint relicti. S. Thom.

Altiſſiodoren. lib. 2.tract.2.cap.6. & eſt, quia Angelus intelligit ſine diſcurſu, homo vero p diſcurſum, & ideo illius peccatũ fuit irremiſſibile, non huius.

Auctor. *S.Bonau.* Sexta ratio eſt ex Auctore de mirabilibus ſacræ Scripturæ loco citato, Bonauentura, & alijs locis citatis, quia Angelus creatus eſt cum tota ſua perfectione naturali, & vacare non debuit generationi, vt diu manere debuerit in via: ſecus accidit hominibus, quibus præfixus eſt terminus diuturnior ad hoc, vt poſſet prolem procreare; vt propterea cum peccauerit Angelus, ſtatim habuerit terminum, in quo non amplius poſſet mereri: nõ ſic autem homo; vnde iſte potuit reparari, non ille.

Verum hę duæ poſtremæ rationes oſtendũt congruum fuiſſe, viã Angelorum eſſe breuiſſimam, conſequenter adeo habuiſſe Angelos breuem viam, vt moraliter non potuerint in ea habere, niſi vnam operationem perfecte deliberatam, ſiue bonam, ſiue malam; atque ideo, cum Angeli, qui peccarunt, habuerint malam, non potuerunt agere pœnitentiam, antequam abſolueretur via; abſoluta autem via, denegata ſunt Dæmonibus auxilia omnia neceſſaria ad pœnitentiam, vt propterea à Diuo *D. Damaſc.* Damaſceno libro primo, capitulo quarto, bene comparetur caſus in Angelis, cum morte in hominibus; nam quia hac exiſtente in hominibus, iam hi non ſunt amplius in ſtatu merendi, aut demerendi, quia iam, vt ſic, ſunt in termino; ſic nec Angeli in lapſu ſunt amplius in ſtatu, aut merendi, aut demerendi; quia vt ſic ſunt in termino.

Nulla ratio ſ[illegible] cur Deus liberauit hoĩes nõ Angelos. Ex quibus ſatis conſtat, nullam ex his rationibus, vel potius congruentiis eſſe, quæ ſatis conueniat, quare id fecerit Deus, vnde placet mihi, quod habet Mallonius vbi *Placet Mallonius.* ſupra diſputat. decimatertia, illud eſſe referendũ in altiſſimum Dei cõſilium, quo ſibi complacuit hominem, non Angelum reparare, & deſumptum eſt ex Fulgent. lib. de *S.Fulgent.* fide ad Petrum capitul. tertio, vbi *ſtatuiſſe*, inquit, *Deum, vt Angeli, qui ſemel peccarunt, non poſſint reſurgere, non autem id ſtatuiſſe de hominibus, quibus gratiam reſurgendi elargitur:* Quod ſi tandem eſſet aſſignanda aliqua congruentia pro ratione huius rei, illa videtur omnium optima, quam nos vltimo loco attulimus, & illam etiã afferunt Bannes ſupra, artic. ſecundo, & Zumel item vbi ſupra, artic. ſecundo.

His igitur preſuppoſitis, quæ veniunt diſputanda, & faciunt ad rẽ noſtram duo ſunt.

Quæ hoc loco quærũtur Primum eſt, an Angeli initio ſuæ creationis ſicut habuerunt plurima alia dona ſupernaturalia, ita habuerint etiam pœnitentiam.

Secundum eſt, an reuera Angeli poſtquam peccauerint, potuerint peccatum deteſtari per pœnitentiam & ſic conſequi bonum iuſtificationis: & primo quidem de hoc ſecundo, tum de primo diſputandum à nobis erit poſitis dubiis.

Digitized by Google

PRIMVM DVBIVM.

An, & quare peccatum malorum Angelorum fuerit irremiſſibile.

HAec dubitatio petit, vt hoc primo loco inueſtigemus duo potiſſimum, quæ ad propoſitam difficultatem explicandã maxime faciunt, & ſine quibus vix videtur poſſe intelligi. Primum eſt. Cur nullus Angelorum malorum egerit pœnitentiam peccati commiſsi, alterum vero vnde factum eſt, vt Angeli mali fuerint obſtinati in malo.

Quod attinet ad Primum. Tota difficultas videtur eſſe in reddenda ratione, cur ſcilicet nullus illorũ Angelorum egerit pęnitentiam.

Cur. nullus Angelorum malorũ egerit pĩam. S Thom.

S.Thom.p.p.q. 64.art.ſecundo, cum Halenſ.3.p.q.1.memb. 2. docet id eſſe, quia Angeli per primã electionem plane deliberatam immutabiliter adhæſerunt obiecto, ꝙ Capreolus in 2.d.3.q.1.artic.1.& 3. Caietan.q.64.art.2. Heruæus quolib.8.q.11.Ferrarien.4.contra Gen. capit.95.& alii Thomiſtę ita intelligunt, vt exiſtiment poſt electionem deliberatam non poſſe Angelos ex natura ſua eam amplius mutare, conſequenter etſi Deus daret gratiam ſufficientem Angelis malis, non poſſe conuerti in Deum. Accedunt ad hanc ſententiam moderniores Thomiſtæ Bannes, p.p.quęſtio.64.art.2.Zumel, ibidem, q. ſua 2.Didacus Nugnus, 3.p.q.85. ar.4. dub.ſuo 2.

A Fundamentum huius ſententię eſſe videtur auctoritas D. Thomæ vbi ſupra, art.ſecundo, q.16.de malo, art.5.q.24.de verit.articu. 10.D. Greg.9.moral.c.39. vbi facit Angelos irremiſſibiliter peccaſſe. *D.Thom.* *S.Greg.*

D.Anſelmi lib.de lib.arb.ca.14. vbi ait de Angelo malo poſt primã electionem inſeparabilem eſſe ab eo, quod ſemel elegit. *S.Anſel.*

B Scđo põt probari, quia ſi Angeli non eſſent inuertibiles, ergo poſſent pęnitere, quare ergo nemo eorum, qui perierunt, rediјt ad ſanitatem; ergo ſignum eſt, ex natura ſua Angelos poſt peccatum eſſe inflexibiles voluntate.

Tertio poteſt probari: quia intellectus Angelicus immutabilis eſt in iudicio, iudicium enim deliberatum mutari non poteſt, niſi illi ali-

C quid occurrat de nouo, propter ꝙ prius iudicium iudicetur falſum; Angeli autem, cum omnia diligentiſsime conſiderent in electione deliberata, nihil pręterea habere poſſunt, propter quod mutare debeãt iudicium; at ſi hoc immutabile ſit, nunquam mutari etiam poterit electio, quæ ſit deliberata, ergo.

D Scotus in 2.d.7. quæſt. 1. Bonauent. ibidem, artic. primo, quæſtio. prima, Durand. ibidem, quæſt. vnica, Gregor. Ariminen. & Marſil. ibidem, d. ſecunda, Richard. in 4. diſt. 14. art. ſecundo, quæſt. 1. Gabr. in ſecundo, diſt. 7. artic. ſecundo, & alij ibidem, negant Angelos ex ſua natura, ita firmiter ſuæ adhærere electioni, vt eam mutare non poſſint: quod ſi aliquando id accidat, non eſſe ex intrinſeca natura illorum; ſed, vel quia Deus eis non dat auxilia *S.Bonau.*

lia

Digitized by Google

lia ſufficiẽtia, vt accidit Dæmonib. vel quia à ſummo bono clare viſo neceſſitantur: vnde qui ſunt in hac ſententia facile concederent, Angelos ſua natura eſſe capaces pænitentiæ. His adductis iam

Reſpondetur primo ad dubitationem. Poſſe Angelos, cum volũt aliquid ex iudicio probabili, mutare voluntatem, & iudicium.

Probatur, quia Dæmon hoc modo voluit mortem Chriſti, & deinde eam noluit, cuius reiratio eſſe poteſt, quia Angelus, quando hoc modo iudicat aliquid, poteſt aliq̃d illi de nouo occurrere, quod faciat illius cognitionem perfectiorem, qua aliquid aduertat, quod antea non aduertebat, & iudicet non bonum, quod prius videbatur bonũ, plura legas circa hanc concluſionẽ noſtram apud Zumel. ſup. q. ſua 5. concl. 3. vt propterea plura pro ea afferre non cenſeam.

Reſpondetur ſecundo, poſſe etiam Angelos mutare iudicium, & voluntatem, facta mutatione in obiecto volito.

Probatur, quia poteſt Angelus iudicare obiectum nũc nõ eſſe vtile, quod tamen antea videbatur vtile, & conſequenter non appetere, quod antea appetebat, ergo. legas eund. Zumel. ibid.

Reſpõdetur tertio, cum eodem Zumel. ibidem poſt ſuam concluſionem, cum ijs duobus prioribns modis Angelus mutat electionem, non eſſe neceſſe, vt reprobet priorem electionem.

Probatur, & primo de priori caſu prioris concluſionis, quia Angelus in illo reprobat quidem electionem illam abſolute conſideratam, non tamen vt imprudenter, & non bene factam: poſitis illis circumſtantijs, quę fuerunt, quãdo fuit facta, ergo.

Secundo de caſu poſito in altera noſtra concluſione ꝓbatur, quia non eſt neceſſe, vt reprobet Angelus electionẽ factam, quia illa optima fuit pro illo tempore, licet poſtea propter mutationem rerũ ſit & ipſa mutanda, ergo.

Reſpondetur quarto, poſſe Angelum mutare electionem factam etiam ex iudicio certo, & illius habere diſplicentiam, hanc etiam cõcluſionem habet Zumel loco iam cit. ad oppoſita.

Probatur, quia ſi Angelus non poſſet dictam electionem mutare, aut id oriretur ex cauſa aliqua intrinſeca, aut extrinſeca; primum dici non poteſt, tum quia voluntas Angeli, cum ſit creata & libera, ex natura ſua eſt mutabilis, vt ſupra oſtenſum eſt, tum quia obiectum electionis, cum non ſit ſummum bonum, poterit habere aliquam rationem mali, propter quã reſpui poteſt à voluntate illius; vnde poterit mutare voluntatem, & de electione facta, quæ ſemper habere poteſt aliquam rationem mali, pœnitere, vt etiam inter alios docet Molina vbi ſupra; neque ſecundum, id ſcilicet oriri ex aliqua cauſa extrinſeca, nã vel hæc eſt Deus, ſed hic non poteſt eſſe cauſa peccati; vel eſt aliquis habitus inhærens, quo voluntas Angeli reddatur immutabilis, quia, vt aiunt Bannes ſupra concluſio. ſecunda, Zumel quæſtione ſua ſecunda, con-

cluſio. prima, Mallonius diſputat. decimatertia, concluſ. prima, habitus per ſe non neceſſitat voluntatem, ſed potius perficit, illis enim vtimur, cum volumus, ergo ex huiuſmodi habitu non poterit voluntas Angelica reddi immutabilis, tũ quia ſic Deus, vt deducunt ſupra citati DD. eſſet auctor illius malę voluntatis, quod impium eſt; certum enim eſt Deum nullo modo mouere creaturam, & minus illam neceſſitare ad aliquod malũ; vel quia talis reddatur à iudicio intellectus, & neque hoc, quia, vt inquit Zumel. ſupra concluſ. 6. poteſt Angelus id quod iudicauit vtile vna ratione, iudicare eſſe difficile, vel inutile alia ratione, quod ſatis eſt, vt electio mutetur, & conſequenter ipſa voluntas; præterea, vt adnotauit Molina ſupra, quia fieri poteſt, ne Angelus omnia conſideret, vnde poterit aliquid de nouo conſiderandum illi accidere, vnde mutetur prior electio: Confirmatur noſtra concluſio ex illis Patribus, qui volunt ſolum Deum eſſe immutabilem ex natura ſua, Angelos vero eſſe immutabiles ex gratia, ſic habent D. Hieronymus in epiſtola de Filio prodigo ad Damaſum, Damaſcen. libro ſecundo, de fide ad Petrum capit. tertio, Iſidorus libro primo, de ſummo bono, capit. duodecimo, Fulgent. de fide ad Petrum cap. tertio, Ambroſ. Anſelm. in illa verba primę ad Timoth. ſexto, *qui ſolus habes immutabilitatem*, & idem Ambroſ. libro tertio, de fide, cap. ſecundo, Sanct. Auguſtin. lib. de natura boni cap. vigeſimonono, & epiſtola vigeſimaocta A ua, libro primo, de Trinit. cap. primo, libro ſeptimo, ſuper Geneſ. ad litt. cap. vltimo, libro de natura boni cap. vigeſimonono, & lib. 3. contra Maximinum cap. duodecimo, & Gregorius libr. duodecimo Moral. cap. 17.

Deus ſolus eſt immutabilis ex ſua natura, Angeli vero ex gratia.
D. Hieron.
D. Damaſc.
Iſidorus.
Fulgentius.
Ambroſ.
Anſelm.
S. Auguſt.
Gregor.

Ad primum pro contraria ſententia ductum ex SS. Patribus; Reſpõdetur, SS. Patres loqui de facto, de facto autem nullus malorũ Angelorum pęnituit: an autem B potuerint pœnitere, nihil dixerunt SS. Patres, & in hoc ſtat noſtra concluſio affirmatiua.

Ad ſecundũ, concedimus ſequelam, & ad id, quod ſubditur, quare nemo angelorũ pęnituerit; reſpondemus multas aſſignari rationes, vel potius congruentias, quas nos ſup. ex varijs DD. attigimus & aſſignauimus.

Ad tertium negatur totum illud C antecedens.

Sequitur primo ex dictis, Angelos eſſe immutabiles in ſua electione, quia vt ſup. tetigimus, adeo breuem habuerunt viam, vt in ea non potuerint habere, niſi vnã electionem plene deliberatam, quæ eſſet bona, vel mala: finita aũt via, neq; mali agere potuerunt pęnitẽtiam, quia, vt dicemus, Deus denegauit auxilia ad id neceſſaria; neq; D boni potuerunt peccare, quia fuerunt iam confirmati in gratia, & id fuiſſe conuenientiſſimum naturæ Angelicæ optime oſtendunt S. Bonau. in 2. d. 7. art. 1. q. 1. Altiſſiodor. lib. 2. tract. 2. c. 6. Halen. 4. p. q. 55. memb. 1. art. 1. Henricus quolib. 8 q. 11. & Capreol. in 2. diſt. 7. q. 1. vt omittamus recentiores.

Quare Angeli dicãtur immutabiles in ſua electione.
S. Bonau.

Sequi-

Digitized by Google

Angeli non ſunt incapaces pniæ.

Sequitur ſecundo, Angelos ſecundum ſe conſideratos non eſſe incapaces pœnitentię, vt patet ex dictis.diximus ex ſe,quia hoc loco ſolum conſideramus Angelum ſemoto quocumque alio extrinſeco, .i. abſtrahendo ab omni ſtatu, aut damnationis, aut beatitudinis, ſed de hoc infra fuſius, & ſic patet ad dubitationem propoſitã; Cur nullus ſcilicet Angelorum egerit pœnitentiam.Reliquũ eſt igitur nunc, vt videamus de alio puncto, videlicet de cauſa obſtinationis eorumdem, & eſt quod ſecundo loco propoſuimus examinare,& licet id ad eamdem ferè cauſam reducatur, ad quam diximus reduci primũ; quoniam tamen id ſolet eſſe varium apud DD.ideo non erit ab re, ſi hoc loco,quidq d nos ſentiamus, interiicere conabimur.

Vnde ſit obſtinatio malorum Ang.

Quod attinet igitur ad ſecundũ. Vnde ſcilicet oriatur iſta obſtinatio voluntatis Dæmonum.

Reſpondetur primo,cauſam obſtinationis, vt hæc dicit negationẽ conuerſionis in Deum,& pœnitentię ex parte Dæmonum non poſſe aſſignari,niſi proprium demeritum, propter quod digni ſunt, vt deſerantur a Deo, ex parte vero Dei eſſe denegationem nõ ſolum gratiæ habitualis,[vt aliqui volunt, vel ſolius gratiæ cooperantis, vt alijs placet, ſed cuiuſcunque auxilii gratiæ præuenientis, ſine quo Dæmones conuerti non poſſunt in Deum,nec agere pęnitentiam.

Probatur primo auctoritate ſcholaſticorum Alberti, ſecunda parte, tract.quinto,quæſt.25.artic. quarto,Altiſſiodoren.lib.ſecundo, ſum. A tract.ſecundo,capit.6.S.Bonauent in 2.diſt.ſeptima,artic.primo,.q.1. Durand.q.2.Rich.q.1.Greg.q.1.a. 2.Marſ.q.3.ar.3.Aegidii, q. 1.arti. ſecundo,Scot.q.ſecunda,§.de ſecũdo,Maioris,quęſt. prima,Paludan. in 4.diſtinc.50.quæſt.prima,art.2. concl.3.vbi inquit,ſe in hac re recedere a S.Thoma. *S.Bonau.*

Secundo probatur, quia voluntas Dæmonum non eſt ex ſua natura immutabilis, vt iam diximus, B ſed ita immutabilis eſt in bono, vt poſſit mutari, ſi Deus velit,vt notat Anſelmus libr.Cur Deus homo cap.21.quare ſi non mutatur, eſt, quia Deus non vult, id autem accidere non poſſet,niſi quia,aut Deus neget cõcurſum generalem, quod non eſt ueriſimile, quia in Dæmone manſerunt integra omnia naturalia, quibus debetur huiuſmodi concurſus:aut quia Deus neget ſpecies, quæ neceſſariæ ſunt ad cogitandum de peccato, quod neceſſarium eſt, ut poſſint agere penitentiam;Neque id dici poteſt,quia ſpecies, quibus Dæmones poſſunt cognoſcere peccata,naturaliter eis debentur,quare ſi negarẽtur, negaretur aliquid naturale;aut quia Deus infundat aliquem habitum, quo uoluntas neceſſitetur, & maneat obſtinata in peccato, & nolit agere pœnitentiam, ut uidetur uelle Aureolus apud Marſilium in 2.diſtin.5.artic.tertio, & non diſplicet Maiori ubi ſupra:at id pręterquam quod fieri non poteſt, quia nullus habitus per ſe neceſſitat uoluntatem. Deus eſſet auctor peccati, quia auctor eſſet iſtius obſtinationis, & uoluntatis manendi in peccato, *Anſelmus.*

(D, C)

cato, quod falſiſſimum eſt; aut quia non det Deus aliquod ſupernaturale neceſſarium ad pœnitentiam, quod eſt denegare auxilia gratiæ; & eſt, quod nos ponimus. Cõfirmatur, quia nemo poſſet agere pœnitentiam ſine gratia Dei; quia hæc includit amorem Dei ſuper omnia, qui haberi non poteſt viribus naturæ: quare ſi Dæmones non habent gratiam, quam iuſte eis denegat Deus, vt eam denegat alijs damnatis, ſatis erit, vt dicantur non poſſe agere pœnitentiam; quod videtur poſſe colligi ex Fulgentio, qui de fide ad Petrum cap. 3. inquit, *Dæmones non poſſe reſumere bonam voluntatem, quia pænitendi initia ſunt ſanctæ cogitationes, quas eis non infundit Deus*, Proſp. lib. 1. de vita cõtẽpl. ca. 3. inquit. *Dæmones redeundi voluntatem, & facultatem penitus amiſiſſe, quia nimirum amiſerunt gratiam, & auxilia diuina, quæ neceſſaria ſunt ad agendam pænitentiam*, idem & docet Iſidorus libro primo, de ſummo bono, cap. 12. & alij Patres.

Fulgent. *Proſper.* *Iſidorus.*

Reſpondetur ſecundo: obſtinationem, præter dictam negationẽ auxiliorũ gratiæ, includere aliquid aliud, vt communiter docent DD. in 2. d. 7. & ratio eſt, quia nũquam quis dicitur obſtinatus in malo propter defectum auxilii extrinſeci: alioquin, cum quis vult cum ſuo inimico reconciliari, & non poteſt, quia ille negat reconciliationem, diceretur in inimicitia obſtinatus, quod nemo concedit, deinde obſtinatio in malo eſt peccatum Dæmonum, negatio autem iſta auxilij potius pœna eſt, quam peccatum;

Obſtinatio malorũ Angelorũ includit aliud 2 d

A præterea obſtinatio a Dæmone eſt, quia vult manere obſtinatus; negatio autem auxilii a ſolo Deo eſt: accedit quod propter obſtinationem ſemper Dæmon vult aliquod malum, quod non eſt a ſola negatione diuinorum auxiliorum, includit igitur obſtinatio huiuſmodi præter dictam negationem auxilii gratiæ, adhæſionem voluntatis ad malum, & poſitiuam voluntatem nolendi conuerti in B Deum; quod facile probaremus, niſi paulo à propoſito digredi videremur, interim legantur Zumel. Bannes, Molina & Scholaſtici antiquiores locis ſupra citatis, & nos aliqua infra afferemus, quæ facile prædictam concluſionem probabunt.

Sequitur primo, non admodum probari ſentẽtiam Thomiſtarum, qui ex eo dicunt oriri huiuſmodi obſtinationem voluntatis Dæmo- C num, quia deliberate eligant, & conſequenter immobiliter, nam præter ea, quæ ſupra diximus, id videtur pugnare cum Fulgentio lib. de fide ad Petrum cap. 3. vbi docet *Angelum ſemel amiſſam bonam voluntatem reſumere non poſſe, quia initium iſtius bonæ voluntatis a Deo eſſe debet*; At hæc cauſa non eſſet, ſi ex natura ſua voluntas Angelorum poſt liberam ele- D ctionem immutabilis eſſet, deinde ſubdit, *Statuiſſe Deum, vt Angeli, qui ſemel peccarunt, non poſſent reſurgere: non autem id ſtatuiſſe de hominibus, quibus gratiam reſurgendi elargitur*. At id non ſtatuiſſet Deus, ſi ex ſua natura Angeli haberent, vt non poſſent reſurgere; præterea probat, homi-

Non probatur ſñĩa Thomiſtarum. *Fulgent.*

nes

nes non poſſe reſurgere a peccato,niſi a Deo principium reſurgendi accipiant, & ideo Dæmones reſurgere non poſſe; quæ ratio nulla plane eſſet, ſi ex natura ſua Angeli reſurgere non poſſunt: & capitul. vigeſimotertio, aperte docet Angelos non ſua natura immutabiles eſſe à bono, ſed id habere a gratia Dei, Damaſcen. etiam idem ſignificat libro ſecundo, de fide capit.tertio, vbi docet Angelos vertibiles eſſe ſecundum propoſitum, & voluntate mutabiles;cuius rei rationem ait eſſe, quia habent voluntatem creatam, in cuius poteſtate eſt manere,proficere,& vertere ſe in deterius: quare cum nemo mutet voluntatem, & propoſitum,niſi prius illud habeat,& nemo vertatur in deterius,niſi mutet voluntatem, non poterunt Angeli ex ſua natura habere,cur non poſſint mutare voluntatem.

Damaſc.

Sequitur ſecundo, nullo modo placere ſententiā Henrici, qui quolibet.octauo,quæſtione 11.inquit, Angelorum voluntatem eſſe immutabilem,quia tanto conatu fertur in obiectum, vt nulla ratione ab eo diuelli poſſit; nam explicari non pōt,vnde proficiſcatur iſta tanta adhæſio, vt oſtendit Scotus in 2.diſt.7.quæſt.prima, nam ipſa voluntas libera eſt, & obiectum non oſtenditur ſub ratione ſummi boni clare viſi, vt voluntatem neceſſitare poſſit,ſicut ſupra diximus.

Non placet Henricus.

Sequitur tertio, neque probari quod habēt OKam in 2.d.19.quolib.8.q.19.Gab.ibid.d.7.q.1.artic.1. quia ſcilicet Dæmones ſemper habent voluntatem nolendi illā pænam,quam Deus infligit,& odium Dei,vnde, cū huiuſmodi actus effectiue proficiſcantur a Deo, ab eis ceſſare non poſſunt Dęmones,manentibus autem iis actib.non poſſunt agere pęnitentiam, quoniam hæc includit amorē Dei,q̄ cū illius odio ſtare non poteſt: Non inquā hoc probatur,tum quia primo falſo aſſumunt, actiones vitales poſſe fieri a ſolo Deo, vt oſtenditur, p.2. q.5. tum quia ſecundo Deum faciunt auctorem peccati,quia etiam ſi huiuſmodi odium Dei hominibus non ſit peccatum,quia eis liberum non eſt, eſt tamen peccatum Deo,cui liberum eſt, ſicuti ſi Deus per aliquam beſtiam mentiretur, mendacium non eſſet peccatum beſtiæ, quia illi non eſſet liberum, eſſet tamen peccatum Deo, cui liberum eſt.

Neque placet OKam.

Sequitur quarto,neque formaliter eſſe loquutum Mallonium noſtrum vbi ſupra diſp.13.concluſ.4. cum aſſignauit cauſam immediatā, & adęquatam obdurationis Dęmonis eſſe,quia ſunt in termino; cum non diſtinxerit cauſam immediatam intrinſecam,ab extrinſeca; nā ſi loquatur Mallonius de cauſa immediata intrinſeca, certe non debuiſſet aſſignare,illam eſſe ſtatum in termino, quia hic,vt patet, eſt quid extrinſecū:& pręterea quia, vt aſſerunt Bannes concl.4. & Zumel concl.3.locis ſupra citatis,non eſſet aliqua differentia inter obſtinationem Dæmonum, & aliorum hominum damnatorum, quo ad hoc, cū tamen aliqua debeat aſſignari,& nos ſup. aſſignauimus:igitur cauſa immediata intrinſeca vt

Non placet Mallonius.

G 4 pe-

Digitized by Google

petenda ex adheſione ipſius volũtatis Dęmonis ad malum, vt iã diximus, ex qua ſubſequutum ſit, vt Dęmones actu, vel virtute affectu perſeuerent in illis peccatis, quę cõmiſerunt, dum ceciderunt, vt videtur colligi ex illo Pſal. 73. *ſuperbia eorum, qui te oderunt aſcendit ſemper*, & ex Iob 41. *Cor eius indurabitur, quaſi lapis: quia*, vt inquit ibi S. Greg. *nulla vnquam conuerſionis pœnitentia molliatur*; & ratio ſuadet, quia, etiamſi Dæmones cognoſcant ſe erraſſe, vt colligitur ex illo Sap. 5. & per ſe patet, quia vermis perpetuo eos exagitat, vt dicitur Iſa. vlt. & Marci 9. quia tamen eos non pœnitet peccatorum, vt ſunt offenſa Dei, & ex illius amore: imo cum hac ratione Deum odio habeant, vellent magis peccaſſe, & Deum offendiſſe, ſed ſolum vt ſunt cauſa proprii mali, ſemper virtute perſiſtunt in affectu priorum peccatorum, cum propter odium, quo Deum proſequuntur, vellent maiores intuliſſe illi iniurias, & pp impatientiam, qua ſuſtinent pęnas, magis in Dei odium incitentur, & propter ſuperbiam indignos ſe exiſtimẽt, vt tantis cruciatib. torqueantur, vt indicauit Fulg. de fide ad Petrum c. 3. cũ ait *malos Angelos, nec poſſe mala voluntate carere, nec pœna, ſed permanente in eis iniuſtitiæ auerſionis, malo, permanet etiã iuſtæ retributionis æterna damnatio*: itaque cauſa immediata intrinſeca petenda eſt penes malam, & obſtinatam voluntatẽ Dęmonis, hæc. n. fuit cauſa obdurationis, & obſtinationis ipſius in malo; quod ſi Mallonius loquatur tm̃ de cauſa obſtinationis Dęmonis, immediata quidẽ, ſed extrinſeca, reuera non mali loquutus eſt, dum aſſignauit hũc eſſe ſtatum in termino, ex qua deinde ſequitur alia, ſcilicet denegatio auxiliorum, ſed melius philoſophatus eſſet, ſi ſtatum in termino, non ſcil. feciſſet adæquatam cauſam obſtinationis illius, nam reuera ex ſola natura ſtatus in termino, vt recte probant Bannes, & Zumel locis ſupra citatis, non prouenit obſtinatio Dæmonis in malo, ergo neque erit cauſa adæquata.

Pſal. 73. — *Iob. 41.* — *S. Greg.* — *Sapient. 5* — *Iſa vlt.* — *Mart. 9.* — *Fulgent.*

Sequitur vltimo, quæ ſit differentia inter damnatos, & viatores reprobos, qui etiam ad breue aliquod tẽpus poſſunt eſſe omnino ſine auxilio gratiæ, nam licet omnibus detur gratia, non tamen datur in quolibet momento temporis, vt dicitur p. 2. nam differunt primo, quia nulli viatori negatur gratia ſufficiens toto tempore vię, vt negatur damnatis: ſecundo quia Deus non dat gratiam damnatis propter decretum, quo ſtatuit nulli vnquam poſt viam dare gratiã, & auxilia pręuenientia, at vero reſpectu viatorum, nullũ eſt tale decretum, quo nolit dare gratiam, ſed eã interdum negat aliquo tempore, & in alio cõcedit, ſed de hoc alibi.

Differentia inter dãnatos & Dæmones.

Et ex his patet, quod attinet ad cauſam obſtinationis Dæmonis in malo, quantum ad rem noſtrã pertinet, alia vero, quæ poſſint deſiderari, petunt alium locum.

Reliquum autem eſt, vt iam, cũ explicatũ ſit, reuera Angelos poſt peccatum, neque pęnituiſſe, neq; potuiſſe pęnitere, quod erat ſecundum, quod principio propoſitum

erat,

erat,vt iam, inquam,ad primũ dubium accedamus,quod erat,an Angeli initio ſuæ creationis habuerint donum penitentiæ.

Igitur vt reſpõdeamus ad dubitationem,illud primo certũ eſt ex S.Tho.1.2.q. 89.ar.4.cum cõi, Angelos,nec bonos,nec malos poſſe iã peccare venialiter,& de bonis quidem, & beatis patet, quia ſunt beati, & conſequenter impeccabiles: de malis adhuc ẽt patet, quia Angeli mali habent ſuam voluntatẽ ſic in malo obſtinatam,vt iam diximus, vt omnes ſuas actiones vitiẽt per circumſtantiam aliquam mortalem,vt habent Medina 1.2. loco citato, & Sotus in quarto,diſtinct. decima quarta, queſ.2. art.quinto, An autem,ſecundo,potuerint peccare venialiter in illo priori ſtatu; lis eſt inter DD.S.quidem Thomas cũ ſuis loco cit.ait Angelos non potuiſſe peccare venialiter, ſed mortaliter.Alij vero, inter quos eſt Valentia ibidem, prima ſecunda,quæſtio.99.articu. quarto, diſputat.ſua 6.qõ. 19. puncto primo,diſcedunt ab hac ſententia D.Thomæ,& aſſerunt Angelos etiam in primo illo ſtatu potuiſſe peccare venialiter. Poſita igitur hac ſententia,primo breuiter videtur dicendum,admodum probabile eſſe, Angelos in illo ſtatu potuiſſe peccare venialiter, ſicuti in ſequenti dubitatione dicemus de primo parente Adamo, quantum eſt ex ui illius ſtatus, cui non repugnaret peccatum veniale; vnde propter illud in Angelis videtur poſſe poni tunc habitum pœnitentiæ; tum quia huiuſmodi habitus non repugnet illi ſtatui, vt

S.Thom.

Angeli potuiſſent in primo ſtatu peccare venialiter.

A dicimus; tum quia,vt habet Valẽt. vbi ſupra,potuiſſet tunc Angelus tranſgredi præceptum aliquod, vel leue, vel leuiter, vt tranſgreſſio non fuiſſet niſi venialis:ſecundo in omnium ſententia videtur poſſe dici in Angelis fuiſſe habitum pœnitentiæ, tum quia natura angelica talis eſt,vt illo potuiſſet egere & vſa eſſet, niſi aliunde impedita eſſet, ſicuti dictum eſt; tum propter alias rationes, quas in ſequenti dubio afferemus, quæ etiam proba-

B bũt hoc noſtrum placitum;vt propterea alijs multis,quę fortaſſe hoc loco poſſent a nobis adduci, relictis, ad alteram dubitationem venire expediat.

SECVNDA DVBITATIO. De Adamo.

C An in illo fuerit Pœnitentia.

NOtandũ primo ex Durando in ſecundo, diſtinct.29. q.ſecunda, numero quarto, virtutum alias eſſe Theologicas, alias intellectuales, alias morales, & harum alias eſſe infuſas per ſe, alias per accidens: & quidem ſi lo-

D quamur de Virtutibus Theologicis, quæ proprie dicuntur virtutes infuſæ per ſe, & ſunt fides, ſpes, charitas, de quibus Apoſtolus primo Corinth. decimo tertio, & Sanct. Thomas prima ſecundæ, quæſtione ſexageſima ſecunda, & ſecunda ſecundæ, quæſtione decima ſeptima, nulli dubium

Diuiſio virtutum.

Paul. S.Thom.

eſſe,

Digitized by Google

eſt, quin fuerint in Adamo in illo ſtatu innocentiæ; certum enim eſt ex fide, Adamum ſimul cum Iuſtitia originali habuiſſe gratiam iuſtificantem, quæ erat fundamentum illius, vt etiam tenet communis cōſenſus Scholaſt. Scotus in 2.d.29.q.1.ad 4. et d.32.q.4. Durandus ibidem d.20.q.5. numer. 4. Marſil. d. 13. artic. 4. concl. 4. Aegid. d. 29.q.2. S. Bonauent. d.29. art. 2. quæſt. 2. Halenſ. p. 2 quæſt. 90. memb. 1. art. 1. Gab. d. 30. quæſt. 1. art. 3. dub. 2. Maior ibidem quæſt. 1. ita, vt quādiu homo habuiſſet gratiam iuſtificantem; habuiſſet conſequenter corpus, & vires inferiores ſemper plene ſubditas rationi, & conſequēter Iuſtitiam originalem, vt bene præter citatos Doctor. docet Caietanus parte. 1. quæſt. 95. articul. 5. Vnde tam gratiam, quam Iuſtitiā originalem habuit à Deo Adamus ad diuerſos tamen effectus; Iuſtitiā quidem ad ipſum Adamum perfecte diſponēdum erga finem ſuæ naturæ congruentem, id eſt, ad rectam rationem, et Deum, vt auctorem naturæ, gratiam vero ad ipsū perfecte eleuandum ad finem ſupernaturalē; vt Iuſtitia in ipſo fuerit, vt recte operaretur ſecundum rectam rationem, gratia vero ſanctificans, vt præſtaret opera vitæ æternę meritoria, habuiſſe autē primum parentem gratiam iuſtificātem facile probari poteſt auctoritate SS. Patrum.

Damaſcen. Damaſceni li. 2. de fide Orthod. cap. 12. vbi, *creauit*, inquit, *Deus hominem, innocentem, rectum, probum, omni virtutum genere exornatum, omnibus bonis florentem.*

Auguſt. Auguſt. lib. de correct. & gratia capit. 11. *primum*, inquit, *hominem habuiſſe gratiam, & quidem magnā*

Hieroym. Hieronym. lib. primo aduerſus Iouinian. aſſerentis nō longe à principio, *primi parentes in paradiſo abſque vlla macula Virgines Domini conſortio fruebantur.*

Ambroſ. Ambroſij lib. 6. hexam. capit. 7. *Adam*, inquit, *creatus fuerat ſecundum Imaginem Dei, ſecūdum quā habebat virtutum gratiam emittētem ſplendorem pietatis.*

Auguſt. Item Auguſtini Concione ad Catechumenos contra Iudęos, Paganos, & Pelag. capit. 2. & refertur de pœnit. d. 2. cap. Princeps *cum*, inquit, *Dæmon hominem à Deo factū ex limo terræ ad imaginem Dei pudicitia ornatum, temperantia compoſitum, & claritate circumdatū.* &c. ex quibus oībus ſatis clare conſtat, in Adamo fuiſſe habitum gratiæ iuſtificantis; certum autem eſt, huiuſmodi habitum fuiſſe in Adamo per propriam ipſius diſpoſitionem, ſcilicet, per fidem, ſpem, & Charitatem, cum Adamus fuerit iuſtificatus, vt adultus; In hoc autem differat iuſtificatio Adulti à iuſtificatione paruulorum ex Cōcil. Triden. ſeſſ. 6. quod illa fiat èx propria diſpoſitione, non ſic alia; Adulti enim iuſtificantur cooperando cū Deo infundente gratiam, vt alibi dicitur, ergo cum Adamus hoc modo fuerit iuſtificatus, debuit & ipſe Iuſtificari per proprias diſpoſitiones, quæ ſunt habitus Theologici; hoc totum docet D. Thom. part. 1. quæſt. 95. art. 1. ad 5. vbi ait; Primū hominem accepiſſe gratiam, conſentiendo, id eſt, cooperando per fidem

Concil. Trident. D. Thom.

Digitized by Google

dem,ſpem,& Charitatem,ergo habuit Adam Virtutes Theologicas; neque in hoc videtur aliqua difficultas.legatur Halen.par. 2. quæſt. 97.memb.2.artic.1. Zumel par.1. quæſt.59.artic.3.Durand.2.d.29. quæſt.2. Maior autem difficultas videtur eſſe de Virtutibus Intellectualibus: An hæ fuerint in primo parente;pro quo.

Notandum Secundo, certũ etiã eſſe,has Virtutes Intellectuales, q̃ ſunt Ars,Scientia,Prudentia,Sapiẽtia,& Intellectus,de quibus Ariſtoteles 6.Ethic.a cap.3.ad 7.et S.Tho. 1.2.quæſt. 57. fuiſſe in Adamo in illo ſtatu innocentiæ; Vnde habuit ille in eo ſtatu,primo ſcientias omnium rerum naturalium, vt patet ex illo Gen.2. vbi Adamus dicitur impoſuiſſe nomen cunctis rebus, prout cõgruebat naturis ipſorum, quod ſine dubio præſefert maximam ſcientiarum cognitionem,& docuit.S.Thom.parte.1. quæſt.94. articul.3.& ſequitur Sotus in 4. d. 14.quæſt.2.articul.5. Secundo habuit Adamus Prudentiam,quæ cæteras alias virtutes dirigit in ſuos fines;id quod facile probari poteſt, quia non videntur ea deneganda Adamo, quę vnuſquiſque poteſt ſibi comparare, & maxime perfici vt indicat Damaſcen. lib. 2.de fide Orthod.cap.12.cuiuſmodi eſt Virtus Prudentia, qua homo maxime perficitur,& illius ſtudio comparari poteſt,ergo non videtur Adamo deneganda;quo argumento facile etiam poſſumus probare,alias tres Virtutes, ſcilicet Artem,Sapientiã, & Intellectum fuiſſe etiam in Adamo in illo ſtatu;quia ſcilicet omnes

Ariſtot. 6. Ethic.
S.Thom.
Geneſ.2.
S.Thom.
Damaſce.

A virtutes Intellectuales poſſunt acquiri induſtria, & ſtudio hominis in hac vita; & præterea, quia melius eſt ipſas eſſe, quam non eſſe. ergo omnes etiam hæ fuerunt in Adamo, & cõfirm. quia ſic requirebat ſtatus ille fœliciſſimus Adami.

Notan. 3.difficultatem eſſe de Virtutibus moralibus, An illæ fuerint in Adamo in illo ſtatu innocẽtiæ:pro quo ſciendum eſt, duo eſſe B genera Virtutum Moralium ex S. Thom.1.2.quæſt.59.& 60.Durando 2.d.29.quæſ.2. & ſequuntur recentiores omnes, & deſumptum eſt ex Ariſtotele li. 2.4.& 5. Ethic. vt aliæ verſentur circa operationes aliæ circa paſſiones, quæ omnes id habent commune,vt verſentur circa bonum rectæ rationi conſentaneum;quomodo autem tam priores verſentur circa operationes, q̃ C poſteriores circa paſſiones,iam ſupra dictum eſt: ſubdiuiduntur aũt prædicta genera Virtutum in ſuas ſpecies,quas bene aſſignat, & breuiter explicat Gregor. Valent. ſup. diſput.5.quæſt.4.puncto.2. quarũ ſpecierum quatuor dicuntur Cardinales,quæ ſic dicuntur ex S. Th. vt ſupra quæſt.61.art.1. & 2. quia inter virtutes, quæ verſantur circa D bonum morale conſentaneum rectæ rationi communiter exiſtimantur præcipuæ, Prudentia ſcilicet, Iuſtitia, Tẽperantia, & Fortitudo; certum autem eſt, in illo ſtatu Innocentiæ Adamum non habuiſſe virtutes illas morales, quæ moderantur paſſiones,nullæ enim erant tũc paſſiones ſedandæ, quæ in malum inducerẽt, vt colligitur ex SS. Patribus,D.Auguſ.lib.14. de Ciuit. Dei

An Morales fuerint in Adamo
D. Thom.
Ariſt.
Quare dicãtur Cardinales virtutes.
D. Thom.
S. Auguſ.

Digitized by Google

Dei,cap.10.vbi ait *fælices erant primi homines, & nunquam agitabantur perturbationibus animorum, & nullis corporis lædebantur incommodis*, & paulo ſuperius dixerat, *in tanta erant affluentia bonorum, vbi nec mors metuebatur, nulla corporis mala valetudo, nec aberat quidquam, quod bona voluntas adipiſceretur, nec quid erat, quod carnem animumq; hominis offenderet*, idem colligitur ex lib. de Natura, & Gratia,cap.25.Damaſceno libro ſecundo fidei orthod.ca. 11.&12. vbi ſic habet, *creauit Deus hominem rectum mæroris & ſollicitudinis expertem, omni virtutum genere ornatum, et omnibus bonis florentem*, & deducitur ex illo Geneſ. 3.vbi dicitur primos parentes poſt peccatum fuiſſe nudos,& erubuiſſe, vnde bene colligimus, etſi primi parẽtes ante peccatum nudi eſſent, & mentis, & corporis oculos haberent apertos,quia tamen perinde viuebant, ac ſi innocentiam, ac ſimplicitatem puerilem haberent, non erubuiſſe;& conſequenter ex hac parte nullæ requirebantur virtutes,quæ talem erubeſcentiam tollerent; id quod confirmari poteſt ex Ariſtotel. 10. ethicor. vbi ait, *ridiculum eſſe fortitudinem, & temperantiam in Dijs ponere, cum in eis paſſiones innatæ, & illatæ non ſint, circa quas fortitudo, & temperantia medium aliquod communicent, ac præſcribant*, ergo neque in illo ſtatu erunt huiuſmodi virtutes ponendę propter eandem rationem:nã in illo ſtatu, vt ait Gabriel.ſecunda,diſtinc. 21. quæſtio. vnica,artic. 3.dubio ſecundo, nullus erat timor, ira, nulla fames, ſitis, morbus, nullum frigus, aut calor moleſtus, aut denique aliquid aliud ſimile; & ratio eſt, quia hæc omnia comprimebantur ab vna iuſtitia originali,aut etiam à particulari Dei aſſiſtentia;& a iuſtitia quidem coercebantur ea omnia, quæ ab intrinſeco illi accidere poterãt, cuiuſmodi ſunt ea, quę ſolent pullulare ex partibus inferioribus hominis; illius enim erat vires inferiores ſubdere rationi, & corpus animæ; & præterea dirigere omnes virtutes ſpeciales, vt omnia fierent ſecundum rectum rationis præſcriptum, & ſecundum honeſtatem moris, ita vt actus illius eſſet, bonũ amplectendum, malum fugiendum; quod nunc fit per ſynderesſim; A particulari autem aſſiſtentia coercebantur,quæ extrinſece eidem Adamo occurrere poterant, cuiuſmodi erant tentationes, quæ immitti poterãt,vel à malo Dæmone,vel per obiecta extrinſeca, vel alio quocumque modo;vtrum autem in Adamo fuerint aliæ paſſiones, quæ non repugnarẽt fœlicitati illius ſtatus, diſputat Zumel vbi ſupra,quæſt.95.artic.ſecundo,quæſtio.vnica; & de ſe patet poni poſſe,tantum enim illæ ſunt excludẽdæ ab eo ſtatu, quæ cum ipſo implicantiam inuoluunt: quare potuiſſet Adamus tunc odio habere peccatum Dęmonis,& alia ſimilia, quia id nullam dicit implicãtiam: verum de his ſingula, vel ſubtilius perſtringere, ad alium potius locũ pertinent. Igitur certum eſt illas virtutes, quæ verſantur circa paſſiones, non fuiſſe in Adamo. Vtrũ autem

Damaſc.

Geneſ.3.

Ar.10.eth.

V. morales q̃ verſãtur circa paſſiones fuerunt in Adamo.

autem idẽ dicendũ ſit de virtutib. moralibus, quæ verſantur circa operationes, nunc breuiter examinandũ eſt. Qua in re videtur dicendum, certum omnino videri, illas fuiſſe in Adamo, habuit enim ipſe religionem erga Deum; pietatem erga maiores, ęquales, & minores; iuſtitiam denique erga proximũ, vt inter alios docuit Durand. ſupra, q. 2. num. 6. ſolum poſſet quæri de pœnitentia virtute, quam ſupra oſtendimus eſſe virtutem moralẽ, eamque per ſe infuſam, & in cuius gratiam hæc, quæ adduximus, dicta ſunt, de qua nunc diſputandũ eſt, pro quo

V. fuerit pœnitentia in Adamo.

Notandum eſt quarto, pœnitentiam non ſolum ſtricto modo ſumptam, ſed etiam largo modo, & in generali extendi etiam ad peccata venialia, nam etiam illa debẽt peccatori diſplicere, & pro his debet elici ſatisfactio, retardant enim ſuo modo peccatorem à perfectione, vel potius à feruore charitatis, & itẽ ſuo etiam modo pugnant cum voluntate, & lege diuina, vnde & ipſa debent cadere ſub pœnitentia, legantur Toletus lib. 3. inſtruct. Sacerd. c. 3. nu. 5. & Suarius ſupr. diſp. 2. ſect. 1. nu. 4. his igitur poſitis.

Prima ſententia eſt aſſerentiũ, in illo ſtatu innocentię habuiſſe Adamum habitum pęnitẽtię: ſed in hac ſunt duo modi dicendi,

Primus eſt ponentium quidem habitum pęnitentię in Adamo in illo ſtatu, non tamen propter aliquem actum, ſed ſolum propter conatum quendam, qui reſultat ſtatui illi fęlici, quemadmodum propter eand. rationem eundem ẽt ponũt in Beatis, imo ẽt in Chriſto, ita Thom. de Arg. in 4. d. 14. q. 1. ar. 1.

Alter eſt eorum, qui deſtruunt quidem omnem actum pœnitentiæ in Adamo in illo ſtatu propter perfectionem illius; non tamen habitum; nam hunc quidem aſſerunt potuiſſe eſſe, propterea quia ſi ipſe peccaſſet, fuiſſet ita diſpoſitus, vt facturus eſſet pœnitentiam, nam Adamus illo ſtatu exiſtente, adhuc erat ſuſceptibilis pœnitentiæ in ſenſu, vt ita dicam, diuiſo; quare debuit habuiſſe habitum; quo dato caſu peccati, poſſet elicere pœnitentiam de illo; vnde ex horũ ſententia fuit in Adamo habitus ex conditionali quodam actu, qui potuit eſſe in illo, ſic ſentiunt D. Tho. *S. Thom.* tum par. 1. quæſt. 95. articu. 3. tum in 2. diſtinc. 29. quæſt. prima, artic. tertio, tum denique in 4. diſtinc. 14. quæſt. prima, art. 9. Halenſ. 4. p. q. 55. memb. primo, art. primo, Sotus ibidem, diſt. 14. quæſt. 2. a. 5. Rich. ar. 3. quæſt. ſecunda, Medina 1. 2. q. 62. art. 4. & q. 89. art. tertio, Zumel in p. p. q. 95. art. 2. & 3. Didacus Nugnus ſup. art. 4. dub. 2. concluſ. 5. & alij Thomiſtæ.

Secunda ſententia eſt eorum, qui diſtinguunt de pœnitentia, aſſerunt enim, ſi pœnitentia accipiatur ſtricto modo, vt ſcilicet refertur ad peccatum præteritum, illam non fuiſſe in Adamo; ſicuti neque fuit in Chriſto, neque in Beata Virgine, neque in cæteris innocentibus, & ratio eſt, quia cum in his non fuerit peccatum, neque potuit eſſe pœnitentia; ſi autem pœnitentia accipiatur largiori quodam modo, quatenus

ſcili-

Digitized by Google

ſcilicet per eam ſeruatur ius diuinum illæſum, ſic illã fuiſſe in Adamo, & in omni alia voluntate creata, etiam in Chriſto. ita etiam habet Halenſ. ſecunda par. q. 97. memb. ſecundo, artic. ſecundo, & ex profeſſo ſequitur Suarius ſupra, diſpu. 7. ſect. 1. numero decimo, & vndecimo, vbi in hanc ſententiam citat alios.

Tertia ſententia eſt omnino negantium, virtutem pœnitentię ſecundum formalem ſuum conceptum fuiſſe in Adamo in illo ſtatu, quia aſſerunt, illam pugnare cum conditione illius ſtatus. ita Durand. in 2. diſtinct. 29. quæſtio. 2. S. Bonauent. diſtinct. 21. artic. tertio, quęſt. 1. videntur etiam ad illam ex parte accedere Halenſ. & Suarius locis ſupra cit. imo ipſe D. Thomas, p. ſecunda, quæſt. 89. articul. tertio, vbi cum aſſerat, peccatum primum Adami debuiſſe eſſe mortale, & conſequenter per peccatum mortale amitti omnes habitus infuſos, videtur in ſententia ipſius concludendum, vel pœnitentiam poſſe conſiſtere cum peccato mortali, vel illã fuiſſe fruſtra, vel illam nõ habuiſſe, igitur cum duo priora videantur omnino abſurda, erit vltimum concedendum in ipſius ſententia.

S. Bonau.

S. Thom.

Vltima ſententia eſt, ponẽtium habitum pœnitentiæ in Adamo etiam in illo ſtatu, & præterea actũ eiuſdem, ſed propter peccatum veniale, quod ex eorumdem ſententia potuit ille commiſiſſe, etiam durante illo ſtatu, ita Scotus in ſecundo, diſt. 21. quæſt. vnica, Almayn. in ſuis moralibus tract. tertio, capit. vigeſimoſecundo, videntur accede-

A re Gabriel. in ſecundo, diſtinct. 20. quæſt. prima, articul. tertio, & Sotus vbi ſupra, quatenus aſſerunt peccatum veniale potuiſſe etiam eſſe in iis, qui ſunt in gratia confirmati in hac vita, Paludanus in quarto, diſtinct. 13. quæſt. 1. hoc etiam affirmat de B. Virg. de cuius ſententia infra.

Reſpondetur ad dubitationem: quamuis probabile ſemper nobis B viſum ſit, Adamum in illo ſtatu innocentiæ potuiſſe habere pœnitentiam, quia in illo potuit peccare venialiter ex genere: multo tamen probabilius nobis videtur huiuſmodi pœnitentiam non fuiſſe in illo, in eo ſtatu perfectionis. Prima pars concluſionis

Probatur primo auctoritate D. Thomę, nam p. p. quæſt. 100. artic. ſecundo, aſſeruit, ſi ſtatus ille innocentiæ perduraſſet, adhuc omnes C Adę poſteros non futuros impeccabiles, id quod etiam habent Halenſ. p. ſecunda, quæſt. 89. membro primo, Scotus in ſecundo, diſtinct. 20. quæſt. prima, Durandus ibidẽ, quæſt. quinta, Baſſol. ibidem, quęſt. 1. artic. 2. Richard. artic. 2. q. 3. Marſil. in ſecundo, diſt. 13. artic. 4. concluſ. 4. & 5. Medina p. ſecunda, quęſtio. 81. artic. quinto, dubio ſecundo, quo loco vocat contrariam ſenD tentiam inanem, & friuolam, & deducitur ex D. Auguſt. lib. primo Retract. capitu. decimotertio, vbi ait, *eſſent ergo iſta cognationes, atque affinitates, ſi nullus delinqueret, nulluſque moreretur*, ergo videtur ſupponere poſteros poſſe delinquere, quod idem habet libro decimoquarto de ciuit. Dei, capitul. 10.

S. Thom.

D. Aug.

ergo

Quid ſẽ-tit D.Tho. ergo videtur D. Thomas voluiſſe il- A los non fuiſſe priuatos dono pœnitentiæ, ſi quidem potuiſſent peccare etiam durante illo primo ſtatu, & cum non poſſit intelligi de peccato mortali, cum hoc tollat illum ſtatum, debet intelligi de veniali, ergo in illo ſtatu potuit Adamus peccaſſe venialiter, & conſequenter habuiſſe habitum pęnitẽtię, & prætere a etiam actum.

Neque obſtat, quod adduximus B ex D. Thom. ſupra, quæſt. 95. art. 3. *D.Thom.* vbi ait in illo ſtatu non futurum actum pęnitentiæ.

Reſpondetur enim, illud eſſe intelligendum de illo ſtatu formaliter accepto ſecundum totam integritatem, & ſuam perfectionem; cui vt ſic, ſine dubio repugnat omnis imperfectio etiã venialis. Quod ſi quis voluerit D. Thomam intelligendum eſſe, vt loquatur ſimpliciter & abſolute, non apparet reuera, C quomodo id cohęrere poſſit cũ ijs, quæ dicuntur ab eodem q. iam citata 100. de poſteris Adę.

Neque aliquis dicat, D. Thom. poſuiſſe quidem habitum in Adamo, vt patet ex loco iam citato, ſed illum ſolum poſuiſſe propter actũ quendam conditionatũm, quia ſcilicet Adamus, ſi peccaſſet, fuiſſet diſpoſitus ad agendam pęnitentiam, D vt ſupra diximus.

Nam dicimus, ſi propter id eſſet in Adamo ponendus habitus, reuera eſſet etiam ponendus & in Chriſto, & in B. Virgine, vt optime deducit Thom. de Argent. in 4. d. 14. q. 1. art. 1. ergo.

Sed reſpondet Richardus ibidem, artic. tertio, quæſt. ſecunda, diuerſam eſſe rationem de Adamo, ac de Chriſto, quia Chriſtus ſimpliciter peccare non poterat; Adamus vero poterat; & quamuis per peccatum Adamus eſſet amiſſurus habitum pœnitentiæ, illa tamen pœnitentia non fuiſſet fruſtra, quia per ſimilem potuiſſet reparari, id quod etiam docuit Sotus ſupra, artic. quinto.

Verum neque hoc valet, quia ad actum conditionatum parum, aut nihil refert, cuiuſmodi ſit cõditio, ſolum facit vt obiectum ſit magis, aut minus volitum: præterea eſto admittatur quod habent Richardus, & Sotus de reparatione habitus, adhuc tamen ſequeretur illud abſurdum, illum ſcilicet habitum fuiſſe fruſtra, & nunquam habuiſſe ſuum actum; cum tamen nullus videatur ponendus ſuperfluus habitus in Adamo; cum de facto nullum huiuſmodi habuerit; etenim ſi quæ in illo fuerunt ſpeciales virtutes, vt vere fuerunt, vt patet ex dictis, omnes eliciebant ſuum actum, & ſuo officio fungebantur; Accedit quod habitus ordinantur ad actus, ergo ſi habitus aliquis non habeat, neque poſſit habere ſuum actum, cum tamen habere deberet, cuiuſmodi eſt pęnitẽtia in Adamo, quæ ſecundum Sanctum Thomam non poteſt elicere ſuum actum, erit fruſtra. Confirmatur, quia non ex alia ratione excludimus pęnitentiã, & virtutes Theologicas pręter Charitatem a Beatis, etiam quo ad habitum, vt aiunt D. Thom. ſecunda ſecundæ, q. 18. artic. 1. 2. & 3. quæſt. 4. de verit. a. 4. Scot. 3. diſt. 31. Durandus ibidem. quæſt.

Digitized by Google

quæſt. 3. & 4. & ſequitur Valentia A par. ſecunda, diſput. 5. quæſtio. ſeptima, puncto quarto; niſi quia nō amplius ſunt in ſtatu, vt eliciant ſuos actus, vnde eſſent ſuperuacaneæ, ergo etiam eadem ratione, nullus erat ponendus habitus pœnitentiæ in primo parente ſi nullum poterat elicere actum, ſecundum S. Thom.

Rejicitur ſententia de actu conditionato. Præterea improbatur ſententia D. Thomæ de hoc actu conditio- B nato, nam non videtur ſufficiens, huiuſmodi actus conditionatus ad ponendum hunc habitum pœnitentiæ; huiuſmodi enim actus, vel nihil ponit de præſenti in actu voluntatis, vel ſi quid ponit, ponit ſolum actum quendam deſiderii, vel ſimplicis complacentiæ, quorum neuter ſufficit ad ponendum illum habitum: non actus deſiderii, quia ſi quid poſſet deſiderari, maxime quædā ſatisfactio Deo, C qua illi detur debitum obſequiū, ſed id formaliter non ad pœnitentiam, vt iam diximus; ſed ad religionem ſpectat, reddi autem ſatiſfactionem pro peccato, non poſſet deſiderari, quia nullū eſſet peccatum: neque poſſet eſſe actus cōplacentiæ, quia ſi hic eſſet, deberet exprimi hoc modo, placet mihi ſatisfactio pro peccato, hac autem poſita complacentiā, ſequitur deſide- D rium, quod repugnat, quia inuoluit aliquid, quod eſt contra rationem, id eſt, peccatum; nam pœnitentia proprie loquendo reſpicit peccatum prius commiſſum.

Neque dicas cum Thoma de Argent. & Soto locis vbi ſupra, quemadmodum ponimus propter hūc actum conditionatum, magnificētiam, miſericordiam, & liberalitatem in illis, qui non habent diuitias, & ſunt pauperes; ſic in Adamo videtur poſſe poni habitum pœnitentiæ, etiamſi nullus ſit & poſſit eſſe actus.

Nam reſpondetur, habitū magnificentiæ, liberalitatis, & aliorū huiuſmodi poſſe poni in ijs, qui nō habent diuitias, quia illorum actus non inuoluunt aliquid, quod repugnet, tantum enim ſupponunt in ſubiecto complacentiam quandā ſubleuationis inopiæ, qua alius laborat; quam tamen repugnantiā in re noſtra, vt patet ex dictis, reperimus.

Secundo probatur concluſio ratione, quia peccatum veniale non repugnat illi ſtatui, in quo erat Adamus, ergo potuit in illo eſſe tale peccatum, ergo etiam potuit eſſe pœnitentia; ſequela probatur, quia peccatum veniale cadit ſub pœnitentia, vt iam diximus, antecedens probatur, quia peccatum veniale non repugnat ſtatui gratiæ, vt de ſe patet, ergo neque illi ſtatui. pro quo

Notandum eſt, aliud eſſe conſiderare perfectionem ſtatus Adami ſecundum omnem rationē perfectionis, qua omne, & quodcumque peccatum excluditur. Aliud ſtatum illum, vt ſic: vnde licet peccatum veniale poſſet repugnare perfectioni illius ſtatus, quippe quæ habebat omnia conformia, vt patebit infra, non tamen ipſi ſtatui, vt ſic: vnde adhuc Adamus, ſi peccaſſet venialiter, perſtitiſſet in illo ſtatu innocentiæ, & immortalitatis,

litatis, qui ſolum deperdēdus erat ex peccato mortali: & confirmatur, quia Apoſtoli habebant gratiam gratum faciētem, imò etiam in eadem fuerunt confirmati, & tamen nihil ꝓhibuiſſet, quo minus ipſi in eo ſtatu, potuiſſent peccare venialiter ex genere, vt omnes fatentur ergo, & Adamus, etiāſi fuerit in iuſtitia originali, adhuc potuiſſet peccare venialiter, ſequela probatur; nam eatenus Apoſtoli potuiſſent peccare venialiter in illo ſtatu, quia peccatum veniale nō excluderet illum ſtatum, qui non minus coniungebat Apoſtolos Deo, quam ſtatus Iuſtitiæ originalis coniunxerit Adamum, ergo pari ratione, quia peccatum veniale non excludebat illum ſtatum Innocentiæ, potuiſſet eſſe in illis; eſſe autem parem vtriuſque rationē, patet; nam non videtur poſſe negari in illo ſtatu Innocentiæ, potuiſſe committi peccatum veniale, actu etiam deliberato, circa tamen materiam aliquam leuiter malā, ita vt v.g. potuerit dici verbū ocioſum; Diximus, actu deliberato, nā vt ait Almayn vbi ſup. & Gab. loco infra citan. Venialia ex actu indeliberato non potuiſſent eſſe in illo ſtatu, quia fuiſſent ſublata per iuſtitiam originalem, quæ impediuiſſet motus, ne inſurrexiſſent contra iudicium rationis.

Neque dicas, huiuſmodi peccata non potuiſſe eſſe in Adamo, quia ſi illa tunc commiſiſſet, non potuiſſet illa delere, niſi per dolores, lachrimas, & alia opera pęnalia, quæ in eo ſtatu nulla fuiſſent.

A Nam dicimus, huiuſmodi peccata, ſi tunc fuiſſent; fore vt tollerentur, vt habet Almayn. ibidem, per bonum motum voluntatis, & per actum contritionis ita feruentem; vt his Deo Adamus ſatisfeciſſet, vt omnis etiam pœna debita fuiſſet ſublata: legatur Gab. 2. diſt. 22. q. 1. ar. 3.

Ex his igitur patet, probabile eſſe habitū Pœnitētiæ poſſe quidē B poni in Adamo, nō tamē, aut propter illū actū conditionatum, quē ponit S. Thomas, aut etiam propter quemdam ornatum vt ponit Tho. Argent. ſed quia in eo ſtatu potuit eſſe veniale peccatū, quod ſubeſt Pœnitentiæ.

Secunda pars concluſionis, probabilius ſcilicet eſſe, nullum fuiſſe habitum Pœnitentię in Adamo in eo ſtatu felici. Probatur, quia, ſi huiuſmodi habitus ponendus eſſet in C Adamo in eo ſtatu, vel ponendus eſſet ꝑꝑ illum actum conditionatum, quē ponit S. Thomas, ſed hic iam reiectus eſt a nobis in ſuperioribus; vel ſimpliciter quia Adamus erat naturæ, quę potuiſſet peccare; ſed hoc neque, quia in eo ſtatu, cū nullū potuiſſet habere actū, fuiſſet ille habitus omnino fruſtra, quod non vr̄ admittendū, vt patet ex dictis: vel tertio ꝑꝑ peccatū veniale, qđ diximus probabile; ſed vt D probabilius neq; hoc, ergo nullo modo vr̄ hmōi habitus Pœnitētiæ ponendus in Adamo in ſtatu illo, probatur minor, quo ad hanc vltimā partē; & primo quidē auctoritate S. Patrū, quos ſupra retulimus, & præterea etiam D. Auguſtini lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 10. vbi, ait, fœli-

Probabilius eſſe in Adamo nullum fuiſſe habitum Pœnitentiæ.

S. Auguſt.

fælices erant primi parentes, & nunquam agitabantur perturbationibus animorum, & nullis corporum lædebantur incommodis; & infr. *in tanta erant affluentia bonorum, vbi nec mors metuebatur, neque vlla corporis mala valetudo, nec aberat quidquam, quod bona voluntas adipiſceretur, nec inerat quod carnem animumve hominis fæliciter viuentis offenderet*; & infra, *erat deuitatio tranquilla peccati, qua manente, nullum omnino aliunde malum*, & infra poſt nonnulla cõcludit. *Abſit vt hoc exiſtimemus fuiſſe, vbi nullum erat omnino peccatum*; hoc idem colligitur ex eodem ex lib. de natura & gratia, capit. vigeſimoquinto, de corrept. & gratia, cap. 11. Gregor. lib. 55. moral. capit. vigeſimoſecundo, vbi ſic habet, in ipſa quippe ſua origine, in qua iuſtus homo conditus fuerat, tantis, quantis nunc opus eſt, virtutibus non indigebat. cum ijs, quæ ſequuntur. Ex quibus ſatis aperte conſtat, illum perfectionis ſtatum illius fuiſſe conditionis, vt nullum vel etiam veniale admitteret peccatum. Greg.

Secundo probatur ratione, nam non videtur aliqua ratione negandum, peccatum veniale afferre ſecum aliquam imperfectionem, deformitatem, & prauitatem, & præterea eſſe etiam præter voluntatem diuinam, quæ omnia reuera repugnant illi ſtatui, non tam propter ipſam gratiam iuſtificantem, quam propter donum iuſtitiæ originalis, & alia multa, quæ cum illa erant coniuncta, ſed præcipue propter aſſiſtentiam ſingularem diuinam, quæ prædictis omnibus adiungebatur in eo ſtatu, ergo.

A

Tertio probatur auctoritate S. Thomæ, 1.2. quæſt. 89. art. 3. Halenſ. p. ſecunda, q. 104. memb. 6. D. Bonauent. in 2. d. 21. art. 3. queſt. 1. Durand. ibidem, quæſt. 4. nume. 4. & 5. Richardi, ibidem, art. 3. queſ. quamuis contrarium dicat adhuc probabile. Valentiæ in p. ſecunda, diſput. 6. quæſt. 19. puncto ſecũdo, qui faciunt hanc ſententiam probabiliorem, cum illam vocent cõmunem, in eo ſcilicet ſtatu Adamum non potuiſſe peccare venialiter, ipſo tamen durante ſtatu, ſic perfecto. S. Thom. S. Bonau.

B

Et ex his patet ad argumenta in vtramque partem allata: ratio. n. id videtur poſtulare, vt illa ſoluamus, cum vtramque ſententiã probabilem fecerimus.

C

Et quidem ad priora argumenta, quib. probabatur, probabile eſſe Adamum potuiſſe peccare venialiter &c. reſpõdendum erit, illa oĩa ſolum probare, non eſſe ſimpliciter repugnantiam inter peccatum veniale, & gratiam illius ſtatus; & præterea iuſtitiam originalem nõ fore deperdendam per illud, cum illi ſimpliciter non repugnet: ſi tamen conſideretur ille ſtatus, vt habebat gratiam iuſtificantem ſcilicet cum iuſtitia originali, & alijs adiunctis, de quibus ſupra: dicendum videtur, primum parentẽ, vt ſic formaliter, non potuiſſe committere peccatũ veniale, quia hoc videtur pugnare cum ſtatu innocentiæ, in quo ille erat, quod præcipue verũ eſt in ſententia D. Auguſtini, vt patet ex locis ſupra citatis.

D

Digitized by Google

Ad poſteriora vera argumenta, quib. probabatur altera pars, tāquā probabilior, Reſpondetur: perfectionē illius ſtatus formaliter quidem excludere actū venialis peccati, nō tamen ſimpliciter, quia ſtatus ille ſolum ſimpliciter excludebat actum peccati mortalis, per qđ erat deperdendus; non venialis, ſaltem ex genere

Non placet Halenſ. & Suarij ſnīa. Sequitur primo, quid ſit dicendum ad ſententiam Halenſis, & Suarij; quia hic diſputamus de pœnitentia, proprie ſumpta: non autem quatenus coincidit, aut cum religione, aut cum charitate, aut cum aliis virtutibus, ſic enim etiam poni poſſet in Chriſto, neque eſſet vlla difficultas; vt infra dicemus, quare non placet ipſorum ſententia.

Sequitur ſecundo. potuiſſe quidem Adamum in eo ſtatu peccare mortaliter, & de facto peccaſſe, ſed iam ſimul ab illo ſtatu excidiſſe, neque in eo amplius perſtitiſſe, & ratio eſt, quia ſicut quodcunque peccatum mortale pugnat cum gratia, ita etiam pugnat cum iuſtitia originali, quia ſtatus iuſtitiæ originalis eſt ſtatus innocentiæ, ſtatus autem innocentiæ tunc eſt, cum homo in illo nunquam peccarit: vnde ſicut impoſſibile eſt, Virginem corruptam manere Virginem, ſic impoſſibile eodem modo eſt, vt is, qui ſemel peccauit, maneat in ſtatu innocentiæ, quia, vt diximus, eſſe in ſtatu innocentię, eſt nunquam peccaſſe, quare cum Adamus de facto peccarit mortaliter, omiſit illum ſtatum innocentiæ. Vtrum autem potuiſſet peccare venialiter adhuc illo ſtatu manente, iam diximus

Virgo ſemel corrupta nūquam recuperat eand. virtutem.

A quid probabilius videatur.

Non placet Nugnus. Sequitur tertio, nos non probare ſentētiam Didaci Nugni, vbi ſupra, quo loco concluſione quinta, ſic habet: etiam Adam accepit ſtatim à principio habitum pœnitentiæ, & reddit rationem, quia licet ſuppoſito ſtatu innocentiæ in ſenſu compoſito, non potuerit peccare, ſimpliciter tamen poterat peccare, & peccauit de facto, & poſt multa concludit, ad perfectionē gratiæ

B conuenire, vt non ſit tanta differentia in eodē ſubiecto, & varietas, vt aliquando ſit cum habitu pęnitentiæ, aliquando vero ſine illo: hæc Nugnus.

Et primo quidem non placet ipſa concluſio tum maxime, quia vr̄ contraria tertię iam poſitæ concluſioni, in qua aſſeruit Nugnus, in B. V. non eſſe ponendum huiuſmodi

C habitum pœnitentiæ, quia, ſ. fuiſſet otioſus, ergo ex ead. ratione debuiſſet Nugnus excludere ab Adamo eundem habitum pęnitentię, quia ſcilicet nunquā eſſet habiturus aliquem actum, durāte illo ſtatu; tum ſecundo, quia non placet ratio, qua illam concluſionem Nugnus probauit, quia vt dictū eſt, ille habitus fuiſſet omnino fruſtra: cum nunquam, eo ſtatu durante, potuiſſet

D exire in actum aliquem propriū: & pręterea nūquā ſuo fungi officio; cū per peccatū quodlibet mortale fuerit deperdendus ille ſtatus; Accedit quod falſum eſt, quod ipſe adiunxit de conditione perfectionis gratiæ, nā de perfectione illius ſolū fuit, vt haberet quidē ſemper oēs habitus adiunctos, illos tamen qui, vt ſupr. diximus, poſſent exire

Digitized by Google

in actum, eodem ſtatu innocentiæ durante, neque cum illo aliquam includerent repugnantiam; Vnde cum Pœnitentia proprie reſpiciat ſatisfactionē de peccato iā facto, aut in aliorum ſententia, dolorem de pctīs, videtur omnino excludēda, cum peccatum mortale nullo modo potuerit eſſe, eo ſtatu durāte: neque eſt eadem ratio de pueris, qui in baptiſmo cum gratia recipiunt omnes habitus, etiā Pœnitentiæ; quia hæc non repugnat cū ipſorum ſtatu, ſicut, vt dictū repugnat cum ſtatu Adami, quare, &c. ſed de hoc infra.

Ex dictis in his duabus dubitationibus patet, tam in Adamo, quā in Angelis, ſi potuit eſſe peccatum veniale in illo ſtatu primo, potuiſſe etiam eſſe habitum Pœnitentiæ propter actum peccati venialis, qđ ſi non potuit eſſe, neque etiam talem habitum eſſe aliquo modo ponendum.

TERTIA DVBITATIO De Chriſto.

An in Chriſto fuerit Pœnitentia. & item an potuerit eſſe.

SVnt qui dicunt, Chriſtum habuiſſe Pœnitentiam propter illum actum conditionatum, quem in Adamo poſuit S. Thomas, vt patet A ex ſuperiori dubitatione, ſic viſus eſt ſenſiſſe Thomas de Argent. in 4. diſtinct. 14. quæſtione 1. artic. 1. ad 5.

Alij poſuerunt in Chriſto Pœnitentiam quamdam generalē, prout dicit ordinem cuiuſdam iuſtitiæ ad Deum, qua quiſque tenetur ſeruare diuinum ius, & non tranſgredi illius præcepta, ita Marſil. in 4. quæſtione 10. ad 6. Suarius ſupra quæſtione 85. diſputat. ſeptima, ſect. prima, numero 11. & ex B parte videtur ad hanc accedere Alen. tertia parte quæſtione 12. memb. 3. ad 1. S. Bonauent. in 4. diſtin. 14. artic. 1. q. 1. qui aſſerunt Pęnitentiam fuiſſe in Chriſto, quatenus dicit perfectionem ſolam, id eſt, deteſtationem peccati ſimpliciter. *S. Bonauēt.*

Alij omnino negant, huiuſmodi virtutem fuiſſe in Chriſto, ita S. Thom. in 4. diſt. 14. art. 3. quæſt. 1. *S. Thom.* C S. Bonauent. artic. 1. quæſt. 1. Richard. artic. 3. quæſt. 2. Palu. quæſt. 4. Gabr. quæſt. 1. articul. 3. dub. 5. Maior quæſt. 2. Sotus quæſt. 2. art. 2. & 5. in fine. Medina 3. par. q. 7. art. 2. Didacus Nugnus vbi ſupra quæſtione 85. artic. 4. dub. ſecundo, & accedit Alenſ. vbi ſupra ad rationem in contrarium adductam. *S. Bonauēt.*

D Reſpondetur ad dubitationem nulla ratione ponendam eſſe Pęnitentiam in Chriſto.

Probatur concluſio, quia eadem videtur ratio de fide, ſpe, ac de Pœnitentia in Chriſto Domino (loquimur autē hoc loco de Pęnitētia ꝓprie accepta) ſed fides, & ſpes nō fuerūt ī Chriſto, ergo neq;

pœni-

Digitized by Google

pœnitentia; non fuiſſe autem in Chriſto Domino fidem, & ſpẽ, & primo de fide probatur, quia anima Chriſti ab inſtanti ſuæ conceptionis ſecundum ſuperiorem portionem Deum uidebat, & clare illo fruebatur, ergo non habuit fidem: nam fides habet, aut pro ratione formali; aut pro conditione concomitante non viſum, vt propterea ad Hebr. 11. dicatur, *fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum; argumentum non apparentium*; & in hoc conueniunt ſcholaſtici cum Magiſt. in 3. diſt. 23. 24. 26. & 31. & cum S.Thom. tum 1.2. quæſt. 67. tum 2.2. q.1. art. 4. tum denique 3.par. quæſt.7. ſed de hoc alibi. De ſpe vero etiam patet, quia hæc cũ ſit in ordine ad bonum, quod non habetur, non habet locum, vbi beatitudo eſt præſens, ſicut erat præſens Chriſto, ad Roman.8. ſpes autem, quæ videtur, nõ eſt ſpes; nam quod videt quis, quid ſperat? & probat S.Tho. 3.p.q.7.& 1.2.q.65. ar.5. ad 3.& 2.2.q.18.ar.2. ad 1. & in 3.d.26.q.2.ar.5.p.1.& d.36.a.2. ad 3. Antecedens autem illud, eſſe ſcilicet eandem rationem, &c. probatur, quia ea ratione excludũtur à Chriſto fides, & ſpes, qua inuoluunt aliquam imperfectionem, & implicantiam in illo, ſed hanc eandem inuoluit penitentia in Chriſto, ergo. Minor probatur, quia ad pœnitentiam proprie acceptam pertinet, vt quis uelit Deo ſatisfacere pro peccatis à ſe cõmiſſis, quod repugnat omnino Chriſto propter ſuppoſitũ diuinum. Confirmatur, quia Chriſtus ab inſtanti ſuæ cõceptionis omnem gratiã, ſanctitatẽ, atque innocentiam habuit, ac cęteras virtutes, quæ excludebant omnem imperfectionem, atque ea omnia, quæ pugnare aliquo modo poſſent cum ſumma dignitate ipſius, vt præter Theologos, qui id tradunt cum Sanct. Thom. tertia parte, queſtione ſeptima, decantant etiam ſacræ Scripturæ. Ioan. primo. *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a Patre plenum gratiæ, & veritatis*. Luc. primo, *quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur Filius Dei*. Ioan. decimo. *quem pater ſanctificauit, & miſit in Mũdum*; & capit. tertio, *habemus, quod non dederit Deus Chriſto Spiritum ad menſuram*, cum tamen de alijs ſanctis dicatur ad Epheſ. quarto. *Quod vnicuique data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti*, Iſa.53. *eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius*. Matth. 3. & 17. *hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*. Ioan.8. *quis ex vobis arguet me de peccato*, ſecũdo Corinth. 5. *eum, qui non nouerat peccatum*, ad Hebr.4. *non enim habemus Pontificem, &c. tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato*, & cap ſeptimo, *talis enim decebat, vt eſſet nobis Pontifex ſanctus, innocens, impollutus, &c.* 1. Petri 2. *qui peccatum non fecit, neque inuentus eſt dolus in ore eius*. prima Ioan. tertio, *peccatum in eo non eſt*: ergo cum ex his clare pateat, Chriſtum omni caruiſſe macula peccati, neceſſario fatendum etiam erit caruiſſe pęnitẽtia, ergo vt ſic nullo modo erit ponenda in Chriſto.

In Christo nõ fuit fides — *Pau. ad Heb.* — *S.Thom.* — *In Christo nõ fuit ſpes.* — *S.Thom.* — *In Christo non fuit penitentia.* — *S.Thom.* — *Ioan.1.* — *Luc.1.* — *Ioan.10.* — *Paul. ad Ephe.* — *Iſa.53.* — *Matth.3.* — *Ioan.8.* — *Pau. ad Co.* — *Ad Heb.* — *1.Pet.2.* — *1.Ioan.3.*

Reijcitur ſententia Argẽtinæ.

Sequitur primo, non probari priorem ſententiam Argentinæ; tum propter ea, quæ ſuperiori dubitatione adduximus; tũ maxime, quia non eſt eadem ratio de Chriſto, & Adamo: nam Chriſtus nullo modo potuit peccaſſe, neque etiã venialiter propter vnionem, quã habebat ad verbum: at vero Adamus nullum horum habuit, & erat natura peccabilis, & conſequenter ſuſceptibilis pœnitentiæ, vt recte concludit Halenſ. vbi ſupra.

Reijcitur Suarius.

Sequitur ſecundo, neque probari ſententiam Marſilij, Suarij, & aliorum vbi ſupra; nam tametſi loquendo de pœnitentia illo modo ſumpta, poſſet illis concedi, vt ſic fuiſſe in Chriſto, neque enim venit Chriſtus ſoluere legem, ſed adimplere, Io... & Chriſtus honorificauit Patrem Ioan. 10. & prætereà quemadmodum, vt inquit Halenſ. vbi ſupra, fides, & ſpes poſſunt poni in Chriſto, quo ad ea ſolum, quę dicunt perfectionem, in illo enim fuit maximus aſſenſus primæ veritati, & firma adhæſio ſummo bono, & conſequenter fides, & ſpes, ſic etiam pænitentia potuit eſſe in illo, quatenus dicit deteſtationem peccati vt ſic, neque enim vnquam quiſquam alius, ſic deteſtatus eſt peccatum, ſicuti Chriſtus illud deteſtatus eſt propter intrinſecam, quam cum illo habebat, repugnantiam: vnde ſecundum Halenſem potuerunt poni illi omnes habitus ad eliciendos prædictos actus, id quod etiam docuit Suarius loco citato, 3. par. quæſt. 7. art. 4. quo loco concedit in Chriſto & in beatis eſſe habitus fidei, & ſpei quo ad realitatem, licet non ſub denominatione formali fidei, aut ſpei, quæ ſumitur ab illorum actu principaliori, qui non habet locum, vbi eſt pręſens beatitudo, quod tamen nobis non placet, tum quia, vt ait S. Tho. ſecunda ſecundæ, quæſt. 18. articu. 3. & quæſt. 4. de veritate, artic. quarto, non debet poni habitus vbi aufertur principale obiectum illius, ne ſit fruſtra, quare neque in Chriſto, neque in beatis erunt ponendi illi habitus, cum beatitudo illis ſit præſens: tum quia (& hoc euacuat motiuum contrariorũ) illi actus nõ neceſſario præſupponunt habitus; præcipue cum nulla ſit ſingularis difficultas in huiuſmodi actibus; ſed ſufficit, ſi ſolum ſit auxilium ſupernaturale, per quod illi eliciantur; quare etſi in illis ponerentur prædicti actus, non tamen poteſt argui, ponendos eſſe in illis habitus, ſed de hoc alibi. Quidquid tamen ſit de hoc, nos hoc loco non loquimur de pœnitentia vt ſic, id eſt, latiore quodam modo accepta; ſed ſtricto, & proprio, ſecũdum quem pœnitentia dicit quidem deſtructionem peccati, ſed peccati à ſe cõmiſſi; quo modo nullo pacto fuit, aut potuit eſſe in Chriſto; præterquam quod huiuſmodi deteſtatio illo priori modo accepta, non tam ad pœnitentiam, quam ad aliã virtutem, vel ad charitatem, vel ad miſericordiam, vel ad aliam, quæcumque illa ſit, modo omnem excludat imperfectionem, reducatur. vt ſic poni poſſit in Chriſto. vt iam dicendum eſt.

S. Thom.

Sequitur tertio; ſiue per pœnitentiam intelligamus religionem

cum

cum Caietano, ſiue iuſtitiam commutatiuam cum Durando, ſiue iuſtitiam ſimpliciter cum Marſilio, locis ſupra citatis, certum eſſe, hoc modo poſſe pęnitentiam poni in Chriſto, cum enim huiuſmodi virtutes nihil contineant imperfectionis; nihil prohibet, quo minus poni poſſint etiam in Chriſto, & conſequenter etiam pœnitentia aliquo ex illis modis accepta, id quod voluit Suarius 3.par.quęſtio.ſeptima, artic.quarto, diſput.ſua 19.ſect.prima, conuenit enim omni creaturæ etiam perfectiſſimæ, ſeruare iuſtū debitum Deo, illiuſque voluntati obſequium; & ſic facile conuenimus cum illo.

Sequitur vltimo, omnes illas virtutes fuiſſe in anima Chriſti, ipſo initio ſuæ conceptionis, quæ, aut nullam inuoluerent imperfectionem, aut non repugnarent ſtatui beatitudinis illius: vnde cum Pœnitentia virtus proprie accepta ſupponat, aut peccatum commiſſum, aut certe capacitatem peccati in ſubiecto, vt patet ex dictis, ideo illa omnino remouenda eſt à Chriſto; vtrum autem pœnitentia potuerit poni in Chriſto ſaltem quo ad ornatum, nobis videtur, neque hoc modo debere poni, quia illa virtus, neque videtur vt ſic neceſſaria in Chriſto, quidquid dicat Tho. Arg. in quarto, diſt. 14.quæſt. prima, art.primo, & Nugnus ſup. dubio ſecundo, & prætere a, quia omnia etiam ſupra allata faciunt contra huiuſmodi ornatum, & ratio eſt ex ſupradictis, quia ſublato principali obiecto alicuius habitus, tollendus eſt etiam, & ipſe habitus, ne fruſtra ſit, ex D.Thom. tum ſecunda ſecundæ, quæſt. 18.art. 3. tum quæſt.4.de verit.artic. quarto, iam autem pœnitentia in Chriſto non poteſt verſari circa ſuum obiectum, cum, vt probatum ſit, nullū potuerit eſſe peccatum, igitur & ipſa pęnitentia auferenda erit. & ſic expedita eſt hęc tertia dubitatio.

QVARTA DVBITATIO.
De Beat[i] Virgine.

An in B. Virgine fuerit Pęnitentia.

ALij dixerunt fuiſſe in B. Virgine pœnitentiam, quia ante conceptionem filij poterat peccare ſaltē venialiter, ita Paludanus in quarto, diſt.14.quæſt. quarta. Imo hoc idē videntur aſſeruiſſe nōnulli Patres. & Origenes quidem ho. decima ſeptima, in Luc. admittit, in illa fuiſſe peccata venialia: Auguſt. in libr. 99.quęſt.9.noui & veter. Teſtam. quæſt. 73. videtur aſſeruiſſe illam nonnullam dubitationem paſſam eſſe in morte Domini, & hunc fuiſſe gladium, quo illam transfigendam prædixit Simeon, quod etiam videtur ſēſiſſe Theophilactus Luc. 2. Chryſoſtom. in Pſalm. 13. & homil. quadrageſima quinta, in Matt. & 20. in Ioan. Theophilact. c[a]. tertio, & duodecimo. in Matth. & denique Euthimius ibidem videntur fateri in illa fuiſſe aliquid inanis gloriæ, & conſequenter veniale peccatum.

Origen. *Auguſt.* *Theophil.* *Chryſoſt.* *Theophil.* *Euthim.*

Digitized by Google

Damnatur ſententia aſſerens, in B. V fuiſſe peccatum veniale.

Conc. Trid.

Verum hęc ſententia iam ex cõmuni, & vnanimi conſenſu omnium, tum demum Conc. Trident. ſeſſ. 6. can. 23. exploſa eſt, ac condẽnata: vnde iam fatendum eſt, in B. Virgine nullum peccatum actuale fuiſſe ex gratia, & ſanctitate, in qua in ſui cõceptione primo a Deo O. M. confirmata eſt: neque quo ad hoc prædicti Patres, ſi quid tale dixerint, ſunt aliqua ratione à nobis audiendi: & ne tantos Patres in tam aperto errore relinquamus, cũ præſertim bene ſciamus ex alijs ipſorum locis, ipſos bene ſenſiſſe de B. Virgine, eamque omnino immunem à quocumque peccato etiam leuiſſimo, & feciſſe, & prædicaſſe; ideo hoc loco conabimur ex veritate illorum SS. Patrum doctrinam explicare. Et primo quod attinet ad Origenem, dicendum videtur vel illa verba non fuiſſe Origenis, ſed inſerta ab aliquo hæretico, vel ipſum eſſe loquutum de gladio doloris, non dubitationis, vt exponit D. Thom. 3. p. quæſt. 27. a. 4. ad ſecundum. Secundo ad D. Auguſtinum, qui multo minus relinquendus eſt in illo errore, reſpondetur ex ijs, quæ ipſe D. Thomas loco citato affert, dum explicat illum locum, quem ibidem ipſe affert, D. Baſilij, D. ſcilicet Baſiliũ loqui de dolore, & dubitatione Virginis, non perinde quaſi B. Virgo dubitauerit, ſed eo modo, quo ſolẽt aliquando homines, dum de re aliqua admirantur, quaſi de illa eadẽ re dubitare; ſic accidiſſe B. Virgini ex creatione mortis ſui filij, ita vt illa dubitatio in Virgine non fuerit infidelitatis, ſed potius cuiuſ-

Exponitur Origenes.

S.Thom.

Exponitur Aug.?

Baſilius.

A dam admirationis & ſtuporis: ſic D. Auguſtinum loqui de dubitatione B. Virginis non ex aliqua infidelitate, ſed potius, quæ procederet ex quodam ſtupore, quemadmodum dicimus de nonnullis, qui ex admiratione, qua tanguntur, vidẽtur dubitare, cum nulla vere fuerit dubitatio: eodem modo reſpondetur ad loca ex Chryſoſtomo. Ad Theophilactum reſpondemus, ipB ſum ibi nihil affirmaſſe. Ad Euthymium tandem dicimus, nos nihil tale vnquam in ipſo reperiſſe, cum tamen plurimum inſudauerimus ad id reperiendum in ſuis operibus. Atque hęc quod attinet ad horum patrum ſententiam explicandam.

Exponitur Theophil. et Euthym.

Alij ſecundo aſſerunt, in B. Virgine fuiſſe quidem pœnitentiam, C nõ quoad actum, quia nullum malum operata eſt, ſed quo ad habitum propter illum conditionatum actum, de quo ſupra, reputat probabile Didacus Nugnus vbi ſupra dub. 2. concl. 3.

Verum non placet hæc ſententia propter rationes ſupra allatas, tum præcipue, quia ille habitus fuiſſet fruſtra, vt ſupra etiam deduximus, quod nullo modo videtur D concedendum.

Alij tertiò vtuntur diſtinctione, aſſerunt enim, ſi pœnitentia accipiatur in ſua rigoroſa ſignificatione, nullo modo poni in B. Virginẽ, quia nullo modo fuit, aut eſſe potuit peccatum in illa, ſuppoſita particulari aſſiſtentia, qua præſeruabatur, cum eſſet Mater Dei, ſi vero accipiatur largiori modo, quatenus ſcilicet penitentia dicit quamdam

ratio-

Digitized by Google

rationem iuſtitiæ ad Deum, ſic poſſe poni pœnitentiam in illa, vt ſup. dictum eſt de Chriſto.

Verum neque hoc placet, nam aut hi Doctores, qui ſunt in hac ſententia, nihil dicunt, quod pertineat ad præſentem difficultatem, aut non loquuntur de pœnitentia virtute, vt nos loquimur, & nos iam ſupra diximus.

Alij vltimo omnino negant habitum pœnitentię in B. Virgine, ita Halenſ. 3. p. quæſt. 9. art. 1. memb. 3. Maior in 4. d. 14. quæſt. 2. Sotus q. 1. ar. 2. Viguerius de Sacramento pænitentiæ, §. 4. licet hi duo loquātur potius de Sacramento pœnitentiæ, quod negant fuiſſe in B. Virgine, Coſmus Philiarc. lib. 3. de dogmatibus fidei, cap. 19. Didacus Nugnus hoc dicit probabilius vbi ſup. dub. 2. concl. 3.

Reſpondetur ad dubitationem. In B. Virgine nullo modo eſſe ponendā pœnitentiam proprie ſumptam.

Probatur, quia B. Virgo nullum habuit peccatum, aut mortale, aut veniale, igitur neque habuit pœnitentiam, probatur antecedens, tum quia B. Virgo habuit maximam gratiam, ex Diuo Damaſceno oratione prima de Aſſumptione, vbi ſic habet, *Gratia abyſſum inuenit, qua animam non minus, quam corpus cuſtodiret*; & præterea ſimul cum gratia habuit omnes virtutes, quæ dicuntur per ſe infuſæ, atque omnia Spiritus ſancti dona, vt patet ex Athanaſio ſerm. de ſanctiſſima Deipara in illud, *ſanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus, vbi deſcendiſſe, ait, in Virgi-* Damaſcen. Athanaſ.

A *nem Spiritum ſanctum cum omnib. ſuis virtutibus eſſentialibus*, & D. Bernardo ſerm. de Aſſumptione. In ea verba, Prouerb. 9. *Sapientia ædificauit ſibi domum, &c. excidit colūnas ſeptem, &c. has*, inquit, *colūnas fuiſſe dona Spiritus ſancti*, q̄ fuiſſe in B. Virg. ibid. affirmat, tū quia B. Virgo nunquā amiſit gratiam, quā in prima ſanctificatione habuit, cū qua accepit donum confirmationis, & perſeuerantiæ, quod eſſe de B fide patet ex communi traditione Eccleſię, quæ id aſſerit in ea verba, *Aue gratia plena*, vnde veneratur Eccleſia B. Virginis natiuitatem, ac conceptionem, quibus colitur hoc ipſum Virginis priuilegium, quo, ſ. fuit concepta, & ſanctificata, vt patet ex Conc. Baſil. ſeſſ. 36. vbi aſſerit, antiquam eſſe Eccleſiæ conſuetudinem celebrandi hoc feſtum in honorem Conceptionis immaculatę Virginis: tū quia B. Virgo ſem- C per à prima ſanctificatione habuit ſingulare quoddam Dei auxilium, vt ne leue quidem peccatum committeret, id quod deducitur ex Cōcil. Triden. ſeſſ. 6. can. 23. vbi docet, Eccleſiam tenere, B. Virginem ex priuilegio Dei ſingulari omnia venialia peccata vitaſſe, & ex D. Auguſt. lib. de natura & gratia, ca. 36. vbi habet, *cum de peccatis agimus*, D *nullam de Virgine Matre haberi volo quæſtionem*, & clarius ex Diuo Bernardo, ſermone ſecundo, de Aſſumpt. vbi ait, *abſit, vt proprij quidquam inquinamenti hæc aliquando habuiſſe dicatur:* legatur D. Thom. 3. par. quæſt. 27. art. quarto, & quæſtio. vigeſimaquarta, de veritat. articulo nono, illud autem D. Bern. Cōc. Baſil. Cōc. Trid. D. Aug. D. Bern. D. Thom.

priui-

Digitized by Google

priuilegium conſiſtebat, ex cõi doctrina Doctorum, in actualib. & ſpiritualibus quibuſdam auxilijs diuinis, ex quibus fiebat, vt B. Virgo infallibiliter non peccaret; tum denique quia B. Virgo nullũ habuit fomitem peccati, quo pertraheretur ad peccatum, ſed illum habuit ligatum, & impeditum ex ſingulari Dei beneficio, teſte D. Thoma 3.parte, quæſt.27.articulo quarto, ad primum, caruit enim ex ſummo priuilegio peccato originali: vnde licet ipſa non habuerit formaliter iuſtitiam originalem, habuit tamen præcipuos quoſdam effectus ipſius iuſtitiæ originalis, cum fuerint in ipſa omnes motus inferiores moderati, & temperati, ac ſubditi rectæ rationi, vt habet D.Thom. 3.parte, queſt.21.ar.quarto, ad primum. Vtrum autem hũc fomitem habuerit omnino extinctum B.Virgo in prima ſanctificatione, an vero in ſecunda, eſt diſputatio inter Theologos: nobis tamen ſemper probabilior viſa eſt ſententia Halenſis vbi ſupra mem. 3.art.primo, B.Virginem in priori ſanctificatione habuiſſe oĩno extinctũ fomitẽ, vt nullo modo pertrahi poſſet ad peccatum; in ſecundo tamen accepiſſe potius perfectionẽ quandam accidentariã; ſed de vtraque ſanctificatione legẽdus eſt Halenſis loco citato, vbi multa de illis habet: igitur verum eſt noſtrum illud antecedens, Beatam Virginem nullum habuiſſe aut mortale, aut veniale peccatum, ex quo etiam conſequens verum eſſe patet, in illa ſcilicet neque fuiſſe pœnitentiã, quæ, vt iam diximus, verſatur circa alterum ex illis, modo iam explicando.

S.Thom.

S.Thom.

Bea. Virgo nullum habuit peccatũ aut mortale aut veniale.

A

B

C

D

4 Sequitur primo, poſſe concedi pænitentiam virtutẽ in Beata Virgine, vt etiam conceſſerunt Sotus vbi ſupra ar. quinto, Suarius 3.par. in quæſt.27.diſput.quarta, ſect. ſecunda, & quæſt.85.diſp.7.ſect.prima, num.decimo, & alij ſup. citati, ſi conſideremus B. Virginem ſine vllo priuilegio illorum, quæ diximus habuiſſe in ipſa conceptione; ſic enim erat filia Adæ, & viatrix, & capax peccati; & conſequenter potuiſſet habere pęnitentiam; in quo licet aduertere diſcrimẽ inter ipſam Beatam Virginem, & Chriſtum Dominum: nam hic ex vi ſua nunquam fuit capax peccati; at vero illa non ſic, ſed ex ſolo priuilegio caruit, & hinc patet, q̃d ſit dicendum ad ſententiam Paludani.

Quo conceda tur pænitentia in B.V.

Differẽtia inter Chriſtũ & B.V. quo ad pœnitentiam.

Sequitur ſecundo, loquendo de pœnitentia, vt eſt ſacramentum, neque fuiſſe in Beata Virgine, quippe quæ numquam peccauit, cum tamen peccatum debeat eſſe materia remota, & neceſſaria huius Sacramenti: & ita quemadmodum ſi forma conſecrationis adhiberetur ad lapidem, nihil fieret, vt optime docet Viguerius de ſacramento pœnitentiæ, §.quarto, verſiculo primo, ſic forma huius Sacramenti pœnitẽtię ſi applicaretur Virgini, quę numquam peccauit: vnde bene Sotus vbi ſupra irridet illos, qui dicunt ipſam Beatam Virginem fuiſſe ſolitam confiteri Ioãni Baptiſtæ.

B.V. nunquã habuerit ſacr. pænitentia.

Sequitur vltimo, quid ſit dicendum ad illa verba Simeonis Luc.2.

Verus ſenſus verborũ ex Luc.2. Tuã &c.

&

& tuam ipſius animam pertranſibit gladius, quibus videntur fundati Patres iam initio huius dubitationis citati: verba enim illa intelligenda ſunt, non de gladio infidelitatis, ſed potius de morte Chriſti: gladius enim ille fuit mors Chriſti, qui pertranſiuit animam Virginis, qui illam dolore maximo excruciauit, ita vt aliqui dixerint, ipſam mortuam eſſe cum Chriſto; ſed poſtea reuixiſſe: licet hoc non tam vere, quem pie dictum ſit: alij vero ſpaſmum paſſam eſſe, de quo S. Bonauent. lib. de vita Chriſti, capit. 77. & 79. ita tamen, vt hic ſpaſmus nullam dicat imperfectionem, ſed ſolum ponat, vt ait Sanc. Thom. intenſum quemdam dolorem rationalem ex ingenti admiratione, & ſtupore; legantur de hoc Suarius tertia parte, in quæſtione vigeſimatertia, articulo tertio, ſect. vero ſua tertia, & quæſtio. quinquageſimaprima, artic. ſecundo, ſect. vero ſecunda, noſter Mallonius in ſuo libro de ſtigmatibus Chriſti Domini, cap. decimoſexto, ad finem; inter quos tamen agnouimus litem de hoc ſpaſmo, vtrum ſit ponendus in Beata Virgine: ſed paucis dicamus, ſententiam Suarij videre veram, aſſerit enim in illa non fuiſſe talem ſpaſmum, cum, vt patet ex dictis, habuerit omnes partes inferiores omni ex parte rationi ſubditas: noſtri autem Mallonij magis piam, ſi tamen ab hoc ſpaſmo remoueamus, vt iam diximus, omnem imperfectionem, quę nulla debuit poni in B. Virgine ex priuilegio, ad quod ipſe fortaſſe voluit cum Suario.

Quid fuerit gladius qui pertrãſiuit aiam. B.V.

S. Bonau.

De ſpaſmo V. fuerit in B.V.

A B C D

QVINTA DVBITATIO. De Innocentibus.

Vtrum in ijs, qui carent vſu rationis, ponenda ſit pęnitentia.

ALij dixerunt, Innocētes omnino carere habitu pœnitentiæ, quia cum carent vſu rationis nunquā peccauerunt, neque peccare potuerunt.

Alij vero communiter aſſerunt, in illis vere eſſe ponendum habitum pœnitentiæ, ita D. Thom. in 4. diſt. 14. quæſt. prima, art. tertio, q. 3. Sotus ibidem, quæſt. ſecunda, art. quinto, Richard. art. 3. quæſt. ſecunda, Paludan. quæſtio. quarta, Maior quæſt. ſecunda, Thom. de Argent. quæſt. prima, art. primo, Gabr. quæſtio. prima, dub. primo, Halenſ. 4. p. quæſt. 55. memb. ſecundo, art. 1. & alij communiter.

S. Thom.

Reſpondetur ad dubitationem; pœnitētiam virtutem vere eſſe ponendam in innocentibus.

Probatur concluſio, quia licet paruuli ante vſum rationis nō poſſint elicere actum pœnitentiæ; non tamen denegandus eſt illis habitus, quia ſuo tempore, adueniente vſu rationis poterūt illo vti, ſi opus erit; ſed hoc ſufficit, vt in illis poſſit poni habitus pœnitentiæ, ergo, & probatur minor, quia habitus infuſi ex Richardo tantum præſupponunt poſſibilitatem ſubiecti ad actum, quæ poſſibilitas tunc vere

eſſet,

Digitized by Google

eſſet, non ſolum reſpectu ipſius ſu A biecti, ſed etiam reſpectu ſtatus, vnde non videtur negandus habitus ille innocentibus ante vſum rationis: & confirmatur, quia in baptiſmo ſimul cum gratia infundun tur omnes habitus, qui dicuntur in fuſi per ſe, & ſunt neceſſarij ad ſtatum mortalium, ergo etiam pœnitentia, vt de ſe patet, & hoc verum eſt: Vel dicamus, primum peccatũ, quod committitur ab homine, eſſe B veniale, vel eſſe mortale; nã ſi peccatum ab homine primo commiſſum ſit veniale, tunc certe habitus illi infuſus pœnitentiæ exerceret ſuum actũ, vt patet ex dictis; ſi vero ponamus, primo committi mortale; iam, etſi habitus ille pœnitentiæ infuſus ſit per ſe deperditus ex peccato commiſſo; attamen, cum peccatorum illius peccati pœnitet, iterum habitum eumdem ſpecie habet à Deo ex pœnitentia infu- C ſum, vt habet Sotus ſupra, quæſtio. ſecunda, art. quinto, quo deinde poteſt elicere actus in peccatum deteſtandum, iuxta ea, quæ ſupra di ximus.

Sequitur falſum eſſe priorẽ ſententiam, ſi ſimpliciter intelligatur; nam paruuli ſuo tempore peccare poſſunt; vt propter id egeant habitu pœnitentiæ, & non ſit fruſtra; quod ſi illa ſententia intelligatur, D vt dixerit innocentes carere habitu, id eſt, vſu habitus pro eo ſtatu, id facile concedi poſſet, ſed nihil contra nos.

Sequitur vltimo ex Halenſe vbi ſupra, memb. ſecundo, artic. primo. quod ſi pœnitentia in innocẽtibus, vt tales ſunt, non poſſit exire in actum, id eſſe per accidens, quia tunc, vt ſic, nulla adeſſet materia circa quam verſari poſſet, quia cũ illis non ſit vſus rationis, neque poterunt eſſe in aliqua proxima potentia, vt peccatum committant; at vero per ſe adueniente vſu rationis, iam peccatum erit poſſibile, tũ reſpectu naturæ, tum reſpectu ſtatus, tum aliorum omnium, cum nihil ſit, quod repugnaret huiuſmodi poſſibilitati peccandi: ex quo colligi poteſt diſcrimen horum innocentum ab alijs, quos ſupra poſuimus, præcipue vero ab Adamo, qui etiamſi ratione naturæ poſſet peccare, cum eſſet peccabilis, non tamen ratione ſtatus, qui vt ſic excludebat peccatum, ſaltem mortale: vt iam diximus, & hæc de 5. dubitatione.

Differẽtia inter innocentes & Adamum quo ad pænitentiam.

SEXTA DVBITATIO.
De Beatis.

Vtrum in Beatis ſit Pęnitentia.

ALij aſſeruerũt in Beatis manere pœnitentiã, quo ad actus perfectos, non autem quo ad imperfectos: vocant autem actum pœnitentię perfectum, vel ipſam gratiarum actionem, quam nomine pœnitentię in Beatis venire dicunt, vt Halenſ. 4. par. quæſt. 55. memb. ſecundo, art. tertio, §. primo. vel iuſtitiam quandam, qua Beatus exhibet diuinum cultum Deo, vt habent Scot. in 4. d. 14. quæſt. ſecunda, Marſi. queſt. 10.

Halenſ.

Digitized by Google

Alen.loco citato Suarius ſup. diſp. 7. ſect.1.num.10. & 11.& alij,vel ornatum quemdã vt habent Gab. in 3. diſt.33.q.1.dub.3. & videtur innuere etiam in 4.d.14.q.1.art. 3.dub.5. Argentina ibidem q. 1. art.1.Medina 1.2.q.61.art.4. ad 4. Sotus ſup.q.1.ar.5. Vnde ſecundũ hunc actum perfectum aſſerunt in Beatis eſſe Pęnitentiam prædicti DD.negant autem illam eſſe in eiſdem ſecundum actum imperfectum, quem uocant ipſum dolorem pœnitentiæ, vt S.Thom.in 4. diſt.14.q.1.ar.3. Viguerius de pœnit.§.4.verſ.5.

S.Thom.

Alij ſimpliciter negant, in Beatis manere habitum Pœnitentiæ, ſi huiuſmodi habitus ſtrictius accipiatur, quam etiam ſententiã habent multi ex ſupra allegatis DD.

Habitus Pœnitẽtiæ non manet in Beatis.

Reſpondetur igitur primo, ſi p habitum Pœnitentię intelligamus illum,quo quis vult ſatisfacere pro peccatis,à ſe cõmiſsis, videtur certum,non manere in Patria.

Probatur, quia pœnitẽtia ut ſic continet talem imperfectionem, quæ repugnat illi ſtatui, ergo, vt ſic non poterit manere in patria; Antecedens probatur, quia pœnitentia,vt ſic, reſpicit peccata à ſe facta, pro quibus intendit ſatisfacere, præterea reſpicit opera pœnalia, quibus vult ſatisfacere, vltimo imperat dolorem, & deteſtationẽ peccatorum, ſed ut ſic ille habitus pœnitentiæ repugnat ſtatui beatifico, ergo nullo modo videtur ponendus talis habitus, alias eſſet fruſtra, & ſic currerent contra illum ea omnia, quæ ſupra diximus de Adamo,& alijs.

Reſpondetur ſecundo Pœnitẽtiã manere poſſe in ijs beatis, qui in hac uita illam habuerunt;manere autem poteſt ſaltem quo ad ornatum, quatenus hic dicit complacentiam quamdam præteritæ pęnitentiæ,id quod non repugnat illi ſtatui beatifico ex Alenſe vbi ſupra §.2.vt alios omittamus.

Probatur primo,quia nõ vr̃ negandũ Beatis,quod in ipſis põt dicere aliquã perfectionẽ, & ipſorũ ſtatui non repugnat; ſed huiuſmodi eſt habitus Pęnitẽtiæ,ergo.Dicere aũt talẽ habitũ, perfectionẽ in illis, facile probari põt ex Alenſe vbi ſupra; quia memoria peccatorũ, quæ diuino fauore in vita fuerunt deleta,eſt materia,& cauſa,vt Beati magis moueantur ad laudandam diuinam bonitatẽ, atque ad agnoſcendam clemẽtiam; id quod poteſt etiam augere beatitudinẽ beatis; præterea recordari, ac meminiſſe ſe ex operibus ex gratia factis,meruiſſe apud Deum,maxime placet Beatis; Accedit,quia ex quo meminerint Beati, ſe iam habere illum habitum, quo Deo, dũ erant in hac vita, ſatisfecerunt, affertur neſcio quæ delectatio ipſis beatis,ergo cum inde tot bona, tot commoda ſequantur beatis,nullo modo erit ipſis denegãdus huiuſmodi habitus pęnitẽtiæ.non repugnare aũt illũ eũdẽ habitum ſecũdum hanc rationem illi ſtatui, de ſe patet, cum iam probatum ſit,illum eumdem afferre perfectionẽ illi, certũ autẽ eſt, quod affert perfectionem alicui rei, non poſſe cũ eadem repugnare ſecundum eamdem rationem,ergo.

Secundo

Secundò probatur, quia decet ſanctos etiam in termino, in ſe præſeferre inſignia illa, quibus Dæmonem deuicerunt, dum fuerunt in via, cuiuſmodi fuit habitus pęnitentiæ, ergo.

Tertiò probatur, quia non videtur poſſe aſſignari, à quo ille habitus pœnitentiæ, quem Beatus habuit in via, corrumpatur, dum eſt in termino, ergo in illo poterit manere.

Si dicas, illum habitum tolli, quia Deus ſubtrahit concurſum ſuum ad illum, dum Beatus fit extra viam.

Contra, quia pari ratione poſſemus dicere, Deum beatis conſeruare concurſum ſuum ad habitum illum; vnde qua facilitate contrarij id negarent; nos eadem poſſemus affirmare; ſed præterea adeſt ratio, qua nos poſſumus moueri ad id aſſerendum, vt ſcilicet, ille maneat in patria; quia id petat moralis quædam condecentia, quę facit, vt in ipſis manere poſſit huiuſmodi habitus, quæ moralis condecentia poteſt peti ex ijs, quæ ſupra attulimus ad cõcluſionem probandam. ergo, &c.

Reſpondetur vltimò. Propriè loquendo, pœnitentia non manet in Beatis in patria, quo ad actum ſuũ proprium, & formalem.

Probatur, quia actus pœnitentiæ in noſtra ſententia reſpicit voluntatem ſatisfaciendi pro peccato iam facto, ſed huiuſmodi actus non poteſt eſſe in illo ſtatu, vt patet ex priori concluſione, ergo.

Sequitur, actum pœnitentię in A ſententia eorum, qui dicunt conſiſtere in odio, & deteſtatione peccati, manere in beatis, ſi tamen ab eo auferamus dolorem, & triſtitiam, vt dixerunt Halen. D. Thom. Viguerius ſupra citati, ibidem, maxime nobis placere: ſi inquam auferamus dolorem, & triſtitiam; nã hæc nullo modo poſſunt remanere in patria, vt ex eiſdem DD. patet, & præterea ex illo Apocal. 21. *Apoc. 21.*
B *abſtergit Deus omnem lachrimam ab oculis Sanctorum*, & Iſaiæ 65. *Iſa. 65.* *obliuioni tradita ſunt anguſtiæ priores*. & hæc de hac dubitatione.

DVBITATIO SEPTIMA, Et Vltima.

De Apoſtolis confirmatis in gratia.

C Vtrum in illis, vt ſic, fuerit Pęnitentia in via.

NOtandum eſt, dupliciter nos poſſe concipere alicuius viri confirmationem in bono in hac vita; primò ex vi alicuius boni in ipſo formaliter inhærentis, quo ille fieret impeccabilis: ſecundò ex peculiari aſſiſten-
D tia Spiritus ſancti: modò ſi loquamur de priori confirmatione, certum eſt, Apoſtolos eo modo non fuiſſe confirmatos in bono; confirmatio.n. vt ſic, non eſt viatorũ, ſed comprehenſorum, cuiuſmodi tunc non erant Apoſtoli; Beati ſolum, qui æuo perfruuntur æterno, habent illam confirmationem, qua pec-

Digitized by Google

peccare non poſſunt; ſi vero loquamur de altera confirmatione in bono, certum eſt Apoſtolos fuiſſe eo modo in bono confirmatos, dum adhuc eſſent in via, ex peculiari enim Dei aſſiſtentia habebant, vt nunquam peccarent, vt habet Sotus in quarto, diſtinctione decima-quarta, quæſtione ſecunda, articulo quinto, cum tamen, qua ratione erant in via, & in ſenſu diuiſo, peccare potuiſſent, ſimpliciter loquendo.

Reſpondetur, abſolute loquendo Apoſtolos etiam confirmatos in bono, habuiſſe in via habitũ pœnitentiæ.

Probatur, quia Apoſtoli etiam in bono confirmati peccare poterant ſaltem venialiter, vt etiam habet Sotus ſupra, articulo quinto, ergo erat in illis habitus pœnitentiæ. probatur ſequela; quia vt iam ſupra ſuppoſuimus, ſaltem propter peccatum veniale ponendus eſſe huiuſmodi habitus, quo poſſit id, ſi ſit, deteſtari. Antecedens patet, quia, vt iam diximus, neque illi ſtatui, vt ſic, repugnat peccatum veniale, neque ad illud effugiendum habebatur aſſiſtentia illa particularis diuina, ne ſcilicet in veniale aliquod laberentur Apoſtoli, ſicuti diximus ex huiuſmodi aſſiſtentia factum eſſe, vt neque Beata Virgo, neque Adamus in huiuſmodi prolapſi ſint peccatum.

Probant alij ſecundo eamdem concluſionem, quia Apoſtoli etiam in illo ſtatu, vt ſic, erant viatores, ergo poterant peccare, & cadere à gratia, nam non implicat potuiſſe Deum ab illis tunc auferre ſuam particularem aſſiſtentiam; tunc autem fuiſſent in proxima potentia ad peccandum, ergo debuerunt habere huiuſmodi habitum pænitentiæ.

Sed non placet hæc ratio, quia Apoſtoli dum erant confirmati in gratia in ſenſu compoſito, non poterant peccare ſaltem mortaliter, ergo ſaltem vt ſic non egebant habitu pęnitentiæ ad peccatũ mortale deteſtandum.

Neque obſtat, quod Apoſtoli eſſent viatores.

Nam dicimus etiam Adamum fuiſſe in via, & tamen aliunde ab eo excluſum eſſe habitum pœnitentiæ, quia ſcilicet erat in ſtatu, cui repugnaret peccatum mortale.

Neque ſecundo obſtat, quod haberent Apoſtoli naturam defectibilem.

Nam reſpondemus ex hoc capite, quemcumque aliũ à Chriſto debuiſſe habere Pœnitentiam, & tamen ſuperius oſtenſum eſt, non in omnibus fuiſſe; niſi ponámus fuiſſe etiam in Apoſtolis, ſic in bono confirmatis, habitum pœnitentiæ, quo ad ornatum, quod libenter daremus propter motiuum ſupra allegatum de Beatis.

Atque hæc de hac Secunda Sectione.

SE-

SECTIO TERTIA.

De Virtute Pœnitentiæ in ordine ad aliud.

QVAESTIO PRIMA.

An Pœnitentia ſit Virtus infuſa.

SVppoſita illa diſtinctione Virtutum infuſarũ, quã ſup. nos attigimus ex Caiet. 3. p. quæſt. 85. art. 5. & 6. Cano. Relect. de pęnit. p. 2. concl. vltima, Durando in 2. d. 29. q. 2. nume. 4. Medina in p. 2. q. 5. art. 4. & ibidem Greg. Valent. q. 63. art. 3. diſput. 5. q. 6. puncto primo, & alijs communiter; vt alię dicantur infuſæ per ſe, aliæ per accidens; porro illæ dicuntur infuſæ p ſe, quæ à ſolo Deo dantur, neque poſſunt virtute naturali haberi; & ſunt, aut Theologicæ, ſcilicet fides, ſpes & Charitas; aut morales, Temperantia ſcilicet Fortitudo, Prudentia, & Iuſtitia; illæ vero dicũtur infuſæ per accidens, quæ licet poſſent haberi per propriũ cuiuſcunque laborem, de facto tamen ſolũ habentur à ſolo Deo per infuſionem, cuiuſmodi fuerunt ſcientiæ, quæ à Deo fuerunt Adamo datæ: Porro non eſt hic diſputatio; An dentur Virtutes Theologicæ infuſæ, neque an dentur morales infuſæ per accidens; ſed ſolum an dentur morales, quæ dicũtur infuſæ p ſe, & conſequenter an inter has enumerari poſsit Pœnitentia. Sed

Quæ dicantur infuſa per ſe.

Quæ infuſæ per accidens.

A antequam de Virtutibus moralibus per ſe infuſis agamus; adiudicauimus primo loco nonnulla de Virtutibus Theologicis præmittere, vt ſic melius, & facilius, quæ dicenda ſunt de infuſis, poſsint intelligi, pro quo

Supponen. primo adhuc in opinione DD. eſſe. An actus Pęnitẽtiæ ſicut fidei, ſpei, & charitatis ita fiant ab habitu gratiæ inhærente, B vt non poſsint fieri ab auxilio ſpeciali actuali Dei, abſque aliquo habitu inhærente. In quo nobis ſemper probabilius viſum eſt, non repugnare, poſſe elici huiuſmodi actum Pœnitentiæ, ſicut actũ quẽcumque alium ſupernaturalem à fideli, ſine aliquo habitu ſuperaddito, quamquam non ſine auxilio ſpeciali actuali Dei, ut ex manifeſta ratione colligitur, nam Deus ex communi Philoſophia, & Theologia C dicitur poſſe ſupplere vicem cuiuſcumque cauſæ efficientis, ergo etſi Deus de lege ordinaria concurrat cum volũtate hominis, medio habitu Pœnitentiæ ad eliciendum eiuſdem Pœnitentiæ actum; poterit tamen ſine illo habitu, ſed medio auxilio, particulari actuali ad illum eumdem actum producendum, concurrere, vt docuerunt Scot. in 3. d. 27. q. 1. art. 3. S. Bonau. D in 2. d. 28. art. 1. q. 5. Richard. ibid. Molina de Concord. q. 14. art. 13. diſp. 37. Med. 1. 2. q. 62. art. 1. concl. 3. & alij, id quod videtur eſſe cõtra Reuerẽdiſsimum Archiepiſcopum Farnenſem, &c. Fratrẽ Didacum Aluarez, Virum noſtra ætate, & eloquentiſsimum, & doctiſſimum, ac diſciplinæ Dominicanę familiæ

An actus Pænitẽtiæ poſſit fieri ex auxilio ſpeciali Dei ſine habitu.

S. Bonau.

Non placet Didacus Aluarez.

familiæ ſingularem, ac fidum tutorem, & defenſorem. Hic enim lib. ſuo 7. de auxilijs diuinæ gratiæ diſputat. 67. concl. 2. num. 6. habet hanc concluſionem, *Etiam de potentia Dei abſoluta, non poſſe liberum arbitrium prædictos actus ſupernaturales elicere, niſi per aliquod donum gratiæ, ſaltem per modum diſpoſitionis, inhærens eleuetur, & conſtituatur in ratione proxima potentiæ reſpectu eorundem actuũ.* Quam concluſionem ipſe multis probat argumentis ibidem, nos autem hoc loco vnum, aut alterum afferemus, ne omnino laborem ſubterfugiſſe videremur; quamquam & hoc videri poſsit, conſulto diſtrahi rem noſtram iam propoſitam; quod libenter damus.

Probat igitur primo Dominus Aluarez, allatam ſuam concluſionem à pari, quia implicet contradictionem, quod intellectus creatus abſque homine gloriæ inhærēte ſaltem per modum motionis videat Deum, ſicut eſt, ergo à pari, implicet etiam contradictionem, quod voluntas amet Deum ſuper omnia abſque habitu ſupernaturali inhærente, modo ſaltem ſupradicto.

Probat ſecundo, quia actus fidei, ſpei, & charitatis ſunt quãtum ad ſubſtantiam ſupernaturales, ergo potentia productiua horum actuum debet eſſe ſupernaturalis, nam actus & potentia debent eſſe proportionata; ſed liberum arbitrium abſque dono gratiæ inhęrente non eſt formaliter potentia actiua ſupernaturalis, ſed mere naturalis ergo impoſsibile eſt, quod actus quantum ad ſubſtantiam, ſupernaturales eliciat.

Verum ſi in hac re ſatis difficili definienda aliquid ex noſtro eſſet addendum, breuiter videretur dicendum, probabilius videri primos actus credendi, ſperandi, diligendi, &c. poſſe fieri ſine habitibus infuſis præcedentibus in genere cauſæ efficientis, ita vt huiuſmodi actus ſint quidem ab ipſa potentia, eleuata tamen per auxiliũ ſpeciale Dei; cuius rei præcipuam rationem iam paulo ante attigimus; et alijs facile probaremus, niſi nimis à propoſito digrederemur; ſatis igitur erit argumenta iam allata diluere. vnde etiam probabitur intentum.

Ad argumenta autem allata facile poſſumus reſpondere.

Ad priorem quidem negamus, quod tamquam verum, ac probatum aſſumitur in argumento, dicimus enim non implicare contradictionē. Viſionem beatificam fieri ſine lumine gloriæ, cum ſolo ſpeciali Dei auxilio, eleuante potentiam, quod item aſſerunt multi ex Scholaſticis, Palud. in 4. d. 49. q. 1. art. 3. concl. 2. Tho. de Argent. q. 2. art. 1. Maior. q. 4. Henricus quolibet. 7. q. 7. Zumel. 1. p. q. 12. art. 5. diſput. 2. concl. 3. & præterea probatur, quia etiamſi actio vitalis, vt vitalis, ita fiat a potētia vitali, vt hēt Aluarez, vt hæc a Deo ſuppleri non poſſit, non tamen ita fit ab alijs principijs, quæ cum potentia vitali concurrunt, vt a Deo eorum efficientia ſuppleri nō poſſit, cum videamus Deum ſupplere rationem ſpecierum in viſione beatifica; lu-

Viſio Beatifica poteſt fieri ſine lumine gloriæ.

I

ca; lumen autem gloriæ non eſt principium ipſum vitale, nam hoc eſt intellectus, qui eſt facultas cognoſcens; ſed quo hoc ipſum principium vitale eleuatur, & confortatur ad eliciendam viſionem beatificam, ergo Deus poterit ſupplere hoc lumen, vt recte aduotarunt Vaſquez. in 1. p. q. 12. q. 1. diſput. 46. cap. 2. & Suarez ibidem lib. 2. cap. 16. qui ambo in eadem, qua nos ſumus, ſunt ſententia; Probatur ſecundo præterea, quia ſi aliqua eſſet repugnantia, propter quam Deus non poſſet ſupplere vim luminis intellectus, aut eſſet, quia ad viſionem eſſet neceſſarius aliquis effectus formalis luminis gloriæ, aut quia ad viſionem non poſſet concurrere principium aliquod extrinſecum, vt videtur velle Aluarez ibidem; ſed neutrum impedit: ergo, non primum, quia tota vis luminis gloriæ reducitur ad cauſam efficientem, nam etſi formaliter conſtituat intellectum in eſſe ſupernaturali, id tamen nõ facit niſi vt habeat vim eliciendi viſionem ipſam; neque enim viſio illa habet, quod ſit actus vitalis ex concurſu hominis, ſed ex influxu ipſius intellectus. neque ſecũdum, quia alioquin Deus non poſſet cõcurrere concurſu generali ad actiones vitales; deinde ſi poſſunt concurrere habitus, ſpecies, atque alia huiuſmodi; cum Deus non ſit minus intime in intellectu, quam hæc omnia, licet non inhęreat, cur nõn poterit ipſe etiam concurrere; ex quibus patet, Deum poſſe ſupplere vim huius luminis gloriæ, quod nihil eſt aliud, quam Deũ

A concurrere cum maiori quodam concurſu ad viſionem beatificam ſine lumine gloriæ, quam cum lumine; cõſequitur pręſtare id quod fiebat a lumine gloriæ; quo fit, vt nihil ponatur in intellectu, ſed in ſolo effectu, qui eam dependentiam, quam habere debebat a lumine gloriæ, habet à Deo peculiari modo concurrente, vt fuſius explicat Suarius lib. 3. de auxilijs diuinæ gratiæ cap. 3. in fine, id quod

B nos poſſumus intelligere duobus modis, primo vt Deus velit concurrere cum intellectu operante ſecundum ſuas vires ad viſionem beatificam, ſicut per concurſum generalem vult Deus concurrere cum omnibus agentibus, vt videtur inferre Aluarez contra noſtrã ſententiam; Secundo vt Deus ſuo imperio, ac voluntate valet intellectum elicere viſionem, & ſe concurrere peculiari modo, vt vult per

C ſacramenta producere gratiam ſecundum multos, nihil addendo in ipſis ſacramentis, vt patet de aqua baptiſmali, quæ de facto eleuatur à Deo, vt efficiẽter concurrat ad animam ſanctificandam, abſque alia virtute, quę ſit in aqua, vel tamquam habitus, vel tamquam diſpoſitio, ſed ſolo concurſu diuino, & motione attingit ad tantum effectum ſacramẽtalem, vt dicemus

D ſuo loco. Deus igitur non primo illo modo, ſed ſecundo poteſt per auxilium ſpeciale concurrere ad viſionem beatificam, quia per ſeipſum ſpeciali quodam auxilio concurrendo eleuat potentiam intellectiuam, vt concurrere poſſit ad viſionem beatificam; cum enim ex ſe

Digitized by Google

ex ſe facultas intellectiua hominis non poſsit attingere excellentiam illius actus beatificæ viſionis, neceſſarium fuit lumen aliquod per modum principij, quod ſcilicet compleat ipſum principium intrinſecum, vt poſſit efficere talem viſionem; Deus igitur ſolum ſupplet hoc principium extrinſecum particulari ſuo auxilio, modo iam explicato, in quo nullo reuera videtur contineri implicantia. Vnde cum eadem ſit ratio voluntatis ad eliciendos actus etiam ſupernaturales, quę eſt intellectus ad viſionem beatificam, vt ē̃t concedit Aluarez ibidem, videtur neceſſario dicendum non implicare, quod diximus in noſtra concluſione:

Ad alteram rationem dicimus; liberum noſtrum arbitrium fieri proportionatum obiecto ſupernaturali per illam eleuationem, quæ fit per auxilium illud ſpeciale Dei, modo iam explicato, vt etiam docent Argentina, & Zumel. vbi ſupra; nam licet vitalitas operationis ſupernaturalis nullo modo poſsit ſuppleri; poteſt tamen ſuppleri ſupernaturalitas eiuſdem operationis, vt quemadmodum de lege ordinata fit per habitum inhærentem, ſic fiat per ipſum Deum peculiari quodam modo agente, & locum habitus ſupernaturalis ſupplente. Atque hæc aliter de hac difficultate dicta ſint. Sed iam redeamus ad propoſitum.

Supponendum ſecundo, dari in nobis quoſdam actus, quos ſupernaturales vocamus, qui vt ſic non poſſunt fieri à naturę viribus,

A & vt ait Illuſtriſs. Belarm. lib. primo de Gratia, & lib. arb. cap. ſecundo, ſunt ſupra naturam, & dantur ſine vllo ipſius merito, ac debito, cuiuſmodi ſunt credere, ſperare, diligere, pęnitere, &c. ſicut oportet ex Concilijs Mileuit. can. 3. 4. & 5. Africano cap. 78. 79. & 80. Araxicano ſecundo can. 9. & 25. Trident. ſeſſ. 6. can. 1. 2. 3. & 4. vt propterea ad huiuſmodi actus exercendos ſimpliciter ſit neceſſaria gratia Dei, vt habent communiter SS. Patres & prædicta Concilia cum tota Sacra Scriptura: liceat tamen hoc loco ex multis nonnulla loca ex iiſdem afferre. *Concil. Mileuit. African. Araxic. Trident.*

B

S. Auguſt. Epiſtola 107. quæ eſt ad Vitalem, ait, *liberum arbitrium ad diligendum Deum peccati grāditate perdidimus.* In Ioann. tract. 102. prope finem, ait, *prorſus donum Dei eſſe diligere Deum.* *S. Aug.*

C

Lib. de Gratia & lib. arb. ca. 18. & 19. & lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 16. ait, *vitia tunc victa eſſe reputantur, cum vincuntur amore Dei, quem niſi Deus ipſe non donet; nec aliter, niſi per vnum Mediatorem D. Chriſtum.*

Quod idem habet D. Auguſtinus de fide lib. 1. contra duas epiſtolas Pelagian.

D

S. Bernard. in tract. de diligendo Deo, conſtituit quatuor gradus dilectionis; primus eſt, cum homo nihil diligit præter ſe; ſecundus, cum aliquid diligit propter ſuum commodum: tertius, cum diligit Deum propter ipſum Deum: quartus, cum omnia & ſe diligit propter Deum, & ſubiungit tertium, & quartum gradum eſſe *S. Bern.*

cræ ſcripturę probatur ex illo Sap. 8. vbi ſic habetur. *Sobrietatem.n. & ſapientiam docet,& iuſtitiam,et virtutem,quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus*,vbi habemus,teſte Lyrano, in eum locum 4. virtutes morales a Deo hominibus dari,tẽperantiam.ſ. prudentiam,iuſtitiã, & fortitudinem; Pſalmi 93. vbi ſic legimus, *Qui docet hominem ſcientiam*, vbi ſine dubio ſermo eſt de ſapientia infuſa. Ad Rom.8.vbi habemus clarũ teſtimonium de Religione infuſa; *Nõ*,inquit,*accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timore, ſed accepiſtis ſpiritum filiorum,in quo. &c*. Alia loca ſcripturæ ex quibus colliguntur aliæ virtutes morales infuſæ, habes penes Medinam, & Greg. Valent.vbi ſupra,vt omittamus antiquiores.

Sap.8. *Lyranus.* *Pſal. 93.* *Paul.ad Rom.*

Secundo id colligi ex SS. Patribus,patet ex multis,quos affert idẽ Valent.ibid. præcipue vero ex D. Greg.hom.2.in Ezec.quo loco examinat illa verba Sap.7.*Spiritus Diuinus dicitur ſtabilis, & mobilis*,examinat, inquam, quomodo Spiritus diuinus vtrumque habeat, & inquit penes medium, *poteſt mobilitas ſpiritus requiſitione alterius conſiderationis intelligi, in ſanctorum quippe cordib.iuxta quaſdam virtutes ſẽper permanet,iuxta quaſdam vero receſſurus venit, & venturus recedit;In fide etenim ſpe,atque charitate,& in bonis ſine quibus ad cæleſtem patriam non poteſt veniri, ſicut eſt humilitas, caſtitas, iuſtitia,atque miſericordia perfectorum corda non deſerit; In Prophetiæ vero virtute,Doctrinæ facundia,miraculorum exhibitione electis ſuis aliquãdo adeſt,aliquando ſe ſubtrahit, vt humilientur: Adeſt,vt eos oſtẽſa virtute glorificet; recedit, vt ſemetipſos ſubtracta eius virtute cognoſcant &c*. Quid clarius potuit dici, quo oſtendi poſsint huiuſmodi virtutes morales infuſæ?

D.Greg. *Sap.7.*

A

Tertio colligitur ex Sac.Concilijs,nam Conc.Vienn.ſub Clemente V.celebratum,et habetur in Clement.prima de Sum.Trinit.& fide Cathol.habet hęc verba,quę faciũt maximum quid in hac re; poſtquã .n.dixiſſet Papa, eſſe hinc,inde opiniones Theologorum circa præſẽtem difficultatem;ſubdit, *Nos autem attendentes efficaciam mortis Chriſti (quæ per baptiſma applicatur pariter omnibus baptizatis)opinionem ſecundam (quæ dicit tam paruulis, quam adultis conferri in Baptiſmo informãtem gratiam, & virtutes)tamquam probabiliorẽ & dictis Sanctorum, ac Doctorum modernorum Theologiæ magis conſonam, & concordem ſacro approbante Concilio duximus eligẽdam*. Non loqui autem ibi Concilium ſolũ de Virtutibus Theologicis,ſed de quibuſcunque alijs virtutib. moralibus, patet ex contextu ipſo, vt optime aduertit Barthol. Medina vbi ſupra; Nam alias vix poſſet explicari, quomodo infantibus per Baptiſmum deleretur peccatum originale, ſi quæ ipſis infunduntur in Baptiſmo, infunderentur per modum actus, & non per modum habitus, vt habetur ex allegata Clementina prima.

Concil. Viennen. Clem.pp.

B C D

Clarius hoc definitum eſt ex Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. quo loco *Conc.Tr.*

 ſic ha-

ſic habetur; *Hanc diſpoſitionem, ſeu præparationem iuſtificatio ipſa conſequitur, quæ non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem Gratiæ, & donorum*, vbi certe Conciliū loquitur de omnibus donis, & Theologicis, & Moralibus, quæ ſimul cum gratia iuſtificante homini dantur; vnde quoniam huiuſmodi gratia, quæ tunc infunditur, B eſt per modum habitus, vt patet ex eodem Concilio loco citato, & can. 2. ſic idem dicendum eſt de virtutibus, & donis, quæ ſcilicet illa infunduntur.

Tertio probatur ratione, quia de ratione habitus eſt, vt proximę habilitet, & eleuet potentiam ad agendum, ergo ſicuti dantur habitus naturales acquiſiti ad eleuandam, & diſponendam potentiam in ordine ad naturalia, ita debue- C runt dari alij morales infuſi ad eādem eleuandam ad ſupernaturalia. Confirmatur primo ex D.Tho. 1. 2. q. 63. art. 4. Virtutes Morales acquiſitæ ex obiecto, & alijs ſunt diſtinctę à moralibus infuſis, ſed acquiſitæ dantur ad finem naturalem conſequendum, rationi debitum, ergo ſunt etiam dandæ infuſę ad finem ſupernaturalem obtinendum; Antecedens patet, tum D quia infuſę ſunt ordinis ſupernaturalis, & neceſſario connexę cū gratia, vt habent Medina, & Valentia vbi ſupra, quorum neutrum conuenit acquiſitis; dicūtur autem infuſæ ſuperioris ordinis, quia hominem diſponunt ad viuendum ſecundum Deum, finem ſupernaturalem; cum tamen acquiſitæ ſint ad vitam ſolum humanam, & ciuilē traducendam; ſequela probatur, quia homo eſt ad vtrumq; finem ordinatus, ergo debuit habere, quo ad vtrumque eleuaretur. Confirmatur ſecūdo, diſpoſitio diuina petit, vt omnia ſecundum ſuum eſſe proportionatum, intrinſecum ordinētur ad ſuum finem, ergo etiā, vt homo aſſequeretur ſuum finē ſupernaturalem, per media ſupernaturalia, proportio enim petit, ſi finis ſit ſupernaturalis, & media debeāt etiam eſſe ſupernaturalia, eaque intrinſeca, ergo debuerunt dari huiuſmodi virtutes infuſę morales, quibus homo ad talem finē poſſet ordinari: Cōfirmatur tertio ex Conc. Vienn. vbi ſupra, nam loquens de lumine gloriæ, ait, propterea illud debere eſſe per modū habitus, vt potentia intellectiua poſſet conſtitui in actu primo apta ad videndum Deum; ergo ead. ratione, vt proxime conſtitueretur homo ordinatus ad finem ſupernaturalem, debuerunt illi dari huiuſmodi virtutes infuſæ per modum habitus.

Ex his patet, cum in paruulis ſit capacitas ad huiuſmodi habitus morales infuſos, ex Auguſt. lib. de prædeſt. SS. cap. 5. dicente de habitibus Theologicis; *poſſe habere fidē, & charitatē naturæ eſſe hominum; habere autem gratiæ fidelium*; debuiſſe illis dari huiuſmodi habitus, quibus illi ſuo tempore elicerent eorum operationes ſupernaturales. Vtrum autem huiuſmodi habitus dentur ſolum ad hunc finem alibi dicetur.

S. Thom. Conc. Viē nen. D. Aug.

Vtrum

Digitized by Google

Vtrum vero actus virtutũ moralium acquiſitarum differant omnino quoad ſubſtan tiam ab actib, infuſarum facile poteſt probari ita eſſe, quia medium, quod requirit virtus infuſa, eſt omnino diſtinctũ, a medio virtutis acquiſitæ, ergo etiam ipſę virtutes eſſentialiter diſtinguuntur; Confirmatur, quia tẽperãtia acquiſita verſatur quidem circa materiam delectabilem, quatenus ſtat ſub rectæ rationis regimine, & conſequenter Dei, vt eſt auctor naturalis; at vero vt eſt infuſa, licet verſetur circa eamdem materiam delectabilem, verſatur tamen, vt cõducit ad finem ſupernaturalẽ, quatenus ſcilicet eſt conſentanea regulæ diuinæ nobis per fidem notæ, atque adeo vt continetur ſub dictamine rationis diuinæ; quo item diſtinguuntur virtutes acquiſitæ a virtutibus infuſis, quæ verſantur immediate circa Deum ex communi Theologorũ ſententia; certum enim eſt, actus fidei, ſpei, & charitatis omnino diſtingui ab act bus ſimilibus, qui poſſunt fieri propter rationem aliquam humanam, vt habet Medina. 1.2.q.62.art.2. nam actus fidei diuinæ infuſæ (quod dicimus de fide, idem intelligẽdum eſt de alijs infuſis, vt ſic) eſt, quo credimus Deo propter teſtimonium ipſius dicentis, qui omnino diſtinctus eſt ab illo, quo credimus Deum eſſe trinũ & vnum, propter teſtimonium hominis, cui fidem haberemus; diſtingui autem hæc duo patet, quia vtrobique eſt diuerſa ratio credẽdi; vt propterea altera ſit fides humana, illa prior infuſa, & diuina; Vnde etſi tam acquiſitæ, quam infuſę virtutes poſsint habere idem obiectum materiale, quia tamẽ formale eſt omnino diſtinctũ, ideo actus ſunt omnino diſtincti, & conſequenter ipſi etiam habitus, & virtutes; nam ratio diſtincta attingendi ſuum obiectũ bene facit diſtinctionem eſſentialem inter ipſas virtutes. plura circa hoc legi poſſunt circa prædictos Medinam, Valentiam, locis citatis.

Virtutes infuſa diſtinguuntur ab acquiſitis.

Sequitur ſecundo, non ſine maxima temeritate nunc negari poſſe huiuſmodi habitus morales infuſos; cum iam habeamus auctoritatem Conc. Vienn. et Trid. vbi ſupra, quæ hanc rem videntur pene definiuiſſe, vt habẽt Med. vbi ſup. q.63.art.3. Sot.lib.2. de Natura, & Gratia cap.17. & 18. Greg. Valent. item vbi ſup. diſput.5. q.6.

Non negãtur habitus morales infuſi.

Sequitur tertio, idem dicendum eſſe de virtutibus Theologicis, eſſe .ſ. habitus quoſdam infuſos, licet. n. quæ teſtimonia ex ſcriptura afferuntur ad hoc probandum, nõ incõmode explicari poſsint de actibus, vt eſt illud Pauli ad Heb. 11. *ſine fide impoſsibile eſt placere Deo*, ibi. n. Paulus, cum loquatur de adultis, facile explicari poſſet de actu fidei, & Innocentius Papa tertius in cap. Maiores de Baptiſmo, reliquerit inſolutam hanc quęſtionem; Vtrũ ſcilicet in Baptiſmo infundãtur huiuſmodi habitus; multo tamen probabilius, ac certius, & Sacris litteris conformius, dari huiuſmodi habitus Theologicos infuſos, nam Ioan. 15. hoc non obſcure traditur, cũ dixit. *Si quis diligit me, diligetur a patre meo, & ad eum veniemus,*

An virtutes Theologicæ ſint habitus.

Paul. ad Hebr.

Innoc. 3.

Ioan. 15.

niemus, *& manſionem apud eum faciemus*. Et ad Rom. 5. *diffuſa eſt charitas in cordibus noſtris*; & prima Ioan. 5. *Qui ex Deo eſt, non peccat, quoniam ſemẽ eius in eo manet*, quibus locis verba illa manſionem &c. Diffuſa &c. & ſemen &c. ſatis indicare videntur rationem habitus. Accedit auctoritas tum Conc. Vienn. ſupra allegata, vbi hoc non obſcure traditur, tum p̃cipue Cõc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. vbi ſic dicitur: *id tamen in hac impij iuſtificatione fit, dum eiuſdem ſanctiſſimæ paſſionis merito per Spiritum ſanctum charitas Dei diffunditur in cordib. eorum, qui iuſtificantur, atque ipſis inhæret*, & can. 2. *Si quis dixerit homines iuſtificari, vel ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti, vel ſola peccatorum remiſſione, excluſa gratia, & charitate, quæ in cordibus eorũ per Spiritum ſanctum diffundatur, atque illis inhæreat, aut etiam gratiam, qua iuſtificamur eſſe tantum fauorem Dei, anathema ſit*. ex quib. ſatis mens Cõcilij manifeſtatur, ac declaratur, vt. ſ. quę a Deo nobis dãtur, quib. iuſtificamur, eſſe per modum habitus, non actus. Sed de his fuſius ad alium locum pertinent.

Ad Rom. 5. — 1. Ioan. 5. — Conc. Tr.

Secunda concluſio. Habitus Pænitentiæ ex genere cenſendus eſt infuſus, & ſupernaturalis.

Probat hanc ſententiam Canus Relect. de pęnit. p. 2. tum ex ſcripturis, tum ex SS. Patribus, tum ex Concilijs, tum denique ratione.

Et primo quidem ex ſacris ſcripturis. Thren. 5. *Conuerte nos Domine, & conuertemur*. Ad Rom. 2. *Bonitas Dei ad Pænitentiam te adducit*. Hier. 31. *poſtquam conuertiſti me, egi pænitentiam*; quæ loca, inquit, ſatis demonſtrare hanc pęnitentiæ habitum.

Thren. 5. — ad Rom. 2. — Hiere 31.

A

Item ſecundo probat ex SS. Patribus, D. Aug. lib. 5. contra Iulianũ ca. 3. præſertim vero lib. de fide ad Petrum cap. 31. vbi ait, *firmiſſime tene, neminem poſſe pænitentiam agere, niſi quem Deus illuminauit, et gratuita ſua miſeratione conuerterit*, quæ ſatis, inquit, oſtendere hãc pænitentiam habitualem. Tertio probat ex ſacris Concilijs, ſcilicet, Tridentino ſeſſ. 6. cap. 5. 6. & 7. vbi dicitur, *Si quis dixerit ſine præueniente Spiritus ſancti inſpiratione, atque eius adiutorio hominem pęnitere poſſe ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia cõferatur, anathema ſit*. Sed probat vltimo ratione, ex eo, quia non ſit alia cauſa neceſſaria ponẽdi habitus infuſos, a Deo, niſi vt homo proportionatus, atq; intrinſece diſpoſitus ſe habeat ad producẽdos actus ſupernaturales, ergo vt homo pæniteat, neceſſario illi infũdi debuit habitus pęnitẽtię.

S. Auguſt. — B — Conc. Tr. — C

Verum neq; prædicta loca, neque ratio videntur probare, quod intenditur a Cano, nam quod attinet ad illa loca, tũ ex ſcripturis, tũ ex Concilio illa ſatis bene explicari poſſunt, vt loquãtur de actu, nõ de habitu; actus aũt non poſſe elici ſine motione particulari diuina, clare patet ex dictis: pręterea loca ſcripturæ, vt plurimũ, loquũtur de cõtritione, non de pęnitentia, de qua nunc nos loquimur; Accedit quod ſolum probant ſupradicta loca requiri motionem diuinã ad huiuſmodi actus. Vnde bene S. Auguſtinus vocauit virtutem, non habitũ, ſed

Non placet Canus. — D

ſed bonum vſum, & actum mentis, quam ait Deum operari in nobis, ſine nobis, id eſt, ante noſtrum conſenſum, immittendo cogitationes, & inſpirationes erga bonum, & timores erga malum, ſic enim habet lib. de Gratia & lib. arbit. capit. decimoſeptimo. *Deus, qui præparat voluntatem, & cooperando perficit, quod operando, incipit; quoniam ipſe, vt velimus, operatur, incipiens, qui volentibus cooperatur, perficiens.* & poſt pauca, *vt ergo velimus, ſine nobis operatur, cum autem volumus, & ſic volumus, vt faciamus, nobiſcum cooperatur; tamen ſine illo, vel operãte, vt velimus, vel cooperante, cum volumus ad bona pietatis opera, nihil valemus.* S. Aug.

Quod autem ad rationem attinet, neque illa probare videtur intentum; nam ſi dicamus pœnitentem conſtitui ſufficienter poſſe in eſſe proportionato per auxilium aliquod particulare; quo ad eſſe ſupernaturale eleuaretur, & aptus conſtitueretur ad eliciendos actus ſupernaturales, iuxta ea, quæ ſupra diximus de viſione beatifica, iam rueret vis illius.

Ex q̃ bus ſatis patet, ex adductis omnibus à Cano ſolũ efficaciter probari, ad actum penitẽtię neceſſariam eſſe gratiam, quod libẽter damus; nõ autem inde deduci eſſe habitum infuſum moralem; nam ſatis probabilis eſt ſñia Theologorũ, vt ſupra oſtenſum eſt, actus ſupnaturales poſſe elici ex aſſiſtẽtia particulari diuina, pręſuppoſita fide, & cognitione ſupnaturali Dei, ſine aliquo habitu inhęrẽte infuſo.

A Quod ſi dicas cum Medina vbi ſupra artic. 2. ſupernaturalitatem actus indicare virtutem a qua fluunt, habitualem, ſupernaturalem, & infuſam.

Reſpondetur, hoc ipſum eſſe in quæſtione, quomodo ſcilicet huiuſmodi effectus ſupernaturalis innuat cauſam, & principium habituale, nam, vt iam diximus, actus ſupernaturales, qui fiunt ex lege Dei ordinaria ab habitibus infuſis B præcedentibus, fieri etiam poſſunt quantum ad ſubſtantiam operis ab homine adiuto ſolo ſpeciali auxilio diuino; Vnde effectus ſupernaturalis bene quidem poteſt innuere principium ſupernaturale, quod tamen poterit eſſe, aut habituale, aut actuale; non tamen habituale neceſſario.

Probatur igitur primo authoritate Concilij; nã ſeſſ. 6. poſtquam C ca. 6. aſſignauerat diſpoſitiones ad iuſtificationẽ ca. 7. ſic habet, *Hanc diſpoſitionem, ſeu præparationem iuſtificatio ipſa conſequitur, quæ non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & sãctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ, & donorum; vnde homo ex iniuſto fit iuſtus, & ex inimico amicus, vt ſit hæres ſecundum ſpem vitæ æternæ.* Ex quibus D ſatis patet, Concilium eodem modo loqui de his virtutibus, quomodo de ipſa gratia; cum qua infunduntur in iuſtificatione peccatoris; ſed certum eſt huiuſmodi gratiam eſſe donum per modum habitus, vt alibi oſtendemus, ergo etiam dona erunt eidem collata per modum habitus, non actus. Conc. Tr.

Secun-

Secundò probatur, quia obiectum Virtutis Pęnitentię eſt aliquid ſimpliciter, & intrinſece ſupernaturale, eſt enim propoſitum ſatisfaciendi Deo ex culpa offenſo, ergo media omnia ad illud conſequendum, debent eſſe ſupernaturalia, ergo debet dari aliquid ſupernaturale, quo voluntas intrinſece eleuetur ad eſſe ſupernaturale, & fiat potens ferri in illud propoſitum; ſed hoc aliquid non poteſt eſſe actuale, quia hoc de facto in naturalibus eſt ſemper habituale, ergo per modum habitus: ergo erit habitus, & non acquiſitus, quia nō naturalis, ergo infuſus, & ſupernaturalis, ergo Pęnitentia erit habitus moralis, ſupernaturalis, infuſus: Confirmatur, quia debet dari aliquid in voluntate, quo ipſa conſtituatur in eſſe ſupernaturali; & eleuetur ad Deum obiectum ſupernaturale; ſed hoc non poteſt eſſe de facto, niſi habitus ſupernaturalis, ergo probatur minor, quia in his non aliter debemus philoſophari, quā iuxta naturam potentiarum naturalium, quibus connaturale eſt operari ex habitibus, ergo, etiam noſtra voluntas in ſuis operationibus etiam ſupernaturalibus habebit operari per habitus, ergo illud, quod conſtituet voluntatem in ordine ad tale obiectum ſupernaturale, erit habitus quidā ſupnaturalis, & non Theologicus, vt patet, ergo moralis, non naturalis, vt etiam patet, ergo ſupernaturalis, ergo neq; acquiſitus, ſed infuſus; Confirmatur ſecūdo, quia obiectum Virtutum moralium infuſarum eſt ordinis ſupernaturalis formaliter, ergo non poteſt attingi, niſi per actus ſupernaturales, ſed huiuſmodi actus non poſſunt imperari, aut elici niſi à virtute, quia ex Medina vbi ſup. q. 63. art. 1. hęc eſt, quę perficit potentiam, ac diſponit ad optimum modo aptiſſimo pro ratione obiecti, ergo Pęnitentia cum ſit talis, erit Virtus, ergo erit habitus, ergo ſupernaturalis, ergo infuſus.

A

B

Tertio probatur concluſio, quia eodem modo videtur poſſe philoſophari de Pęnitentia Virtute, quo philoſophamur de viſione beatifica; ſed iam longe probabilius diximus, lumen glorię de facto eſſe habitum, quo intellectus beatorū informatus elicit viſionem beatificam, ergo etiam Pęnitentia erit habitus, quo voluntas informata elicit illud propoſitum ſatisfaciendi Deo ex culpis commiſſis, probatur antecedens, quia Concilium Vienenſe vbi ſupra, eodem modo videtur loqui de lumine glorię, et de cęteris Virtutibus, & non ſolum Theologicis, ſed etiam moralibus, ſed Concilium dicit probabilius eſſe, lumen glorię eſſe habitum, ergo etiam idem dicendum eſt de Virtutibus; ſed eadem eſt ratio de Virtute Pęnitentia, ergo pœnitentia erit habitus, & cum non ſit naturalis, ſed ſupernaturalis ex Concil. Araxicano docente, Voluntatem recompenſandi iniuriam diuinam eſſe ſupernaturalem, ſicuti eſt voluntas credendi; erit Pęnitentia habitus infuſus moralis.

C

Conc. Vienen.

D

Conc. Araxi c.

Probatur quarto, Actus virtutum Theologalium non alia ratione

Digitized by Google

tione requirunt habitus ſupernaturales, niſi quia ſunt actus quoad ſubſtantiam ſupernaturales, ergo etiam actus Pœnitentiæ Virtutis, qui intrinſece & ſecundum ſubſtantiam eſt ſupernaturalis, requiret habitum etiam ſupernaturalem, à quo eliciatur, neque quo ad hoc vlla poteſt aſſignari diſparitas, ergo Pęnitentia erit habitus ſupernaturalis; ſed huiuſmodi habitus non poteſt eſſe acquiſitus, quia ſuperat vires humanas, ergo erit infuſus, ergo Pœnitentia erit Virtus ſupernaturalis infuſa: Actus autem harum Virtutum præſupponere habitus ſupernaturales, probatur, quia actus de facto preſupponunt ſuos habitus, & vt ait Suarius libro tertio de auxilijs capit. 1. ſunt eiuſdem ordinis cum ipſis habitibus, à quibus eliciuntur, ergo cum actus pœnitentiæ virtutis ſit ſupernaturalis, quia verſatur circa obiectum ſupernaturale, Pœnitentia etiam erit habitus ſupernaturalis, & non acquiſitus, ergo infuſus.

Pœnitentia alia naturalis, alia ſupernaturalis. S. Thom.

Notandum autem eſt, non videri aliqua ratione negandum, dari duas illas Pœnitentias, alteram naturalem, alteram ſupernaturalem, vt habent S. Thom. in 2. diſt. quinta quæſt. ſecunda, art. primo, & in quarto diſtinction. 17. quæſt. prima, art. ſecundo, q. 2. ad quartũ, vbi agit de illa Pęnitentia, quæ ex cognitione naturali eſſe poteſt, antequam habeatur finis, Scotus in 4. diſtinct. 14. queſt 2. vbi docet, quod S. Auguſtin. ait Pęnitentiam eſſe non poſſe ex viribus naturę, eſſe intelligendum de pœnitentia fructuoſa; *Pœnitentia enim*, inquit, *abſolute eſſe poteſt ex viribus naturæ; ſed non fructuoſa*. Richard. 4. diſtinct. 14. a. quarto quæſt. prima Scotus libro ſecundo de Natur. & Gratia capit. tertio. vbi ait hanc ſententiam Scoti eſſe plurium Doctorum, cap. vero 14. circa finem, ait attritionem, & contritionem eſſe poſſe, aut ex viribus naturæ, & auxilio generali Dei, aut ex ſingulari Dei influxu; actum autem pęnitentię naturalis non eſſe ſufficientem diſpoſitionem ad gratiam; ſimilia docet in 4. diſtinct. 17. quæſtio. ſecunda. art. quinto, Caietanus etiam tomo opuſcul. tract. 4. qu. 1. Canus relect. de pęnit. part. 3. & ratio ipſa videtur ſuadere, nam quẽ admodum ex D. Thom. p. 1. q. 60. art. quinto, ad 4. & q. 109. art. 3. ad primum, & 2. 2. quæſtio. 24. art. ſecundo, duplex aſſignatur amor beneuolentię erga Deum, naturalis ſcilicet, quo amatur Deus, vt finis naturalis; & ſupernaturalis, quo amatur, vt finis ſupernaturalis, ſic debet dari duplex pœnitentia de peccatis, vt ſunt iniuria Dei finis naturalis, & ſupernaturalis; prior dicetur Pœnitentia naturalis, altera ſupernaturalis: legatur Molina de hac duplici Pœnitentia de concord. lib. arbit. quæſt. 14. a. 13. diſput. 13. m. 1. vt alios omittamus: Quamquam igitur hoc verum ſit, non tamen ita eſt intelligendum, vt tam vna, quam altera Pęnitentia ſit in vno, & eodem fideli de eodem peccato; ſed quia Pœnitentia naturalis ſeorſim poſſit reperiri in eo, qui caret fide, quam Caietanus

S. Thom. Duplex amor beneuolentia in Deum

vbi

vbi ſupra appellauit virtutem ſim pliciter; ſed melius Scot. Sot. & alij vbi ſupra, appellarunt imperfe-ctam, & informem; At vero in viro fideli non videtur ponenda aliqua pęnitentia naturalis; nam, poſita fide, fidelis deteſtatur peccatum propter ſolum finem ſupernaturalem; in quo differt Pęnitentia ab alijs virtutibus moralibus infuſis, nam alię tam ſecundum eſſe acquiſitum, quam ſecundum ſuum eſſe infuſum poſſunt eſſe in eodem homine, id quod facillime ꝓbari poteſt, quia temperantia hoc ipſo, quod eſt ſecundum regulas rationis, eſt etiam ſubordinata regulis ſupernaturalibus, imo Gab. in 3. d. 36. q. vnica dub. 2. dixit, virtutes huiuſmodi infuſas non poſſe in actum prodire ſine virtutibus acquiſitis, quod vtrum verum ſit, alibi examinandum erit; legatur interim Valentia ſup. diſput. 5. q. 6. punćto primo ad argumentū. At vero pęnitentia non ſic poteſt remanere in eodem homine, quia pęnitentia, quę fertur in Deum, finem ſupernaturalē, eſt intrinſece ſupernaturalis; & probatur. præter ea, quibus ſupra hoc ipſum probatum eſt, quia pœnitentię actus, quem nos iam ſupra toties aſſignauimus, talis eſt in ſe, vt effici ſufficienter nequeat à viribus naturę; quare aliquid in ſe habet, quod naturę ſuperat facultatem; hoc autem nihil eſſe poteſt, pręter ſubſtantiam, & eſſentiam ipſius, quam habet per habitudinem ad ſuum obiectum formale, ad quod neceſſarium eſt auxilium aliquod ſupernaturale; quando autem hu-

A iuſmodi auxilium neceſſarium eſt ad aliquem actum, non propter aliquam difficultatem accidentalē obiecti materialis, verbi gratia, alicuius tentationis, ſed vniuerſaliter, & in quocunque caſu ſignū euidens eſt, talem actum ex natura ſua eſſe ſupra facultatem naturę, ac propterea ſemper indigere aliquo aliō principio, à quo producatur; Voluntas autem illa ſatisfa-

B ciendi Deo offenſo, fini ſupernaturali, per actum contritionis; quam diximus eſſe formalem actum virtutis pœnitentię, cum ſemper habeat, ac pręſeferat vim quamdam habilitandi, ac diſponendi hominem ad Iuſtitiam, indiget principio ſuperaddito facultati naturæ, & cōſequenter, ipſa pęnitentia tota in eſsētia erit ſupernaturalis, vnde non poterit illa duplex pœnitentia in vno, & eodem fideli repe

C riri, ſed neceſſario ſemper erit ſupernaturalis propter cauſam iam aſſignatam.

Sequitur primo, poſita fide, & cognitione Dei ſupernaturali, non repugnare, cum ſolo auxilio diuino, abſq; habitu produci actum pœnitentię eiuſdem plane rationis, cum eo, qui elicitur ab habitu; quod eſt contra Heruęum quol. quinto, quæſtio. uigeſimatertia. qui vult omnem

Actus Pœnitentia poteſt elici ſine habitu, & eſt eiuſd. rationis.

D actum ſupernaturalem elici ab habitu, & contra Canum Relection. de pœnitent. parte prima, qui exiſtimauit actum pœnitentiæ ſemper elici ab habitu, ita vt aliter elici non poſſit, quod autem nos diximus, videtur D. Thom. tertia p. quæſtio. 85. art. 5.

quo

Digitized by Google

quo loco ponit quemdam ordinem in hac noſtra Pænitentia, primo enim vult, eſſe motionem quamdam diuinam, ſecundo, neſcio quem motum fidei, tertio, motum timoris ſeruilis, quarto, motum ſpei, quinto, deteſtationem, & odium peccati, vltimo voluntatem ſatisfaciēdi Deo, qui eſt actus proprius pęnitentię, de qua nos hic proprie loquimur; hoc autem ordine poſito neceſſario ſequitur, actum pænitentiæ elici ſine habitu: ſequela probatur, quia actus pęnitentiæ eſt diſpoſitio ad gratiam, ergo aliquo modo eſt prior gratia; habitus autem pęnitentiæ, vel eſt poſterior, vel ſimul natura cum gratia, cum qua infunditur, ergo ſequitur ex S. Thom. actum pęnitentiæ non elici ab habitu.

Scimus, Canum reſpondere huic argumento noſtro, Actum Pęnitentiæ diſpoſitiue, & quaſi materialiter eſſe priorem infuſione gratiæ; Infuſionem autem gratiæ in genere cauſæ formalis eſſe priorem pænitentiæ habitu; numquā tamen concedendum eſſe, actum pęnitentiæ eſſe priorem habitu, quod totum ipſe probat exemplo qualitatum primarum, & ſecundarum in ordine ad formam, ad quam diſponunt.

Re'icitur Canus. Sed contra. Reſpondetur enim exemplum adductum de qualitatibus mancum eſſe, quia qualitates ſecundæ nullam habēt cauſalitatem in ordine ad primas, vt alibi dicitur, cum tamen ex Cani ſententia ſit efficientia habitus in ordine ad actum, & contra; & pręterea qualitates ſecundas tempore præcedere formam, cuius dicuntur diſpoſitiones, cum tamen actus pęnitentiæ ſolum diſpoſitiue præcedant habitum eiuſdem, & cum in ſententia Cani verum ſit, actum Pęnitentiæ præcedere ſuum habitum, ſaltem tamquam diſpoſitionem; ſemper intelligi debere actum illum habere eſſe; quod ſi ita; neceſſario debet eſſe poſterius ſuo producente; maxime, ſi loquamur de producente efficiente, vt habet S. Tho. p. 2. qu. 51. ergo cum actus ſecundum Canū producatur ab habitu, neceſſe eſt intelligere habitum prius habere eſſe, quam actus intelligatur productus, ergo in ſententia ipſius vix intelligi poteſt, quomodo actus pęnitentiæ ſit prior ipſo habitu. *S. Thom.*

Neque obeſt diuerſitas cauſalitatis, quia cauſalitas diſpoſitionis, quam Canus ibi aſsignat, partim reducitur ad cauſalitatem materiæ, partim ad cauſalitatem efficientis; ſi reducat ad cauſalitatem efficientis, Contra, quia ſequeretur idem eſſe prius, & poſterius in eodem genere cauſæ, quod impoſsibile eſt, ſi vero ad cauſam materialem; illa vel eſt prior efficiente, vel independens ab illo; quare neque etiam hoc dici poteſt: dicendum igitur eſt actum Pęnitentiæ poſſe produci ſine habitu, etiam in ſententia D. Thomę. præterea

Probāt hoc idem, quę ſupra adduximus de productione actuum, actus. ſ. ſupernaturales poſſe produci a Deo ſine habitibus, adhibito maiori ſuo concurſu; cum enim Deus

Deus ſua potentia poſſit ſupplere vicem cuiuſcunq; cauſę efficientis, ſine dubio poterit etiam ſupplere cauſalitatem habitus pęnitētię in ordine ad ſuum actum, quare ſic ſaltem non videtur negandum, poſſe produci actum Pęnitentię ſine habitu, modo ſupra explicato.

Sequitur ſecundo, ſi cum ſolo particulari auxilio diuino frequētentur actus Pęnitentię, non repugnare produci habitum, inclinantem ad actus eiuſdem rationis cū Pęnitentia infuſa, quod concedit Illuſtriſſimus Caietanus vbi ſupra art. 6. & poteſt probari ratione, quia hi actus eodem plane modo afficiunt potentiam, quo actus plane naturales, ſed hi apti ſunt producere habitum, ergo et illi; neque propterea deſinet ille habitus productus ſic, à ratione habitus infuſi, quia non habetur ſimplicitur ex ui, & multiplicatione actuum, ſed ex diuino placito ad primum actum datur, & infunditur; in quo ſine dubio diſtingueretur ab acquiſito, qui nonniſi per frequentationem actuum comparatur; id quod facile concederent, qui dicerēt habitus acquiſitos eiuſdem rationis cum infuſis; legatur Richardus in 4.d.14.art.4.q.1.

Sequitur tertio, ex frequentatione actuum poſt habitum infuſum Pęnitentię, non produci nouū habitum diſtinctum, ſed eumdē intendi; non produci habitum diſtinctum, probari facile poteſt, quia, vel produceretur habitus diſtinctę, vel eiuſdem rationis; non eiuſdē, quia fruſtra poneretur, nō

A diuerſę, quia, vt iam diximus, in fideli non eſt duplex illa pęnitentia; ſed ſola pęnitentia infuſa, & ſupernaturalis, quę fertur in Deum finem ſupernaturalem; Intendi autem eumdem Pęnitentiæ habitum patet, quia cum habitus non conſiſtat in indiuiſibili, poterit per additionem noui gradus, ſimilis pręcedentibus, intendi. legatur Valentia 1.2. diſput.4.q.4. puncto 3.

B vbi agit ſatis ex profeſſo, & clare, quomodo habitus augeri poſſit etiam ex ſententia D. Thomę.

Atquæ hęc dicta ſint quoad ea, quę ad hanc quæſtionem pertinere videbantur.

QVAESTIO SECVNDA.

C

Qua ratione Actus Pęnitentiæ ſit in nobis.

NON diſputabimus hic contra Hęreticos, qui eum affirment, nullum eſſe liberum arbitrium, aſſerunt Pęnitentiam effici à ſolo Deo.

Neque diſputabimus contra Pelagianos, qui, cum tantum tribuant libero arbitrio, aſſerunt nul

D lo modo ad huiuſmodi actū Pęnitentię concurrere gratiam: de quo errore multa ſcripſit D. Auguſtinus, tum alibi, tum contra duas Epiſtolas Pelag. cap. 6. De Gratia Chriſti cap.3. & 4. & epiſt. 90. 105.& 106. ad Paulinum, & lib. de prędeſtinat. SS. contra duas epiſtolas Pelag. *D. Aug.*

Sed contra vnum, & alterum

errorem

errorem iam ſunt definitiones Cõ- A cil.Mileuit. cap.3.4. & 5. African. cap.78.79. & 80. Araxic. ſecundi.cap.4. & 9. & Tridentini ſeſſ.6. cap.5.& can.4.& 5.

Conc. Mileuit. *African.* *Araxic.* *Trident.*

Sunt preterea contra eoſdem errores ſancti Patres. D. Hieronymus Epiſtola 66. ad Cteſiphontē de erroribus Pelagij, vbi dicit *Velle, & currere meum eſt, ſed ipſum meum ſine Dei auxilio, non erit meum.*

S.Hieron.

B

S.Fulgēt. Fulgentius de Incarnat. & Gratia c.20. *Gratia Dei humanum ſanatur, non aufertur arbitrium.*

S. Aug. S.Auguſtinus libr. Hypognoſt. *Neq; gratia ſine libero arbitrio ſacit hominem habere beatam vitam, nec liberum arbitrium ſine gratia.*

Leo. Leo in epiſtola ad Petrum Antiochen. *Gratiam prauenire, & ſubſequi hominem, credo, & profiteor; ita tamen, vt libertatem arbitrij rationali creatura non denegem;*

C

Quare illud ſolum hoc loco occurrit diſputandum, qualis debeat eſſe motio diuina, vt voluntas poſſit elicere actus pęnitentię; An ſcilicet in ſingulis conuerſionibus ſit homo excitandus ſingulari aliqua motione ad illius actus eliciendos; An vero ſufficiat habitus pęnitentię cum communi concurſu ſimul tanneo.

D

S. Thom. Prima ſententia eſt S. Thomę 1.2.q.109.a.1.& 9. Greg. Arimin. in 2.d.29.q.1. Driedon. de captiuit. & Redempt. gen. hum. t.5.c.2. Medina 1.2.q.109.a.9. Aluarez lib.9. de auxil.88. contendunt, in ſingulis conuerſionibus neceſſario requiri ſingulares motiones diuinas, & conſequenter ad ſingulos actus ſuper naturales, eſſe neceſſarium auxilium ſpeciale, nō ſolum excitantis, ſed etiam adiuuantis gratię, ab auxilio habitus infuſi realiter diſtinctam, quod idem dixerat ſup. lib.3. diſput.18.

Probant hanc ſententiam; Primo auctorit. D. Auguſtini lib. de natura & gratia ca.26. vbi ait. *Sicut oculus corporis etiam pleniſſime ſanus niſi candore lucis ad iutus, non poteſt cernere, ſic homo etiam perfectiſſime iuſtificatus, niſi æterna luce Iuſtitiæ diuinitus adiuuetur, recte non poteſt viuere: Sanat ergo Deus, non ſolum vt deleat, quod peccauimus, ſed vt præſtet etiam, ne peccemus.* *S. Aug.*

Secundo probatur auctoritate Concilij Araxicani cap. 9. vbi ſic habet. *Quoties bona agimus Deus in nobis, atq; nobiſcum, vt operemur operatur;* & Innocentij Primi in reſcripto ad Concilium Carthaginēſe, vbi dicit, *Quod omnes Sancti ſine ad iutorio Dei, nihil ſe agere poſſe teſtantur.* Et in reſcripto ad Concilium Mileuitarum, vbi habet. *Neceſſe eſt, vt reſtituta nobis priſtini ſtatus libertate per gratiam, eam gratiam queramus, quippequi, neq; alias Diaboli tentationes, & machinas, niſi gratia adiuuante poſſumus euitare.* Alia loca ex Concilijs refert Aluarez vbi ſupra a nu.7. quę omnia tendunt ad vnum.

Conc. Arax. *Innoc. 1.* *Conc. Carthag.* *Mileuit.*

Probatur ſecundo hęc ſententia ratione: per habitus, ſiue infuſos, ſiue acquiſitos potentia non mouetur, neq; impellitur ad operādum; ſed ſolum facilitatur, vt cum mota fuerit, faciliter, & prompte operetur, ergo homo iuſtus, etſi habeat

gratiam

gratiam ,& habitũ charitatis infuſę,non mouetur ab illo ad operandum ſupernaturaliter , ergo debet moueri à Deo ſpeciali quadã motione,atq; auxilio.

Secundo ſolus Deus eſt,qui etiã in hominibus iuſtificatis primo inchoat phyſice , ſeu efficiẽter quodcunq;opus bonum;ſed hęc inchoatio fit à Deo per ſpeciale auxilium gratię adiuuantis,quatenus ſcilicet per tale auxilium pręmouet liberum arbitrium,& efficit, vt ſecum cooperetur,ergo pręter habitus infuſos neceſſarium eſt ad ſingulos actus in hominibus iuſtis ſpeciale auxilium gratię adiuuantis, non ſolum ſimultaneum,ſed etiam pręuium ad cooperationem arbitrij, & eam ordine cauſalitatis pręueniens.Alia argumenta eiuſdem fere generis ingerit Aluarez vbi ſupra.

Secunda ſententia eſt Scoti in 4.d.14.qu.2. Gabriel ibid.q.vnica. art.2.Durandi in 2.d. 28.q.2.Caietani tomo primo opuſcul. tract.4. q.1. quę eſt de contritione. Richardi Taperi art.7.Contra Lutherum Belarminij,lib.6.de Gratia, & lib. arb.cap.15.Molinę de Concord.q. 14.art.13.diſp.39 Suarij tum alibi tum præcipue li.3.de auxilijs &c. ca.4.&in Breui reſolutorio eiuſd. lib.9.43.aſſerunt non neceſſario requiri ad ſingulares conuerſiones, motiones diuinas ſingulares, ſed ſatis eſſe concurſum quemdam communem ſimultaneum, modo infra explicando.

Explicantur Scot. Durand. Gab.

Notandum primo,Scotum,Durandum,Gabrielem, & alios fuiſſe in hac materia loquutos aliquanto A latius,ita vt quibuſdã uiſi ſint fuiſſe in errore Pelagiano,cum dixerint hominẽ cum cõmuni influentia, & abſq; ſpeciali adiutorio Dei ex naturalibus poſſe ſe ad gratiã diſponere ; cum tamen certum ſit ex fide ad ſingulos actus bonos , & ſupernaturales requiri ſpeciale Dei adiutorium , vt patet ex Auguſtino epiſt.106.& 107.ad Paulinum, Cęleſtino Papa in epiſtola B Cathol.cap.8.& 9.ex Concil. Araxic.cap.20.vbi *Multa*,inquit,*in homine bona ſunt , quæ non facit homo: nulla vero facit homo bona , quæ non Deus præſtet, vt faciat homo* , Et cap. 9. *quoties* ,inquit, *bene agimus,atq; nobiſcum operatur, diuini muneris eſt,vt recta cogitemus, vt pedes noſtros a falſitate, & iniuſtitia teneamus*, Et cap.22. *Siquis*, inquit , *homo habet veritatem , & Iuſtitiam ab illo fonte habet , quem* C *debemus ſitire, &c.* Ne igitur tanti Doctores in tanto errore relinquãtur,erit à nobis in eo maxime elaborandum hoc loco, vt illos quoquo modo explicemus,eruamuſq; à ſimili infamia.

S. Aug. Cæleſt. PP. Conc. Arax.

Nota n.2.Scotũ, tum in 2.d.28. q.1.§.ad quæſtionem prope finẽ, tum in 4.d.14.qu.2.art.2.quo loco ait poſſe hominem ex naturalibus cum communi influentia conſiderare peccatum commiſſum , vt of- D fenſiuum Dei,vt contra legem diuinam,vt auerſiuum a Deo, vt inductiuum ſupplicij ęterni, vt impeditiuum pręmij eterni &c.Ecce loquutum de Iuſtificatione cuiuſcunq; peccatoris,ſcilicet , vel fidelis,vel infidelis , Vnde,quia peccator fidelis ex donis,& auxiliis,quę

accepit

Digitized by Google

accepit ſimul cum fide poteſt cognoſcere peccatum, vt offenſiuum Dei, vt inductiuum ſupplicij ęterni, & auerſiuum à Deo, quę, vt ſic, non poteſt cognoſcere infidelis, cum huiuſmodi à Deo nō habuerit; ideo potuit dixiſſe Scotus, fidelem id poſſe ex ſola vi naturali, non autem infidelem, ita vt Scotus per ſolam vim naturalem, non intellexerit naturam expoliatam auxilio particulari, vt intelligebat Pelagius; ſed naturam cum donis & auxilijs, quæ fidelis habet cum fide ad deteſtanda peccata, carentem habitu gratię inhęrente, ad agendum ipſi naturę ſupperaddito; ſicuti etiam eodem modo per comunem influentiam intellexerit Scotus ſpeciale auxilium, quod tamen ipſe vocauit communem influentiam, quia dari ſolet à Deo fidelibus, tam peccatoribus, quam iuſtis, ad diſtinctionem illius auxilij, quod ſolum datur iuſtis, & ab ipſo vocatur auxiliū ſpeciali; in quo nihil ineſſe Pelagiani nobis videtur ſolū poteſt eſſe aliquis abuſus verborum, id quod etiam fugiendum atque euitandum eſt in rebus difficilioribus, ac obſcurioribus, & quę vertuntur in maximā quæſtionem inter nos, & hereticos. Atq; eodem fere modo poſſumus excuſare Durandum, qui per auxilium, quod videtur negaſſe ad vltimam diſpoſitionem ad gratiam, videtur intellexiſſe ſolum illud, quod ſolet dari iuſtis, & his à Deo conferri poſt infuſionem gratiæ habitualis, cum tamen illa omnia auxilia, quę præcedunt iuſtificationē, ſpecialia ſint; quia tamen communia ſunt fidelibus tam iuſtis, quam peccatoribus, ideo noluit illa vocare ſpecialia, ſed communia. eadem etiā ratione exponendus & Gabriel & alij ſcholaſtici, qui huiuſmodi vtū tur modo loquendi. Quare nullo modo videtur dicendum, hos Doctores fuiſſe in errore Pelagij, ſemper enim hi admiſerunt ad huiuſmodi opera ſupernaturalia prę requiri diuinum aliquod particulare auxilium, quod tamen negabat Pelagius, quamquam Doctores ſcholaſtici citati, illud alio, & alio modo vocarint, in quo ſi quis illos voluerit redarguere, redarguat.

Auxiliū diuinum duplex.

Notand. 3. auxilium diuinum duplex eſſe, alterum commune, quod datur omnibus, alterum particulare, quod datur ad ſingularem aliquam actionem; hoc autē auxilium particulare iterum duplex eſt, alterum, quod eſt poſitū in ſingulari quadam motione diuina, alterum, quod cum aliquo habitu, aut dono ſupernaturali, quaſi naturaliter coniungitur, ſiue hic concurſus realiter diſtinguatur à concurſu communi, ſiue nō; quod auxilium interdum dicitur commune, quatenus diſtinguitur à particulari; quod eſt in motione aliqua particulari actuali, interdum dicitur particulare, quia eſt ad ſingulares actiones, & non omnibus commune. legatur Molina de Concord. quæſt. 14. artic. 13. à diſputat. 39. vbi id explicat. eſt igitur hoc loco difficultas; An ſit neceſſaria motio ſingularis in ſingulis conuerſionibus, & actibus Pœnitentię fidelium; ita vt qui-

Auxilij particulare duplex.

Digitized by Google

libet illorũ actus neceſſario requirat nouam gratiam, An vero ſolum ſufficiat conſeruatio quędam continua pręcedentis gratię iam collatę.

Intellectus & Voluntas non eliciunt actus ſupernaturales ex ſe.

Notan. quarto, quia intellectus, & voluntas ex ſe ſunt potentiæ, quę non poſſunt elicere actus ſupernaturales, vt ſic, cum hi ſint ſuperioris ordinis; illę vero inferioris; ideo debuit aſſignari aliquod auxilium ſupernaturale, ſeu concurſus, quo redderentur illę potentię ſuperioris ordinis, & fierent potentes ad illos actus ſupernaturales producendos, vt multis probãt Medina 1.2.q.102.artic.1. Suarius libr.3. de auxilijs, &c. capit. 1. & 2. Aluarez tum lib.7. tum.9. tum.12. de auxilijs; porro hoc auxilium (loquimur autem hic de auxilio actuali ſolum, non de habituali, nam hoc certum eſt, non eſſe ſimpliciter neceſſarium ad actus ſupernaturales eliciendos, vt iam ſupra dictum, oſtenſumque eſt) iam conſtat eſſe ſimpliciter neceſſarium, quod per modum principij effectiui concurrat cum volũtate ad actus ſupernaturales v.g. fidei, ſpei, charitatis, & pęnitentię eliciendos, quo confortantur & eleuantur potentię naturales ad ordinem ſuperiorem, vt ſic poſſint elicere prędictos actus ſupernaturales. de quo loquitur Chriſtus Ioan. 6. *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum.* Paulus 2. Corint. 3. *ſed tota ſufficientia noſtra ex Deo eſt,* Pſal. 58. *Miſericordia eius praeueniet me.* Trenor. 5. *Conuerte nos Domine, & conuertemur.* Legantur de hoc auxilio, &

Ioan.6. *Paul. ad Corint.* *Pſal. 58.* *Tren.5.*

A motione diuina plura apud Didacum Aluarez libr.7. ſupra diſput. 68. num.7. libr.9. diſput.85. num.3. & diſput.122. lib.12. num. 7. Zumelem.in 1. par. quæſt.8. art. 1. diſput.2. concluſi.2. Suarium vbi ſup. Molinã ſup. diſput.40. Quomodo autem noſtra voluntas ſimul cum Deo agat, An tamquam cauſa ſecunda, ſed principalis, An vero tamquam inſtrumentum; diſputant Theologi noſtri B temporis. Nos vero infra dicemus, quid videatur ſentiendum, ex mente enim huius rei propriam inſtituemus quæſtionem.

Varijs nominibus appellatur auxilium diuinum.

Notan. quinto hoc auxilium particulare diuinum, ſeu hanc motionem diuinam, quam diximus neceſſario prerequiri ad noſtram voluntatem, vt poſſit ſupernaturalia elicere, varijs modis ſolere appellari, alij enim gratiam appellarunt C pręuenientem, alij communem, & generalem, alij excitantem, alij illuminationem Spiritus Sancti, alij illuſtrationem, alij bonam inclinationem voluntatis, alij auxilium excitans, alij gratuitum, alij denique diuinum appellarunt adiutorium, quo vario vſu verborum vſi ſunt S. Auguſtinus lib. de corr. & gratia ca.12. de ſpiritu & litt. cap.33. & 34. de peccat. D mer. & remiſſi. cap.18. De prędeſt. SS. ca. 19. lib.1. ad Simplic. quæſt. 2. ante medium in Enchirid. cap. 32. Cyrill. Alexand. lib.4. in Ioan. cap.7. Proſper. lib.2. de vocat gentium cap.9. Magiſter ſent. in 2. diſt. 26. S. Thom. p.1. q.62. Conc. Arax. 2. cap.9. Trident. ſeſſ.6. Cęleſtinus P. P. epiſtola prima ad epiſcopos Gallię

S. Aug. *Cyrill. Alex.* *Proſper.* *S. Thom.* *Concil. Arax.* *Celeſt. PP.*

Digitized by Google

Galliç cap. 8. Quid autem ſit diuina motio, aut Gratia excitãs, quid prçueniens, quid operans, quid adiuuans, quid ſubſequens, quid cooperans, atq; alia huiuſmodi, quia non eſt huius loci explicare, legere quis poterit Magiſtrum cum Scholaſt. in 2. d. 26. Alb. Mag. ibid. art. 3. 6. 7. Bonau. q. 6. Richard. q. 5. & 6. Duran. q. 3. Gab. q. vnica art. 1. Halens 3. p. qu. 61. m. 3. D. Thom. 1. 2. q. 111. Sotum lib. 1. de Nat. & Gratia cap. 16. Medinam. 1. 2. qu. 111. art. 2. Aluarez lib. 1. & 8. fere per totum de Auxil. Suarium lib. 3. item de Auxil. cap. 4. & 5. Molin. ſup. q. 14. art. 13. diſp. 8. nobis vero hic ſufficiat dicere,

Quid gratia præueniens.

Gratiam prçuenientem, ſeu diuinam motionem, de qua in Pſ. dĩ *Miſericordia eius preueniet me.* Pſ. 58. illam eſſe, qua cor hominis à Deo tangitur, & mouetur, ſiue interius per bonas inſpirationes, ſiue exterius per pçnas, & flagella, quibus mens hominis prçuenitur, & eleuatur ad eliciendos actus ſupernaturales, & ad Gratiç iuſtificantis receptionem, de qua motione loquitur

Concil. Arax.

Concil. Arax. ſecundum cap. 20. cum inquit, *Nulla bona hominem præſtare ſine Deo, Deum tamen in nobis multa bona efficere ſine nobis.* Id eſt, ante conſenſum noſtrũ,

S. Aug.

S. Aug. loco iam citato, de Gratia & lib. arb. ca. 17. *Deus,* inquit, *eſt, qui præparat voluntatem, & cooperando perficit, quod operando incipit; quoniam ipſe, vt velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens.* & infra, *vt ergo velimus ſine nobis operatur, cum autẽ volumus, & ſic volumus, vt faciamus,*

A *nobiſcum cooperatur, tamen ſine illo, vel operante, vt velimus, vel cooperante cum volumus ad bona pietatis opera nihil valemus.* Simile quid habet idem Auguſtinus

S. Aug.

lib. de ſpiritu & litt. cap. 34. vbi *Binis,* inquit, *ſuaſionibus agit Deus, vt velimus, & vt credamus, ſiue extrinſecus, per Euangelicas exhortationes, vbi et mandata legis aliquid agunt, ſi ad hoc admonent hominem* B *infirmitatis ſuæ, vt ad gratiam iuſtificantem credendo confugiat: ſiue intrinſecus; vbi nemo habet in poteſtate, quid ei veniat in mentem.* Et lib. de fide ad Petrum cap. 13. *Nullatenus,* inquit, *dubites, ac firmiſſime tene, neminem poſſe pænitẽtiam agere, niſi quem Deus illuminauerit, & gratuita miſeratione conuerterit.* Et Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 5. poſt nonnulla, inquit,

Conc. Trid.

vt qui per peccata à Deo auerſi erant per eius C *excitantem, atq; adiuuantem gratiam ad conuertendum ſe, ad ſuam ipſorum iuſtificationem eidem gratiæ libere aſſentiendo, & cooperando diſponantur, ita vt, tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, neq; homo ipſe nihil omnino agat, inſpirationem illam recipiens, quippe qui illam, & abijcere poteſt, neque tamen ſine gratia Dei mouere ſe ad iuſtitiam coram* D *illo libera ſui voluntate poſſit, &c.* Et Can. 3. ad idem tẽdens; *Si quis,* inquit, *dixerit ſine præueniente Spiritus Sancti inſpiratione, atq; eius adiutorio hominem credere, ſperare, diligere, aut pænitere poſſe, ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur, Anathema ſit,* Legatur Molina ſup. diſput. 45. ex quibus ſatis

aperte colligi poteſt, in quo conſiſtat vis huius auxilij præuenientis, ac motionis diuinę, ac pręterea huius eiuſdem neceſſitas, vt bene D. Thom. 1. 2. quæſt. 112. art. 2. & 3. dixerit, *vt infallibiliter conſequatur gratiā, pœnitere quis non poteſt ſine diuino auxilio.*

S. Thom

Notan. ſexto, vt ſaltem quæ ad hunc noſtrum tractatum vidētur neceſſaria, pſtringamus, & ne difficultatem effugiſſe videamur; certum videtur iuxta mentem D. Auguſtini (nam iuxta aliorum ſententiam, pręſertim vero D. Thomę, aliud fortaſſe dicendum eſſet) Gratiam præuenientem, operantem, & excitantem pro eodem accipi, quemadmodum etiam pro eodem accipiuntur Gratia ſubſequens, cooperans, & adiuuāſ; tum quia Auguſtinus vbi ſup. eamdem gratiam, quam modo vocat operantem & cooperantem, vocat alias excitantem & adiuuantem, pręuenientem & ſubſequentem, tum quia cum hę dictiones tradātur in ordine ad effectum, i. actus bonos, ijdem videntur eſſe effectus gratię operantis, pręuenientis, & excitantis, atque ſimiliter ijdem etiā cooperantis, ſubſequentis vel adiuuantis, ita tamen, vt ſola ratione differre videantur, quidquid dicat Aluarez ſup. diſput. 81. num. 8. vbi ponit inter illa diſtinctionem realem, vt, ſ. Gratia pręueniens intrinſeca dicatur, qua incipit pręſtare in nobis Deus, quod ſalutis eſt; quatenus vero eadem gratia eſt ante noſtrum conſenſum, & illum pręuenit, dicatur operās; excitans vero, vt verbum ipſum ſonat, quatenus excitat nos ad operandum; ex mente enim D. Auguſtini, Deus eſt, qui primo, & ſimpliciter incipit in ijs, quæ ſunt ad ſalutem, cōtra Semipelagianos, qui coacti argumentis Catholicorum, aſſerebant gratiam Dei eſſe quidem neceſſariam, ſed liberum arbitriū primo incipere, ſubſequi vero gratiam Dei; S. Aug. cōtra aſſerit ex ſcripturis patere, Gratiam Dei primo incipere, & pręuenire hominem; & hanc gratiam ipſe vocauit pręuenientem, operantē, & excitantem. Quomodo autem Gratia Dei dicatur ſubſequens, ſeu concomitans, cooperans, & adiuuans; An in ordine ad Gratiā, quæ erat præueniens, An vero ad volūtatem, quam pręuenit; alibi diſputatur; legantur interim Medina p. 2. q. 101. art. 2. Molina ſup. diſp. 39. Aluarez. ſup. diſput. 81. & diſp. 82. lib. 9. Suarez lib. 3. cap. 5. nunc vero ſufficiat dicere, dici Gratiā ſubſequentem ex mente D. Auguſtini per comparationem, non ad volūtatem, quam pręuenit, quia vt ſic potius voluntas dicitur cooperans cū gratia Dei, vt docte tradit Suarius ſup. ca. 5. ſed per comparationē ad Grām pręuenietē, quatenus Deus cū volūtate cōsētiēte, continuās opus inceptū cooperatur gratiā, iuxta gratiā pueniētē, qua opus inceptū erat, de qua in Pſ. 22. *miſericordia eius ſubſeqtur me.* & loqtur S. Aug. li. de natura, & Gratia. c. 32. dicēs. *pūenit Deus, vt ſanemur, ſubſeqtur, vt ſanati vegetemur, pūenit, vt vocemur, ſubſeqtur vt glorificemur,* & in Enchir. c. 32. *nolentē pūenit, vt velit; volētē ſubſeqtur ne fru-*

D. Aug.

Quomodo Gratia præueniēs operans & excitans differant.

Quid Gratia præueniēs

Gratia operans. excitans.

Quid. S. Aug. ſenſerit.

Quid de Gratia ſubſequēte, concomitante, cooperāte & adiuuante.

Quid Gratia ſubſequens.

S. Aug.

Digitized by Google

An diſtinguantur Gratia ſubſequẽs & Concomitans.

ne fruſtra velit; An vero diſtinguatur gratia ſubſequens, à concomitante, diſputant Theologi; ſed de hoc legantur Aluarez, Molina vbi ſup. & Suarius lib. 3. ſup. ca. 5.

Gratia Adiuuãs

Gratiam vero adiuuantem quæ habetur ex illo pſal. 26. Adiutor meus tu es, ex Auguſtino, dici non perinde, quaſi noſtra voluntas incipiat, & poſtea Dei gratia adiuuet; ſed reſpectu gratię excitantis, ita vt Deus per gratiam adiuuãtem proſequatur, & adiuuet ad id, ad quod nos excitauit adiuuans; vnde dicitur adiuuans, quia iuuat gratiam excitatam in nobis;

Quare adiuuans.

neque enim ſufficit, vt excitemur, niſi iuuemur gratuito à Deo, cõtra id ꝙ docet Richardus Taper art. 7. de li. arb. dicens voluntatem ſemel à Deo motam, & excitatam poſſe ex vi illius motionis continuare actum bonum abſq; alia gratia, de qua diuiſione gratię loquitur S. Auguſtinus, ſupra relatus, lib. 1. de Gratia & lib. arbit. cap. 17. & lib. 2. de pecatorum mer. ca. 18. & Concil. Trident. ſeſſ. 6. ca. 5. & 6. & can. 3. & 4.

D. Aug.

Concil. Trid.

Gratia Cooperãs.

Gratiam denique cooperantem dici ex eodẽ illam; quã Deus nobis dat gratis, ſed cum noſtrę voluntatis conſenſu, ita vt ipſa voluntas libere conſentiat, & ſic appellari, non per comparationem ad liberum arbitrium, vt etiam diximus, de ſubſequente, & adiuuante; quia vt ſic potius liberum arbitrium ſe habet, vt cooperans cum gratia dei; ſed per cõparationem ad gratiam operantem, nam gratiam operantem facit Deus in nobis ante noſtrum conſenſum; vt iam diximus, ergo eum iam incęptum opus voluntas proſequitur adiuta à Deo, tota illa gratia Dei dicitur cooperans, quatenus Deus ſua gratia inceptum iam opus, perficit; & de hac diuiſione loquitur Auguſt. lib. 2. de lib. arb. cap. 18. & 19. cum ait, *Virtutem eſſe bonam qualitatem mentis, quam Deus in nobis ſine nobis operatur*. Quo loco vocat S. Auguſtinus virtutem, non tam habitum, quam bonum vſũ, & actum mentis, quoniã ait Deũ operari in nobis, ſine nobis, ideſt ante noſtrum conſenſum, & lib. de gratia & lib. arb. ca. 17. cum ait, *Deus, qui praeparat voluntatem, & cooperando perficit, quod operando incipit; quoniam ipſe, vt velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens*, Et poſtea ſubiungit; *Vt ergo velimus ſine nobis operatur, cum autem volumus, & ſic volumus, vt faciamus, nobiſcum cooperatur, tamen ſine illo, vel operante, vt velimus, vel cooperante, cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus*; & Concil. Araxic. 2. cap. 20. cum inquit, *Nulla bona hominem praeſtare ſine Deo; Deũ tamen in nobis multa bona efficere ſine nobis*, Ideſt, multas boni cogitationes, & inſpirationes, deſideria, affectus, ac timores ante noſtrum conſenſum; ex quibus duo colligẽda veniunt ex mente D. Auguſtini, diuiſiones Gratię, quas nos ex ipſo iam aſſignauimus, eſſe potius Gratię actualis, quam habitualis, licet Magiſter Sentent. in 2. diſtin. 26. exiſtimauit potius eſſe habitualis, quam actualis, & D. Thom. 1. 2. quæſtio. 111. artic. 2. dixerit eſſe tam gratię actualis, quam habi-

D. Aug.

Conc. Arax.

S. Thom.

tualis; ſed de hoc in tractat. de gratia: alterum quod colligitur eſt, ex mente eiuſdem; ſub gratia preueniente venire omnem motum gratuito factum in nobis à Deo, ante conſenſum voluntatis; ſiue ille motus ſit ex parte intellectus, ſiue imaginationis, aut ſenſus; ſiue ex parte voluntatis, ſiue etiam exterius, vt ſupra etiam innuimus, per prędicationem, ſcilicet, verbi dei, ſiue per timorem pęnę, aut mortis, aut alicuius alterius timoris; ita vt ad gratiam huiuſmodi pertineat, non ſolum id quod facit Deus per ſeipſum in noſtras potentias, ſed etiam quod facit per Angelos, ſiue etiam per homines, tamquam per inſtrumenta, vt nos excitet, & moueat ad gratiam iuſtificantem, & ad bona pietatis opera. legantur Medina 1.2. quæſt. 101. articul. 2. & Aluarez libr. 8. ſup. diſputation. 74. & 75. & hæc eſt illa gratia, quam deinde Theologi ex communi Patrum doctrina diuidunt in efficacem, & ſufficientem, de qua diuiſione in tract. de Gratia.

Si denegetur auxilium ſufficiens alicui nō peccabit.

Notan. ſeptimo, illius naturę eſſe huiuſmodi auxilium ſpeciale, quod à Deo datur homini ad aliquid agendum, vt ſi alicui ex diuina voluntate denegetur, tunc illum in omiſſione illius operis non peccaturum, permanſurum tamen in eo peccato, quod antea haberet; vnde non damnaretur propter opus omiſſum ex denegatione auxilij ſpecialis, ſed ex alio peccato, quod iam haberet; & eadem ratione, ſi iuſto homini de- A negaretur hoc auxilium ſpeciale ad opus bonum de nouo faciendum, nō erit illi peccatum, ſi opus illud omitteret, ſed permanebit in ea Iuſtitia, quam iam haberet, vt docent Medina 1.2. quæſt. 109. art. 10. à concluſione prima, Aluarez. lib. 6. diſput. 49. num. 18. Suarez lib. 1. de auxilijs cap. 15. & lib. 3. cap. 6. & deſumptum eſt ex D. Auguſtino lib. de correct. & gratia cap. 11. vbi ait, *Si Deus adiutorium, quo permaneret ſi vellet, homini non dediſſet, quia non talis, natura facta eſt, vt ſine diuino auxilio poſſet permanere ſi vellet, non vtiq; ſua culpa cecidiſſet*; pro cuius rei maiori aliqua intelligentia adnotandum videtur auxilium ſufficiens ad opus bonum v.g. ad pęnitendum duplex aſſignari poſſe; alterum proximum, alterum remotum; Remotum eſt illud, quod licet proxime ad actum v.g. Pœnitentię non poſſit concurrere, poteſt tamen concurrere ad aliquam alia operationem antecedentem, qua poſita ex Dei miſericordia daretur aliud auxilium, quod deinde proxime poſſet concurrere ad actum pœnitentię; quomodo auxilium gratię ad actum moralem petendi v.g. auxilium à Deo ad pęnitendum, vel ſuperandam tentationē, eſſet quidem auxilium ſufficiens, non tamen proximum, ſed remotum; de quo loquitur Cō cil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 11. *Nemo*, inquiens, *quantumuis iuſtificatus, liberum ſe eſſe ab obſeruatione mādatorum, putare debet; nemo temeraria illa, & à Patribus ſub anathemate prohibita voce vti, Dei præcepta*

D. Aug.

B

Duplex auxilium ſufficiens.

Auxiliū remotum

C

D

Concil. Trid.

Digitized by Google

cepta homini iuſtificato ad obſeruã dum eſſe impoſſibilia, nam Deus impoſſibilia non iubet, ſed iubendo monet, & facere quod poſſis, & pete re quod non poſſis, & adiuuat, vt poſſis; Quę verba ſatis aperte indicãt in multis caſibus potentiam aliq̃d faciendi, pendere ab actu orationis, & auxilium quod homini datur, vt poſſit orare, eſſe auxiliũ ſufficiens, remotum tamen: Proximum vero eſt illud, quod immediate ad actum pęnitendi poteſt concurrere; Vnde patet omnibus dari aliquod auxilium ſufficiens; infidelibus quidem ſaltem remotum; fidelibus proximum, & remotum, vt indicat D. Auguſtinus libr. de bono patientię ad finem, vbi ait. *Quædam dona eſſe Dei, quæ dantur filijs libere, id eſt fidelibus, qui dicuntur Abrahæ filij ſecundum promiſſionem; alia autem, quæ dantur filijs ancillæ, id eſt, infidelibus.* Sed de hoc alibi fuſius. Igitur nullus eſt hominum, qui non habeat aliquod auxilium ſufficiens.

Auxiliũ proximũ.

D. Aug.

Notan. octauo, ſi habitus conſiderentur ſecundum ſuam naturam, ſecluſa alia quacunque diſpoſitione in ſubiecto, ſolum ſpectata natura ipſa habitus, ſine dubio habitus infuſos non habere uim mouendi, neq; vllo modo exitandi, vt patet in infantibus, qui quamuis recipiant habitus in Baptiſmo, ſi tamen educentur in ſiluis, non habebũt vllum actum fidei, vt optime tradit Aluarez ſupra nu. 10. tamen, quia huiuſmodi habitus coniunguntur in fideli adulto cum ſpeciebus, poſito illo cõcurſu, qui quodammodo eſt de

A bitus habitui, poteſt homo excitari ad memoriam, & cogitationem multarum rerum, quę ſpectãt ad fidem, & ex his ſufficiẽter excitari ad illam, & ad alia, quę requirũtur ad pęnitentiam, id quod videtur innuere Conc. Trident. ſeſſ. 6. cap. 6. vbi agens de præparatione ad gratiam, dicit; excitatos, & adiutos peccatores libere moueri in Deum credendo, &c. vbi apparet gratiam excitantem referri ad

Concil. Trid.

B actum fidei.

Notat. vltimo, totam hanc quęſtionem intelligi poſſe, vel de actibus, qui præcedunt infuſionem habitus; An, ſ. ad illos pręter cõcurſum generalem, requiratur ẽt concurſus particularis gratię adiuuãtis in genere cauſæ efficientis: vel de actibus, qui fiunt ab habitibus infuſis, An ad hoc vt fiant, & eliciantur ab habitibus, pręter concurſum generalem illis debitum, & ſi-

C multaneum, requiratur nouũ aliquod auxilium ab illo diſtinctum; hoc autem loco nulla erit diſputatio de priori; nam omnes facile cõcederent, imo videtur neceſſario concedendum, requiri ad quemlibet actũ ſingularem gratiã adiuuãtem; & ratio eſt ſatis euidens, quia voluntas, vt iam probatũ eſt, ex ſe nullum habet principium proximum eliciendi actum ſupernatu-

D ralem; quare debet conſtitui in tali eſſe per gratiam excitãtem omnino diſtinctam à concurſu generali, quæ illam conſtituat potentem operari, vt ſic conſtituta operetur, tota igitur difficultas eſt de ſecundo.

Prima concluſio, Certa fide cre

Digitized by Google

dendum eſt, neminem conuerti per actum pęnitentię, & contritionis,qui nō fuerit excitatus, motus, & vocatus à Deo.

Probatur primo ex ſcripturis. Hierem.3.*Conuerte me Domine & conuertar*, & cap.31. *Poſtquam enim conuertiſti me, egi pœnitentiam*.Thren.4.*conuerte nos Domine ad te,& conuertemur*, Quod idem reperitur Ezechiel.18.& 33. Pſal.69.*Deus virtutum conuerte nos*.Pſ.94.*Nos autem populus paſcua eius,& oues manus eius*,Prou. 8.ſecūdū editionē 70.*Interpretū,à Domino praparatur voluntas*, Qđ teſtimoniū in hāc ſētētiā fere ſemper citat Aug.Iſa.65.*Inuētus ſum à non quarentibus me*.Ezech.36 *nō propter vos ego faciam domus Iſrael,ſed propter nomen ſanctū meū dabo vobis cor nouum & ſpiritum nouum*.Quod teſtimonium aduerſus Pelagianos vrget S.Auguſt.lib. 4.contra duas epiſtol.Pelag.cap.6. De Gratia & lib.arbit.cap.14.

Hier. 31. Thren. 4. Ezech.18. Pſal.69. Pſal.94. Prouerb. S.Aug. Iſai.65. Ezech.36. S.Aug.

Ioa.6.*Nemo venit ad me,niſi pater meus traxerit eum*. Vbi loquitur textus de tractu qui eſt per fidem,& auxilium ſpeciale;hūc autem locum ad hoc probandum adducit S.Tho.1.2.q.109.ar.6.Quomodo autem Deus trahat hominem, & quid intelligatur per illā tractionem,& per illud venire ad Chriſtum,explicant Sotus li.1.de Nat. & Gratia cap.16.Medina.1. 2.quæſt.109.art.2. Belarmin.lib.2. de Gratia & liber. arbit.cap.6.& libr.6. capit.2.5.& 15.Bottarellus libr.de efficacia contritionis tract. 1.cap.25. & Suarius lib.3. de auxil.capit.4.& capit.11.& Aluarez.ſup.

Ioan.6. S. Thom

A

Item Ioan.15.*Sine me nihil poteſtis facere*, quem locum explicat inter alios Med. vbi ſup.q.62.art. 2. Sotus item vbi ſup.lib.1.cap.2. Belarminus.lib.5.cit.cap.17.

Ioan. 15.

Item Pauli.2.ad Timoth.2.*Seruum*,inquit,*Domini, non oportet litigare,ſed mānſuetum eſſe,ad omnes docibilem,patientem cum modeſtia corripientem eos,qui reſiſtunt veri-* B *tati;ne quando Deus det illis pænitētiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à Diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem*; quo loco illa particula, *ne quando*, iux. ſignificationē Gręcę verſionis ſenſum habet affirmatiuum,ita vt ſignificetur, eam pęnitentiam,quæ facit,vt homo liberetur à peccato, à Deo donari, vt exponunt S.Auguſtinus lib.5.con- C tra Iulianum ca.3. Leo Papa epiſt. 91.Fulgent.lib.1.de fide ad Petrū, cap.31.*Qui*,inquit,*firmiſſime tene, neminem poſſe agere pœnitentiam, niſi quem Deus illuminauerit, & gratuita miſeratione conuerterit, dicente Apoſtolo, ne forte det illi Deus pœnitentiam, & reſipiſcant*. S.etiam Hieronymus, Chryſoſtomus, & Theophil. in eum locum Pauli idem affirmant.

Paul. ad Timoth. S.Aug. Leo. Fulgent. S.Hieron. Chryſoſt. Theophil.

D

Ad Roman.9. comparatur homo in manu Dei,luto in manu figuli.Ad Roman.10.*Quis prior dedit illi & retribuetur ei*.1.Corint. 4.*Quid habes, quod non accepiſti*. 2. Corint.3. *non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis tamquam ex nobis*. Ad Epheſi.ſecūdo,*Ipſius factura ſumus,in ipſo, enim creati ſumus in bonis operibus*,

Digitized by Google

ribus, quæ præparauit Deus, vt ambulemus in illis. Ad Coloſſ. 2. *Qui dat velle & perficere pro bona voluntate ſua.*

Act. 5. Actor. 5. vbi ſic legimus, *hunc principem, & ſaluatorē Deus exaltauit dextera ſua ad dandam pænitentiam Iſraeli, & remiſſionem peccatorum, &c.* & cap. 2. vbi dicitur, *Deum dediſſe gentibus pænitentiam.*

Secundo probatur ex Patribus. D. Aug. D. Auguſt. epiſtola 107. quæ eſt ad Vitalem, vbi dicit, *liberum arbitrium ad diligendum Deum peccati granditate perdidimus.* Epiſtola 46. ad Valentinum, vbi docet, *ſine gratia Dei nos, neque cogitare, neque agere quidquam poſſe, ſecundum Deum.* idque in particulari docet de fide, & oratione, & ijs bonis operibus, quibus gratiam impetramus, quod rurſus repetit epiſtola 105. vbi docet id de fide & oratione, qua gratiam petimus, & ideo ibi ait, quod aliter *adiuuat nos ſpiritus nondum inhabitans, aliter inhabitans.* & epiſtola 106. ſimile quid habet de Filio prodigo, quod non potuiſſet habere bonam cogitationem, niſi Deus inſpiraſſet. Epiſtola 120. c. 29. omne opus factum in laudē Dei, ait, eſſe donum Dei, & epiſtola 143. ad Iulianum docet, *dona Dei eſſe continentiam, pietatem, & omnes ſpiritales delitias,* in Ioan. tract. 102. prope finem ait, *prorſus donum Dei eſt diligere Deum, quoniam ipſe, vt diligeretur, dedit, q̄ nō dilectus dilexit.* De Ciu. Dei lib. 21. cap. 16. *tunc,* inquit, *vitia victa eſſe deputantur, iam vincun-*

A *tur amore Dei, quem niſi Deus ipſe non donat, nec aliter, niſi per vnum mediatorem D. Chriſtum,* quid idem habet. lib. 2. de peccat. mer. & remiſſ. cap. 18. lib. de gratia & lib. arb. c. 18. & 19. lib. de ſpiritu & lit. c. 31. de Gratia Chriſti c. 14. c. 26. lib. contra duas epiſtolas Pelag. c. 5. c. 8. & 10. de pręd. SS. c. 7. de correp. & gratia ca. 3. & lib. 3. Hypog.

B Proſper li. 3. de vita contempl. cap. 13. & 14. & 16. *Proſper.*

Fulgent. li. de Incarnat. & Gratia Chriſti cap. 18. & 26. *Fulgent.*

Bernardus tum de Gratia, & li. arb. tum ſerm. 81. in Cant. tum, præcipue in tract. de diligendo Deo, vbi quatuor cōſtituit gradus dilectionis, primus eſt, cum homo nihil diligit niſi ſe; Secundus cum C aliquid diligit propter ſuum bonum, & commodum; Tertius, cū diligit Deū propter ipſum; Quartus cum ſe, & omnia ſua diligit ꝓpter Deum; & ſubdit tertium, & quartum gradum eſſe gratuitos, id eſt, ex gratia Dei. Legatur tandem Origen. in illud Iob. 1. *Et erat vir ſimplex & rectus.* *Bernard.* *Origen.*

Tertio probatur ex Concilijs, Araxicano ſecundo, præcipue vero c. 25. vbi ſic habet, *prorſus donū Dei eſt, diligere Deum ſuper omnia,* & tandē concludit, *ſecundum ſupraſcriptas ſacrarum ſcripturarum ſententias, & antiquorum Patrum definitiones hoc credere debemus, per peccatum primi hominis, ita inquinatum, & attenuatū fuiſſe liberum arbitrium, vt nullus poſtea, aut diligere Deum, ſicut oportet, aut operari propter Deum* *Conc. Araxci.*

quod

Digitized by Google

quod bonum eſt, poſſit ſine gratia, & miſericordia Dei præueniente, Mileuitano can. 4. Africano can. 79. condemnatur is, qui dixerit gratiam Dei ſolum dari, vt ſciamus quid facere debeamus & q d vitare; non autem vt diligamus; & ſubiungit, *Cum Apoſtolus dicat, ſcientia inflat, charitas ædificat, valde,* inquit, *impium eſt, vt credamus ad eam, quæ inflat nos habere gratiam Chriſti, ad eam, quæ ædificat, non habere; cum ſit vtrumque Dei donum, et ſcire, quid facere debemus, & ipſum diligere, quia charitas ex Deo eſt.* Triden. ſeſſ. 6. cap. 6. & can. 3. & cap. 5. clarius, *declarat,* inquit, *præterea ipſius iuſtificationis exordium in adultis a Deo per Chriſtum Ieſum præueniente gratia ſumendum eſſe, hoc eſt, ab eius vocatione, quia nullis eorum exiſtentibus meritis vocantur; vt qui per peccata a Deo auerſi erant, per eius excitantem, atque adiuuãtem gratiam ad conuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem eidem gratiæ libere aſſentiendo, & cooperando diſponantur, &c.*

Conc. Mileuit. & Afric.

Con. Tri.

Quarto probatur ratione; primo, quia conuerti ad Deum ſicut oportet, eſt vere diligere Deum ſuper omnia, in quo conſiſtit plenitudo omnis legis, & mandatorum Dei; ſed vniuerſa lex adimpleri non poteſt ſine auxilio ſpeciali Dei, ergo neque conuerti ad Deũ, quod includit, & dilectionem, & obſeruantiam præceptorum; Minor probatur ex Aug. lib. de hær. hær. 88. vbi ait, eſſe hæreſim Pelagianam dicere, quod homo lapſus poſſit præſtare ſine auxilio, & gratia Dei vniuerſa legis mandata, & epiſtola 90. fatetur idem D. Auguſtinus hæreſim Pelagianam eſſe, poſſe hominem lapſum præſtare omnem legem abſque adiutorio ſpeciali gratiæ Dei.

D. Aug.

D. Aug.

Secundo probatur, ſi homo ex ſe poſſet efficere aliquid, quod ad gratiam diſponeret, poſſet aliquid aſſignari ex parte eiuſdem hominis, quod initium eſſet ſalutis, ſed hoc eſt falſum, ergo & antecedens: minor patet, quia ſi daretur aliquid, quod eſſet initium ſalutis ex parte hominis, ergo ſaltem aliquis poſſet ire ad Chriſtum abſque eo quod traheretur ab ipſo, quod eſſet contra illud Ioan. 6. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater traxerit illum.* Et contra D. Auguſtinum lib. 2. ad Bonifacium cap. 8. vbi ait, *ſi ſine Dei gratia per nos incipit cupiditas boni, ipſum captum erit meritum, cui tãquam ex debito veniat adiutorium, ac ſic gratia Dei non gratis donabitur, ſed merito noſtro dabitur.*

Ioan. 6.

D. Aug.

Vltimo probatur auctoritate Scholaſticorum, S. Bonauen. in 2. d. 28. art. 1. q. 3. Richardi ibidem. art. 1. q. 3. Aegidij ibid. q. 1. art. 4. Maioris q. 2. S. Tho. 2. 2. q. 119. a. 4. & ibi Caietani, Durãdi in 2. d. 28. q. 3. & 4. Gabriel. qu. vnica, artic. 2. concl. 3. Abulenſ. ſuper Matt. cap. 19. q. 178. quamuis hi 4. poſteriores aliquanto latius loquantur, vt iam ſup. diximus. Item Medinę 1. 2. q. 109. art. 2. concl. 6. Viguerij de Sacramento pænitentiæ §. 4. Didaci Aluarez lib. 6. de auxil. diſput. 54. Coſmi Philiar. lib. 2. de Sacramento pænit. cap. 19. Soti, Belarmini

S. Bonau.

mini; locis infra citandis, Didaci Nugni vbi ſupra.q.85. art.5. dub. 1.Molinę de concordia q.14.artic. 13.diſput.37.

Ex dictis colligitur, Dei gratiā eſſe neceſſariam, non ſolum ad eam pęnitentiam,quæ eſſe poteſt ſatis ad iuſtificationem, antequā Sacramētum actu ſuſcipiatur, ſed etiam ad illam pænitentiam, quæ quamuis extra Sacramentum ad id non ſufficiat, diſponit tamen hominem, vt in Sacramento iuſtificetur ex Conc. Trident. ſeſſ. 14.cap.4. Conc.Tr.

Colligitur ſecundo periculoſam eſſe illorum doctrinam, qui aſſerunt, ex viribus naturæ, eſſe poſſe aliquam attritionem,quę in Sacramento ſaltèm ad iuſtificandum hominem perducat.

Secunda concluſio, nobis non videri neceſſarium,fideles,qui habent fidem, & ſpem in ſingulis conuerſionibus excitandos ſingulari aliqua motione. Hæc concluſio intelligenda eſt iuxta ea, quæ ſupra prænotauimus in notab. tertio. Et eſt contra Aluarez ſup.

Probatur primo ratione, quia poſita fide,& ſpe,poteſt homo habere actus vtriuſque virtutis; poteſt enim fides excitare timorem, & poteſt ſpes excitare ſpem veniæ, ex his autem motibus ſufficienter poteſt quis moueri ad pænitentiam, & ratio eſt, quia propterea dātur habitus,vt dent aptitudinem ad eliciendos actus, eoſque eliciant.

Secundo probatur, quia videtur eadem omnino ratio habitus A fidei, & ſpei in ordine ad ſuos actus, quæ eſt habitus charitatis in ordine ad ſuos, ſed charitas ad eliciendos ſuos actus,non requirit illam ſpecialem motionem, ergo neque habitus fidei & ſpei.

Vltimo probatur, quia huiuſmodi habitus, præſertim in adultis, videntur habere omnia, quæ requiruntur ad agendum ſine aliquo alio, ergo. probatur anteceB dens, primo enim habent illam habilitatem, in quo ſtat vis habitus,deinde ſunt ſpecies,ſępe enim fidelis audiuit pænas inferni, gloriam Cæli, &c.ergo poteſt abſque alio auxilio nouo,& diſtincto fidelis operari, ſcilicet credere, ſperare, & ſimiles actus elicere.

Sequitur primo,alio modo excitari fidelem, alio modo infidelem, vt propterea addiderimus in C cōcluſione. Fideles,&c.quia enim infidelis nihil habet intrinſecum ex ſe,ideo ſępe etiam ab extrinſeco excitandus eſt; vnde,in illo facile concederemus, neceſſarias eſſe ſingulares illas motiones, quib. excitaretur ad pænitentiam; At vero non ſic in homine fideli, qui intrinſece habet habitus, quibus ſimul cum alijs adiunctis, poteſt excitari, & de facto excitatur; vnD de non videtur aliquid aliud ab extrinſeco eſſe in illo ponēdum.

Sequitur ſecundo, quæ diximus in hac ſecunda concluſione, non perinde eſſe accipienda,quaſi vniuerſaliter peccatores hoc modo excitentur, vt propterea diximus in concluſione; Non videri neceſſarium,nam non eſt negandum, quoſdam eſſe peccatores, qui

qui egeant maiori aliqua gratia, A neque pręterea negabimus, quod ſi Deus dederit talē gratiam præter illam ſimultaneam debitam, maxime profuturam fideli, plurimum enim augebit vires illius ad ea omnia elicienda, quæ requiruntur ad pęnitentiam; ſed ſolum illud dicimus, non repugnare ex natura rei aliquem, ſupra dicto modo, poſſe ad pænitentiam excitari, ſcilicet ſolo illo auxilio ſimultaneo, quod dici particulare B ſupra diximus, & magis infra explicabimus in ſolutione ad argumenta. Et recte adnotauit Suarez in lib. quem inſcripſit Breuis reſolut. de aux. effic. num. 46.

Tertia concluſio. Actus pænitentiæ ſemper eſt in nobis, tum a gratia, tum a libero arbitrio, magis tamen a gratia.

Hanc concluſionem fuſe probant Gabr. 2. d. 28. q. vnica. Alb. 4. C d. 14. art. 3. Sotus lib. 1. de Nat. & Gratia c. 16. Medina. p. 2. q. 102. ar. 6. & q. 111. art. 2. Molina de concord. q. 14. art. 13. diſput. 37. Belarmin. lib. de Gratia & lib. arb. 6. c. 15. Aluarez lib. 7. diſpu. 67. & lib. 12. diſput. 122. & alij ſupra citati pro confirmatione prioris noſtræ concluſionis.

Diximus tum a gratia, contra Pelagianos, qui aſſerebant hominem ex facultate naturæ poſſe ſe pręparare ad gratiam, legatur Medina locis citatis. D

Diximus ſecundo, tum a lib. arbitrio, contra Lutherum, qui liberum arbitrium tollebat, vt patet ex allegatis Doct.

Noſtra tamen concluſio quoad vtramque partem iam patet ex dictis, & præterea

Probatur primo, quia principium actus pænitentiæ, vt eſt actus vitalis, vt ſic, eſt ipſa voluntas, vt eſt actus liber, eſt libertas eiuſdem voluntatis, vt vero diſponit ad actum ſupernaturalem, & ad ipſam gratiam, eſt ipſa gratia & auxilium ſpeciale diuinum; ergo actus pænitentiæ, & eſt a gratia, & eſt a lib. arbitrio, legas Molinam vbi ſupra.

Secundo probatur, liberum arbitrium eſt cauſa ſecunda reſpectu actus ſupernaturalis; ſed cauſa ſecunda non poteſt agere, niſi per primam, ergo liberum arbitrium non poteſt agere, niſi motum a prima cauſa, quæ eſt Deus; ſed effectus procedens a cauſa prima, & ſecunda vtrique tribuitur, ergo actus pænitentiæ, qui eſt effectus ſupernaturalis, erit ſimul à libero arbitrio, & à Deo. Quo autem modo id accidat infra explicabimus.

Tertio probatur, liberum arbitrium per ſuam facultatem naturalem non poteſt diligere Deum, neque pænitere, ſicut oportet, vt iam probauimus, ergo id debet habere per aliquod beneficium gratiæ particularis, ergo cum homo pænitet, & elicit actum pænitentiæ, elicit per liberum arbitrium eleuatum à gratia particulari, ergo ab illis duobus, ſcilicet & à gratia, & à libero arbitrio pendet; vnde eſt illud S. Auguſtini de Eccleſiaſt. dogmat. cap. 2. *Initium ſalutis noſtræ, Deo miſerante, habemus, vt acquieſcamus ſalutari inſpirationi,* S. Aug.

tioni, noſtræ poteſtatis eſt.

Eſſe autem magis a gratia, patet ex dictis, & poteſt facile probari, tum auctoritate D. Auguſtini lib. de Gratia, & lib.arb.cap.16. *Nos mandata*, inquit, *ſeruare ſi volumus, ſed quia præparatur voluntas à Domino, ab illo petendum eſt, vt tantum velimus, quantum ſufficit, vt volendo faciamus*; & infra, *certum eſt nos facere, cum facimus, ſed ille facit, vt faciamus, præbens vires efficaciſſimas voluntati*. Et lib. tertio Hypognoſt. poſt medium, *in omni*, inquit, *opere ſancto prior eſt voluntas Dei, poſterior liberi arbitrij, id eſt, operatur homo, cooperatur Deus; Quod ſi dicas, vt dicere conſueuiſti, quia ego prior volui, Deus voluit, iam meritum facis, vt gratia ex operibus, iam non ſit gratia, ſed merces*; Tum etiam probatur ex Concil. Triden. ſeſſ.6.cap. 5. vbi poſt nonnulla, ſic habet, *neque tamen ſine gratia Dei mouere ſe ad iuſtitiam coram illo libera ſua voluntate poſſit*. tum etiam ratione, quia vt iam ex dictis patet, gratia prius, & ſimpliciter mouet hominem ad bonum; hinc ſequitur quod optime tradit Aluarez lib. ſeptimo ſupra, diſpu. 66. licet vltima diſpoſitio ad gratiam efficienter ſit à noſtro libero arbitrio, quia tamen non eſt ab eo virtute propria, ſed virtute diuinę gratiæ, non dici ipſum producere gratiam, ſed ſolum Deum, cuius virtute liberum arbitrium ponit illam vltimam diſpoſitionem, ad quā infallibiliter ſequitur gratia.

D. Aug

Conc. Tr.

Et ex his facile poſſumus reſpondere ad obiecta, & Primo quidem ad auctoritatem, tum D. Auguſtini, tum Conciliorum, illā non officere noſtræ concluſioni; fatemur enim, quod diximus in noſtra priori concluſione, neminem conuerti, niſi prius excitetur, moueatur, & vocetur à Deo. Solum quæſtio eſt, Vtrum illa gratia, illud auxilium, quo ille vocatur, excitatur à Deo, ſint diſtincta ab habitu, & concurſu illo debito, an non: in quo videtur nobis probabilius dici poſſe, non neceſſario eſſe diſtincta.

Ad primam rationem reſpondetur, conceſſo toto illo antecedente, iuxta ea, quæ ſupra prænotauimus, diſtinguendum eſſe cōſequens, hominem enim etiam iuſtum egere ſpeciali auxilio, & motione ad ſingulos actus bonos, dupliciter poteſt intelligi; primo vt egeat nouo, & diſtincto auxilio ab illo, quod Deus dat ſimultanee in qualibet actione illius; ſecundo, vt poſito concurſu debito habitui, ſimul cum alijs, de quibus ſupra, ſine alio nouo, & diſtincto auxilio excitante poſſit exire in actum ſupernaturalem; ſi intelligatur primo modo negatur vltima ſequela; ſi vero ſecundo modo, conceditur.

Pro cuius argumenti ſolutionis maiori intelligentia, Notandum eſt, Habitum concurrere actiue ad productionem actus partialiter tamen, quatenus ſcilicet, eſt forma quædam perficiens potentiam, & faciens, vt perfecte ſine difficultate, ſine periculo erroris, cum promptitudine, & delectatione poſſit operari; quod manifeſte

Quomodo habitus cō·urrāt ad actū.

niſeſte oſtenditur verum in habitibus naturalibus, ſed neque etiam de habitibus ſupernaturalibus videtur negandum, ſaltem quoad id, quod tam habitus naturalis, quam ſupernaturalis conſtituant potentiam potentem, licet ille in ordine naturali; hi vero in ſupernaturali; Vnde ſi potentiæ ſic conſtitutæ in eſſe ſupernaturali, & in quodam eſſe proximo operandi, accedat concurſus debitus diuinus, qui, & particularis, & vniuerſalis dici poteſt, iuxta ea quæ ſupra prænotauimus, accedentibus alijs ſimul cum habitu ſupernaturali, non videmus, cur potentia illa, vt ſic, non poſſit exire in actum ſupernaturalem ſine nouo aliquo, & diſtincto auxilio, vt dictum eſt.

Ad ſecundum negamus minorem; ratio autem huius iam patet ex dictis.

Si dicas, ſequeretur initium pęnitendi non pendere ex gratia, ſed potius ex nobis, contra D. Auguſtinum, & Concilia citata. eſt argumentum Aluarez pro ſua concluſione contra noſtram lib. 3. ſup. diſp. 18. poſt 3. concl.

Reſpondetur, nos non dicere vllo modo initium pænitendi eſſe in noſtra poteſtate, ſi hæc excludat omnem gratiam, nos enim ponimus habitum gratuitum, & concurſum cum habitu antecedere omnem motionem noſtri liberi arbitrij, ſi autem per eſſe in noſtra poteſtate intelligatur; poſita gratia, nos vere poſſe moueri, ac nō moueri, & Deo vocanti aſſentiri, & nòn aſſentiri veriſ-

A ſimum eſt eſſe in noſtra poteſtate, vt iam probauimus, tum ex SS. Patribus, tum ex Concilijs, præſertim Trid.

Si ſecundo dicas, Chriſtum Ioan. 15. dixiſſe illa verba, *Sine me nihil poteſtis facere*. Cum tamen quibus illa dicebantur eſſent iuſti; præterea, in Pſal. 26. in perſona iuſtorum dixiſſe, *Adiutor meus es tu, ne derelinquas me*. Ergo ad opera bona videtur neceſſario requiri nouum aliquod auxilium. *Ioan. 15.* *Pſal. 26.*

B Reſpondetur primo, ex Belarm. lib. 6. de Gratia & lib. arb. ca. 15. loca illa adducta nobis non officere, tum quia nos iam damus, nullum eſſe opus pium, & bonū, quod non ſit ex gratia Dei, etiam in hominibus iuſtis, vt patet ex dictis; tum quia etiam bona hominum iuſtorum, non fiunt ſine ſpeciali Dei directione, & ꝓtectione.

C Reſpondetur ſecundo, nos loqui hoc loco de actibus, qui ab habitibus eliciuntur, ad quos dicimus, nullam aliam gratiam adiuuantem eſſe neceſſariam, præter excitantem, illi proportionatam, & ratio iam fuit à nobis aſſignata, quia illi habitus, vt ſic, præſertim in adultis habent omnia, quę requiruntur ad agendum, vt iam diximus, vnde loca illa non ſunt contra nos.

D At dices, habitus ſupernaturales tribuere potentię tantum poſſe, non autem actu operari, ad quod eſt neceſſarium nouum auxilium mouens.

Contra: habitus ſupernaturales cum auxilio ſimultaneo, & alijs modo ſupra explicato, non

ſolum

ſolum habent poſſe, ſed etiam actu poſſe exercere ſuum actum, etiam cum facilitate, & delectatione.

Reſpondetur tertio, loca illa ſacræ ſcripturæ poſſe intelligi de dono perſeuerantiæ in bono, quod Chriſtus ibi Ioan. 15. ait, non poſſe eſſe ſine ipſo particulariter agente, & præterea Pſal. 26. *Adiutor meus es tu*. Sancti ab eodem exoptant; donum autem perſeuerantiæ eſt donum diſtinctum à gratia habituali, & quocunque alio; vt omnes tenentur concedere, cum iam ſit definitum à Concil. Trident ſeſſ 6. can. 16. & 22. & cap. 12. & 13. & prius definitum erat ab Araxicano cap. 10. dicente, *Adiutorium Dei, etiam a ſanctis, & renatis hominibus, ſemper eſſe implorandum, vt ad finem bonum peruenire, & in bono perſeuerare poſſint*. Et approbat S. Auguſtin. lib. de Correct. & Gratia cap. 11. & 12. & de bono perſeuerantiæ cap. 8. dicens, *Cur vni ex duobus iuſtis detur perſeuerantia, alteri non detur, ſunt iudicia imperſcrutabilia, quia ex voluntate diuina dependet*; Vnde loca adducta nobis non officiunt, cum nos non loquamur de dono perſeuerantiæ.

Ioan. 15. *Pſal. 26.* *Conc. Tr.* *Araxic.* *S. Aug.*

At dices, gratiam habitualem ex ſe eſſe ſufficientem, & potentem ad perſeuerandum, ergo pari ratione, qui haberet illam, poſſet perſeuerare, & perſeueraret abſque vllo alio ſuperaddito.

Contra, non ſolum perſeuerare, ſed etiam poſſe perſeuerare, eſt donum Dei diſtinctum à gratia habituali, licet enim ſimul cum illa dentur auxilia ſufficientia, quibus homo poſſit perſeuerare, nihilominus tamen hoc, quod eſt actu perſeuerare, eſt alıud donum Dei, quod non ſemper cum gratia habituali accipitur, ſed de hoc fuſius alibi. Legatur S. Aug. lib. de Corrept. & Gratia cap. 11. & 12.

Perſeuerantia eſt donū Dei diſtinctū.

Sequitur primo, poſita diuina motione, de qua ſupra loquuti ſumus, primum actum in peccatore ex Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 6. eſſe actum fidei, id eſt, aliquam conſiderationem rerum, quæ ſpectant ad fidem, quæ eſt fundamentum totius iuſtificationis, iuxta illud ad Hebræos 11. *Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum non apparentium*. Legatur Sotus lib. 2. de Natura, & Gratia c. 11. Secundum autem eſſe actum ſpei; *Nemo enim*, teſte D. Ambroſio, *agit pænitentiam ſine ſpe veniæ*. de pæniten. d. 3. & hi duo actus ita videntur neceſſario requiri ad pænitentiam, vt aliqui exiſtimarint pertinere ad ipſam eſſentiam Pænitentiæ.

Conc. Tr. *Paul. ad Hebr.* *S. Ambr.*

Sequitur ſecundo; timorem ſeruilem, quem reperiri in pænitente ſuo loco dicemus, eſſe vtilem, & honeſtum, multis probant Mag. ſent. in 3. d. 34. Gabriel ibid. d. 35. q. vnica art. 7. Sotus in 4. d. 14. q. 2. art. 5. Barthol. Med. 1. 2. q. 92. art. 2. concl. 1. Ioan. Med. C. de pænit. tract. 1. q. 4. Viguerius de pænit. initio, Belarm. lib. 2. de pænit. cap. 17. Suarius 3. p. q. 85. diſp. 5. ſect. 2. & habetur de pænit. d. 2. cap. Sicut Seta, vt iure Conc. Trid. illum

Timor ſeruilis eſt vtilis & honeſtus. *Conc. Tr.*

illum appellarit donum ſpiritus ſancti, quo modo loquendi iam vſus fuerat S. Auguſt. lib. de Gratia, & lib. arb. vbi dicit, ſpiritum timoris Domini, quem inter dona Spiritus ſancti Iſaias poſuit, non eſſe timorem illum, quo Petrus Chriſtum negauit, ſed illum, de quo Dominus ait, *Timete eum, qui poteſt corpus, & animam perdere*; Sed de hoc timore plura dicimus infra, in ſecunda diſputatione; interim ſolum dicimus, hūc timorem, licet vt plurimum concurrat ad pænitentiam, vt habet Belarminus lib. primo de pænit. cap. 19. initio, & patet ex illo Pſal. 100. *Initium ſapientiæ timor Domini*. id eſt, initium iuſtificationis, vt habet ibi D. Auguſt. & lib. 1. de ſerm. Domini in monte cap. 9. loqui autem de timore ſeruili patet ex eo. Aug. tract. 9. in epiſt. Ioan. Bernard. hom. 23. in Cant. non tamen eſſe ſimpliciter neceſſarium ad illam, neque enim repugnat, aliquem ex conſideratione ſolius diuinæ bonitatis moueri ad Pænitentiam, abſque huiuſmodi timore, vt habent Sotus lib. 2. de Nat. & Gratia cap. 16. & Belarmin. loco citato.

S. Aug. — Pſ. 100. — D. Aug. — D. Bern.

Sequitur tertio, huic timori ſeruili adiungi alios quoſdam metus, qui item boni ſunt; & honeſti, vt metus pudoris, Hierem. 31. *Confuſus ſum, & erubui, quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ*; ad Roman. 6. *Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis*, item metus indignationis, Hierem. 32. *Percuſſi femur meum*. item metus conturbationis, Pſal. 31. *conturbatus eſt in ira oculus meus*. Pſal. 37. *Cor meum conturbatum eſt*. Pſal. 72. *Conturbatus eſt in ærumna mea, dum configitur tibi ſpina*; de his timoribus legendi ſunt Tertullia. lib. de pænit. Ambroſ. lib. 2. de pænit. cap. 1. Bernar. ſerm. 4. in Cant.

Hiere. 31 — Paul. ad Rom. — Hiere. 32 — Pſal. 31. — Pſal. 37. — Pſal. 72. — Tertull. — Ambroſ. — Bernard.

Sequitur quarto, neque timorē filialem, de quo multa habent Scholaſtici in 3. d. 34. & 35. & nos infra plura ſumus diſputaturi, eſſe ſimpliciter neceſſarium ad iuſtificationem, vt habet Sotus lib. 2. de Nat. & Gratia cap. 16. vt propterea Concil. Trident. nullam illius fecerit mentionem, crediderimus tamen id factum eſſe, quia hic timor includitur in actu charitatis, a quo originatur, vt habet D. Auguſtinus in epiſtolam Ioan. tract. 9. & docet Greg. Val. 1. 2. diſput. 3. q. 9. puncto primo.

Quare Con. Tr. non meminerit timoris filialis &c. — S. Aug.

Sequitur quinto, quomodo ſit exponendus S. Tho. dum dixit pænitentiam naſci ex timore ſeruili, tamquam ex primo motiuo affectus; ex timore vero filiali, tamquam ex proximo principio; Intelligitur enim, non perinde quaſi ex natura rei; id neceſſario fiat; ſed quia, ſi huiuſmodi motus intercedant, propius accedat ad motum pænitentiæ, timor filialis, quam ſeruilis; legantur Gab. in 4. d. 14. q. 1. art. 3. dub. 17. S. Bonau. in 4. diſt. 14. art. 2. q. 2. Ioan. Med. C. de pænit. tract. 1. q. 4. Suarius 3. p. q. 85. diſp. 5. ſect. 2. & alij.

Vera intelligētia D. Tho. — S. Bonau.

Sequitur vltimo, Conc. Triden. vbi ſupra, neque poſuiſſe inter diſpoſitiones neceſſarias, & proximas ad iuſtificationē motionem diuinam;

Quare Conc. Tr. non meminerit motionis diuinæ &c.

diuinam; non quia non eſſet ſimpliciter neceſſaria ad illam, id enim ita eſſe, ſupra diximus; ſed quia ibi Concilium agit tantum de ijs actibus, qui fiũt a libero arbitrio, vi illius motionis diuinæ; vnde præſupponit illam, ibi Concilium Trid. dum excitati diuina gratia, inquit, fidem ex auditu concipientes, &c. motio autem diuina eſt à Deo, non a libero arbitrio, ideo &c.

Introductio ad dubitationem ſequentem.

Quoniam autem in ſuperioribus dictum eſt, liberum noſtrum arbitrium operari ſupernaturalia ex diuina virtute: ideo hoc loco ſe offert occaſio diſputandi; An liberũ arbitriũ in ſuis operationibus ſit cauſa principalis, an cauſa inſtrumentalis, eſt igitur

DVBITATIO VNICA.

An quando liberum arbitrium operatur ſupernaturalia ex diuina virtute, dicatur cauſa principalis ſuarũ operationum; An vero inſtrumẽtalis diuinæ virtutis.

PRo ſolutione propoſitæ difficultatis, tria à nobis facienda ſunt, primo ponemus nõnulla fundamenta; ſecundo examinabimus ſententias Aluarez, & Suarij circa prædictam difficultatem, & quanta ſit vtriuſque ſententiæ probabilitas; vltimo aſſignabimus, quid nobis videatur in

A re propoſita dicendum.

Quoad primum, notan. primo ſupponenda hic eſſe a nobis tria principia fidei: primo Deum conſeruare omnes res in ſuo eſſe, vt habetur ex D. Paulo ad Hebr. 1. vbi inquit, *portans omnia verbo virtutis ſuæ*. & D. Auguſtino ſuper Gen. ad litt. vbi, *mũdus*, inquit, *neque in ictu oculi ſtare poſſet, ſi ei Deus regimen ſuum ſubtraheret*.

Deus conſeruat omnes res. Paul. ad Heb. D. Aug.

B Legatur D. Thomas q. 1. de potentia. art. 1. vbi huius rei reddit rationem. Secundo omne operans eatenus operari, quatenus Deus eſt illi cauſa operãdi, ita vt ſi Deus deſiſteret a concurſu, quo concurrit cum agentibus creatis, agentia illa retinerent quidem propriã eſſentiam, & virtutem; nihil tamen poſſent operari, vt habetur ex illo Iſa. 26. *omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine*, ad

D. Tho.

Deus eſt cauſa operandi agẽtibus.

Iſa. 26. Paul. ad Phil.

C Philip. 2. *Deus eſt, qui operatur in nobis, velle, & perficere*, Iob. 10. *pelle, & carnibus veſtiſti me, &c.* Ioa. 15. *Sine me nihil poteſtis facere*. & Pſa. 17. *Intonuit de cælo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam, &c.* Legatur D. Tho. cum alibi, tum q. 3. de potentia, quo etiam loco aſſignat huius rei rationem. Tertio Deum propter ſuam immenſitatem eſſe præſentem om-

Iob. 10. Ioan. 15. Pſal. 17. D. Tho.

Deus eſt præſens in omni loco.

D nibus rebus, & eſſe in ipſis rerum eſſentijs, vt habetur ex illo Hierem. 23. *Cælum & terram ego impleo*. Iſai. 66. & Actor. 7. *Cælum mihi ſedes eſt, &c.* Pſal. 138. *Si aſcendero in cælum, &c.* Sap. 1. *Spiritus Domini repleuit orbẽ terrarũ, &c.* Actorum 17. *Non longe ab eſſe ab vnoquoque noſtrum*, ex Symbolo

Hiere. 23. Iſa. 66. Act. 7. Pſal. 138. Sap. 1. Actor. 17.

Athan.

Athan. *Immenſus Pater, immenſus Filius,&c.*& ex vnanimi conſenſu Patrum, vt videre eſt apud DD. 1. p. quæſt. 8. artic. 1. quo loco etiam huius eiuſdem rei reddit cauſam D. Thomas. Ex his igitur tribus principijs, illud colligendum eſt, Deum eſſe cauſam immediatam omnium rerum naturalium, quia conſeruat omnia agentia naturalia; mouet illa ad operandum, & dat eſſe effectui naturali, modo infra explicando; non inde tamen ſequitur, cauſas ſecundas, tamquam cauſas veras, & proprias, in ſuo genere non cauſare totum effectum. legatur Perrerius lib. 8. de cauſis, cap. octauo. pro quo

D. Tho.

Deus eſt immediata cauſa omnium rerũ.

Notan. ſecundo, Deum ad omnes effectus inferiores immediate concurrere, ita vt, ſicut agens artificiale ita agit cum ſuo inſtrumento, vt nihil in opere artificiali aſſignari poſſit, quod ſit ab inſtrumento, & non ab artifice, vel contra: ſed totus effectus ſecundum ſe totum eſt ab artifice, vt ab agente principali, ab inſtrumento vero, vt ab agente inſtrumentali, & ſicut totus effectus in diuerſo genere cauſæ ſimul eſt a materia, forma, fine, & efficiente, & hæ omnes sũt totales, etiamſi nõ quęlibet pars ſit à materia, & quælibet à forma: & ſicut ſi duo homines trahant eamdem nauim, tota tractio eſt ab vno, & tota ab alio: ſi ab omnibus his cauſis auferamus id, quod dicit imperfectionem, eſſe ſcilicet inſtrumentum, vel cauſam partialem, vel non eſſe cauſam totius effectus ſecundum ſe

A totum: & coniungamus ſimul, quæ dicunt perfectionem, habebimus concurſum Dei cum cauſis ſecundis: totus enim effectus eſt à Deo, & à cauſa ſecunda totaliter, & ſecundum omnes partes in diuerſo tamen genere, quia à Deo eſt, vt à cauſa vniuerſali, à cauſa vero ſecunda, vt à cauſa partiali: Vnde patet Deum, producere effectum per eamdem actionem, per quam producit cauſa
B ſecunda, loquendo de actione exteriore: nam ſi loqueremur de actione interna, & immanente Dei, illa eſt diuerſa ab actione creaturę, cum nihil aliud ſit, quam ipſa voluntas Dei, ſed de hac nihil nunc dicendum occurrit: porro hæc dependentia cauſæ ſecundæ à prima (quam nunc in-
C tendimus explicare ad intelligentiam eorum, quæ ſumus dicturi) ita eſt neceſſaria, vt ſine ipſa, ſecunda cauſa non poſſit, neque cogitatione operari: & ratio eſt, quia Deus non poteſt facere, vt creatura, non ſit creatura: ſi autem eſt creatura, neceſſario debet pendere à Deo in eſſe, & operari, vnde Actor. 17. bene dicitur, *In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus*; Qua-
D re non poteſt creatura, vt ſic, non pendere à cauſa prima, quo modo non pendet cauſa prima à ſecunda; legantur Perrerius vbi ſupra, & Suarez tertia parte, quæſtione decimatertia, diſputat. 31. ſect. 8.

Totus effectus eſt a prima & a ſecunda cauſa

Cauſa ſecũda non poteſt agere ſine prima.

Act. 17.

Notandum tertio, Deum ſimpliciter poſſe producere quemcumque effectum ſine cauſa ſecunda, etiam illum, quem de facto pro-

Deus poteſt producere effectum ſine cauſa ſecunda.

Digitized by Google

ctio produxit cum cauſa ſecunda; id quod facile probari poteſt, quia Deus poteſt ſupplere quamcumque rationem cauſæ efficientis; id quod in omnium ſententia concedendum eſt; ſed eſt aduertendum, non propterea dici cauſam ſecundam eſſe fruſtra; quia ſcilicet Deus poſſit producere effectum ſine ipſa, quia alio modo concurrit Deus ſe ſolo ad effectum producendum, ac concurrat ad eundem cum cauſa ſecunda; nam ſi producat ſe ſolo, concurrit maiori quodam concurſu, quam concurrat, ſi cum cauſa ſecunda, Deus enim, cum ſit agens liberum, poteſt agere quantum voluerit, & applicare ſuam virtutem eo modo, quo voluerit, & ideo ſi agat ſimul cum cauſa ſecunda, quia eſt tantum neceſſarius concurſus vniuerſalis, ideo applicat illum ſolum; ſi vero agat ſe ſolo, cum agat, & tamquam cauſa vniuerſalis, & tamquam cauſa particularis, ideo agit maiori quodam concurſu.

Notandum quarto, nullo modo videri neceſſarium, vt quando Deus concurrit cum cauſa ſecunda, communicet illi aliquod eſſe de nouo, vel permanens, vel fluēs propter quod agentia naturalia determinentur ad agendum, diſtinctum ab illo, quo res in ſuo eſſe conſeruatur; ſed tantum neceſſarium eſſe, vt agat cum cauſa ſecunda in genere cauſæ vniuerſalis, tum quia cauſæ ſecundæ, iam habent à Deo vim inditam, vt ex ſe poſſint operari, vnde ſolo concomitante concurſu vniuerſali

A exeunt in actum, tum quia illa motio, & applicatio nobis ſemper viſa eſt inexplicabilis in his cauſis ſecundis naturalibus, & quamquam hæc omnia, quæ de cauſis naturalibus hucuſque diximus, vera ſint; dubitatio tamen eſſe poteſt, an hęc eadem & eodem modo vera ſint in ſupernaturalibus, id quod nunc in ſequentibus examinabimus, etſi aliqua etiam

B dixerimus.

Notandum quinto, potentiam obedientialem duplicem eſſe, actiuam, & paſſiuam, actiua eſt illa, per quam creatura poteſt efficere ſupernaturalia opera, vt inſtrumenta Dei, ipſo concurrente cum auxilio proportionato effectui; Paſſiua autem eſt, ſecundum *De potentia obedientiali.*

C quam Deus ex rebus facit, quidquid non implicat contradictionem, de vtraque loquitur D. Tho. in 4.d.8.q.2.art.3.ad 4.vbi, *Sicut, inquit, creaturæ ineſt obedientia potentia, vt in ea fiat, quidquid creator diſpoſuerit, ita etiam, vt ea mediante fiat, quæ eſt ratio inſtrumenti*; & videtur ratio id perſuadere, quia ſic magis, ac perfectius ſubijcitur omnis creatura Deo, ſi non *D. Thom.*

D tantum ad recipiēdum, ſed etiam ad agendum ſubijciatur; hanc autem potentiam obedientialem, vt ſic, nullam dicere inclinationē naturalem, & poſitiuam in effectus ſupernaturales, indicatur à D. Aug. lib. 9. ſuper Gen. cap. 17. & 18. cum ait, *Vim naturalem agendi, non ſolum eſſe in Deo, ſed etiam rebus creatis eſſe inditam vim, in ordine vero ad res ſupernaturales producendas, non eſſe in rebus indi-* *S. Auguſt.*

 tam,

Digitized by Google

tam, vt ipſa nullam habeant vim ad agendum, ſed vt voluntati creatoris ſubijciantur, illiq; obediant; & patet ratione, quia alias reſpectu potentiæ paſſiuæ, tam actus naturales, quam ſupernaturales eſſent naturales, & ad ipſos eſſet ordo naturalis; quod abſurdum eſt; patet ſequela, quia tam vnus, quam alter ordo conuenirent rei, ſecundum ipſius inclinationem, & ſolum differrent, quia actus naturales ab agente naturali fierent, ſupernaturales autem a ſupernaturali, atque ideo nullus actus eſſet ſupernaturalis, quoad ſubſtantiam; ſed ſolum, quoad modum, contra communem Theologorũ ſcholam; præterea, nulla eſſet aſſignanda differentia inter potentiam obedientialem, & naturalẽ, quæ eſt etiam res ipſa cum inclinatione poſitiua in effectum, vt patet de potentia materiæ, quę poſitiuę reſpicit omnes formas ex ſe, quare potentia hæc obedientialis non dicit inclinationem aliquam poſitiuam in effectum, ſed ſolum, vt iam diximus, entitatem rei non repugnantem, ſecundum quam Deus illa poteſt vti, vt vult. Legendi ſunt Medina 1.2.quæſt.3.art.8. Suarius 3.p.q.13.diſp.31.ſect.5.

Potentia obedientialis dicit non repugnãtiam.

Notandum ſexto, hanc potentiam obedientialem, cum dicat potius quamdam non repugnantiã, ad inſtar aliarũ negationum, fundari in aliquo poſitiuo, ratione cuius talis non repugnantia, vel negatio conueniat: Vnde fit, vt quoniam ratione talis poſitiui, quod connotat non in quacumque re indifferenter ſit hęc potentia obe-

A dientialis, propterea Deus non vtatur lapide, aut quacumque alia re ad videndum, ſed intellectu in viſione beatifica; quia in illo ſit poſitiuum tale, cui non repugnet videre, & ſic de alijs rebus; Vnde Deus vti poterit qualibet re ſecundum propriam ſuam potentiam obedientialem in tali fundamento, à quo nullo modo diſtinguatur ex natura rei, ad illum effectum, B ad quem ipſe voluerit; obiectum enim huius potentiæ obedientialis extenditur ad omne id, quod non implicat, vt tali modo fiat, quod Deus cum facit, non ſolum debet concurrere cum re, qua ipſe vtitur concurſu concomitante, ſed etiam debet vti re illa, per quã aliquid efficit, tanquam inſtrumento; Vnde res vt ſic non ſolum concurrit potentia paſſiua, ſed etiam actiua obedientiali. Legan- C tur Medina, & Suarius vbi ſupra.

Notandum ſeptimo, Deum tribus modis poſſe aliquid efficere, primo ſine vllo concurſu cauſæ ſecundæ, vt cum aliquid creat; ſecundo cum concurſu ſolum paſſiuo cauſæ ſecundæ, vt ſi aliquid efficeret ſolum dependenter a ſubiecto; tertio cum concurſu etiam actiuo cauſæ ſecundæ; id quod tribus modis poſſumus concipere, poſſe accidere; primo, ita vt ſup- D ponatur vis agendi in cauſa ſecunda, & Deus concurrat tantum maiore, vel minore concurſu concomitante, vt natura cauſæ ſecundæ poſtulat, quomodo, vt iam diximus, concurrere ſolet cum cauſis ſecundis ad effectus naturales producendos: ſecundo, vt ſup-

Digitized by Google

vt ſupponatur quidem vis agendi in creatura libera, ſed quæ ſit ſolum radicalis, & remota, idque reſpectu actuum ſupernaturaliũ; tertio, vt nulla ſupponatur vis agendi in illa, ſed ſolum quædam non repugnantia, vt Deus ſua voluntate illa vtatur, tamquam instrumento ad aliquid producendum, quod per ſe ipſam efficere nullo modo poterat: in quo tamen, (ſi hoc concedatur) duæ ſunt à nobis concipiendæ voluntates diuinæ intereſſe, vna, quæ terminetur ad rem illam, per quam Deus vult aliquid efficere, & eam quaſi in actu primo conſtituat, vt ſit inſtrumentum ad aliquid efficiendum; altera, quæ immediate terminetur ad effectum, & quaſi concomitanter concurrat cum ſuo inſtrumento ad effectum, vt concurrere ſolet cum cauſis ſecundis; vt ratione prioris voluntatis creatura per potentiam obedientialem ſubijci dicatur creatori, & fiat inſtrumentum in actu primo coniunctum cum Deo, propter quod poteſt inſtrumentaliter operari; ſicut intellectus, ex eo quod eſt iunctus cum anima, ſit illius inſtrumentum, & calor naturalis ex eo quod cum eadem anima coniunctus eſt, ſit illius inſtrumentum ad operationes vitales, teſte Ariſtot. ſecundo de Anima text. 41. ratione autem poſterioris voluntatis, Deus ſe habet tamquam cauſa vniuerſalis, quæ concurrat cum cauſis ſecundis, vt earum natura poſtulat, iuxta modum ſupra explicatum. Vnde patet magnam eſſe differentiã in agen- A do inter cauſas ſecundas naturales & creaturas, quæ ſunt inſtrumentum Dei; cauſæ enim ſecundę, poſito quod conſeruentur à Deo, non egent, niſi concurſu concomitante ad operandos effectus naturales, quia habent vim inditam à natura, vt poſſint operari; in quo non poſſumus non diſſentire ab Aluarez lib. 3. de auxil. diſput. 18. capit. 3. exiſtimamus enim B contra ipſum & alios Thomiſtas, ſequuti Suarium lib. primo de concurſu Dei capi. 7. cauſas ſecundas naturaliter agentes, non indigere, vt a cauſa prima recipiant aliquam determinationem ad agendum, nouam ſcilicet actionem diſtinctam ab illa, ſecundum quam in ſuo eſſe conſeruantur; Sed de hoc alibi; At vero creatu- C ræ, quæ conſtituuntur Dei inſtrumenta, duplici egent concurſu, vno antecedẽter, quo conſtituuntur inſtrumenta, altero concomitanter ad modum ſupra explicatum.

Ariſt. 2. de anima.

Dices. creatura ex ſe non eſt potens ad effectus ſupernaturales, vt patet ex dictis, ergo debet in ſe aliquid recipere, quo fiat potens, ergo non ſufficit diuina vo- D luntas, quæ velit inſtrumento vti ad aliquid faciendum.

Reſpondetur, ſi creatura deberet fieri potens, vt cauſa, reuera deberet neceſſario aliquid recipere, quia cauſa vt ſic, debet in ſe habere vim agendi. At vero creatura, quæ eſt inſtrumentum, id non petit, vt patet in exẽplo allato de intellectu, & calore, qui sũt inſtrumentum animæ ex eo ſolũ, quod

cum illa coniunguntur; & ratio eſt, quia non eſt neceſſe, vt inſtrumentum in ſe habeat vim agēdi, ſed ſatis eſt, & hęc ſit in cauſa principali, & hæc vtatur inſtrumento quod omnino ineptum non ſit, vt iam diximus, ad aliquid efficiendum; Verum, quia nos vti nō poſſumus inſtrumento, niſi per aliquam actionem, aut operationem tranſeuntem in ipſo inſtrumento, nullum erit noſtrum inſtrumentum, quod aliquid a nobis non recipiat; Deus vero qui vtitur inſtrumento, non per operationem tranſeuntem; ſed ſola ſua voluntate, non eſt opus, vt aliquid efficiat in inſtrumento, vt eo vti poſſit, ſed ſatis eſt, ſi aliquid per illud efficiat.

Notan. octauo. Quandocumque Deus agit per cauſas ſecundas liberas, ſecundo illo modo ſupra in notabili ſeptimo aſſignato, tunc non vti illis, tamquam inſtrumentis ad actiones liberas, & vitales faciendas; id eſt, quandocumque noſtræ potentię operantur ſupernaturalia per habitus infuſos, vere & proprie loquendo, noſtras potentias non dici inſtrumenta Dei in ordine ad tales operationes, quemadmodum neque aqua calida ex bona philoſophia proprie dicitur inſtrumentum ignis, in quo conueniunt Aluarez, & Suarez, ille quidem ſupra diſputat. 68. concluſ. 1. num. 7. Alter vero 3. par. quæſt. 13. diſputat. 31. ſectio. 4. §. Dices hac ratione; tum quia noſtræ potentiæ in ordine etiam ad actiones ſupernaturales, quas eliciunt per habitus

A infuſos, concurrunt, vt principia intrinſeca vitalia habentia actum poſitiuum remotum: tum quia adhuc receperunt virtutem agendi ſupernaturalia, licet imperfectam, & remotam à Deo; quæ omnia repugnant rationi inſtrumentariæ; tum denique, quia ſi concurrerent tamquam inſtrumenta, viderentur concurrere ſolum paſſiue contra Concil. Trid. *Conc. Trid.*
B ſeſſ. 6. can. 4. vt ſupra etiam deductum eſt; Vnde magis proprie dicerentur noſtrę potentię inſtrumenta Dei, quando illę operarentur ex ſolo auxilio ſpeciali Dei, quo diximus poſſe noſtrum liberum arbitrium operari ſupernaturalia ſine habitibus infuſis, in quo diſſentit Aluarez vbi ſupra concl. 2. num. 12. à Suario tum loco citato, tum lib. 3. de auxil. cap.
C 15. quia tunc Deus concurreret duobus illis modis, quibus concurrit cum alijs creaturis, cum illis vtitur, vt inſtrumentis, quatenus ſcilicet Deus ſua voluntate vellet noſtras potētias elicere actus ſupernaturales, ipſo peculiari quodam modo concurrente, quemadmodum vult concurrere cum eleuat, vt inquit Aluarez, vbi ſupra numero octauo, actionem li-
D beram Sacerdotis, vt pure inſtrumentaliter per verba conſecrationis efficiat ex pane, corpus; & ex vino, ſanguinem Chriſti verum; vel etiam cum vult concurrere per Sacramenta ad productionem gratiæ, vt videantur, vt ſic, noſtræ potentiæ præſeferre rationem quamdam inſtrumenti; Minus tamen ſunt inſtru-

menta,

Digitized by Google

menta, quam ſi hæ actiones vitales producerentur ab aliqua alia creatura, in qua nulla eſſet capacitas, vt has operationes efficere poſſet, vt vitales; cum tamen creatura libera habeat capacitatem ad illas ex D. Auguſt. de prędeſtinat. SS. capit. 5. vbi, *poſſe*, inquit, *habere fidem natura eſt hominum, habere autem gratia eſt fidelium*; quare etiamſi Deus in lapide, & per lapidem produceret actionem vitalem; numquam tamen lapis videret, quia in eo non eſſet talis capacitas, ſicuti eſt in homine, ratione cuius hic poteſt dici cauſa, & non inſtrumentum purum. His igitur ſuppoſitis, veniendum eſt ad ſecundũ, de quo propoſuimus hic diſputare; ſcilicet Quid nobis videatur de ſententijs tum Aluarez, tum Suarez circa præſentem quæſtionem, & de vtriuſque probabilitate: quamquam, nos ipſos in multas, eaſque graues anguſtias inieciſſe, non lateat: quia tamen valuit apud nos auctoritas Reuerendiſſimi Patris Magiſtri Richardi Baronij, Parẽtis optimi in Chriſto, qua voluit id à nobis fieri; ideo vel etiam libentius hoc ſatis durum negotium aggreſſi ſumus.

S. Auguſt.

Quod igitur attinet ad ſecũdũ.

De ſententia Suarij.

Dicimus Primo, ſententiam Suarij lib. 3. de auxilijs &c. capit. decimo quinto, quam & alibi habet, in eo, quod aſſerat voluntatem noſtram in ordine ad actus vitales ſupernaturales, quos elicit medio auxilio gratiæ; habere ſolam potentiam obedientialem, non naturalem, & poſitiuam; & conſequenter eſſe inſtrumẽtum; non videri improbabilem; à qua non videtur diſcordare Medina, qui quatenus 1.2. quæſt. 3. artic. 8. poſt 4. concluſ. ponit in anima noſtra eſſe potentiam obedientialem, vt poſſit eleuari ad Dei viſionem, videtur conſequenter ponere illam, vt inſtrumentum vitale ad talem actum, modo explicando.

Antequam autem hanc ſententiam probabilem oſtendamus, vnum eſt, quod ſuppoſitum volumus in tota hac quæſtione; voluntatem, vt etiam dictum eſt, poſſe à Deo eleuari per auxilium actuale ad ſupernaturales actus eliciendos; quod nunc de lege ordinata fit per habitus infuſos: Hoc autem ſuppoſito, noſtram voluntatem, vt ſic, eſſe inſtrumentum diuinæ virtutis; nõ autem cauſam principalem

Primo videtur poſſe probari ex D. Thoma, qui in quæſt. 3. de potentia art. 7. à medio, ponit varios modos, quibus res aliqua poſſit dici cauſa actionis alterius, & inter alios, ponit hunc, cum ſcilicet agens ita agit cum alio, vt vtatur illo, tamquam inſtrumento, quod ſine illo nullo modo operari poſſet, vt patet in malleo, qui niſi moueatur ab agente, non poteſt aliquid facere, id quod ait S. Tho. ibi conuenire Deo; quo poſito ſic poſſumus argumẽtari; Creaturæ liberæ receperunt virtutem operandi à Deo, ſine qua nullo modo operari poſſunt, ergo creaturæ ſunt inſtrumenta Dei, patet ſequela; quia quod operari non poteſt

D. Tho.

ſine alio, dicitur inſtrumentum illius ex S. Thom. loco citato:ſed ſic ſunt creaturæ liberæ ad effectus vitales ſupernaturales producendos, ergo illæ ſunt inſtrumentum.

Secundo probatur magis ex proprijs, & ſimul explicatur concluſio, nam ad rationem inſtrumenti, duo videntur requiri: Primo vt id, quod eſt inſtrumentum, habeat aptitudinem aliquam, qua poſſit iuuare, vel concurrere ad actionem principalis agentis, id quod manifeſte videre eſt in inſtrumentis rerum naturalium, vel artificialium; & ſuo modo reperitur in inſtrumentis, quæ concurrunt ad aliquos effectus producendos, etiam ſupernaturales, vt iam diximus, & ratio eſt, quia inſtrumentum eſt illud, quo vtitur principalis cauſa ad operandum, quod præſtare non poſſet inſtrumentum niſi haberet talem aptitudinem, quæ tamen aptitudo reſpectu Dei non requiritur naturalis, ſed ſufficit obedientialis, & eſt exemplum clarum, in naturalibus quidem; nam ideo videmus fabrum vti ſerra ferrea, non autem lignea, quia hæc non habet aptitudinem ad tale opus, & ſic de alijs; reſpectu vero Dei; nam Deus non vtitur lapide ad viſionem eliciēdam, ſed intellectu; quia ille non habet capacitatem ad viſionem; habet autem hic; de qua capacitate, ait Medina vbi ſupra, loqui Auguſtinum, cum ait, loco ſupra citato, *poſſe habere fidem, natura eſt hominum*, vt S. Auguſtinus dixerit, *Naturæ eſt*; non, Naturale eſt, vt ſcilicet ſignificaret, hanc capacitatem eſſe quidem in homine; non autem in lapide in ordine ad actum fidei.

Auguſt.

A

Quidquid dicat Belarm. lib. 2. de effectu Sacr. ca. 11. quamquam ipſe loquatur de potentia abſoluta; cum dicit Deum poſſe vti quocumque inſtrumento, etiā inepto adhuc manente inepto, ad efficiendum, quidquid ipſe voluerit; quamquam exemplū ab ipſo Belarminio adhibitum non videatur id probare, affert. n. ipſe exemplū de calamo inepto, quo adhuc exiſtente inepto, poterit peritus ex induſtria vti ad ſcribēdum; deficit inquam hoc exemplum, quia, etiamſi calamus ſit ineptus, adhuc calamus eſt, & cōſequenter habet aptitudinem aliquā ad ſcribendū.

Reijcitur ſententia Belarmini.

B

Secūdo requiritur, vt inſtrumētum motum ab agente producat aliquid, quod ſe ſolo non poſſet ꝓducere; nā reſpectu illius effectus, quem ſe ſolo poteſt producere, nō habet rationem inſtrumenti, ſed principalis agentis. v. g. ſerra non eſt inſtrumentum fabri, quatenus mouetur deorſum; ſed quatenus ſecat, quia inſtrumentum, quatenus tale eſt, debet agere virtute alterius, hoc aūt non habet reſpectu illorum effectuū, quos ſe ſolo poteſt producere, ſi. n. præſcindamus ab omni alia re, & ab omni ordine ad aliud, poteſt illos effectus cauſare, ergo reſpectu illorum non agit virtute alterius: et totum hoc in naturalibus euidentiſſimum eſt; ſed præterea etiam patet in ſupernaturalib. ſuo modo, licet. n. ad inſtrumenta reſpectu Dei nō requiratur, vt moueantur, vt iam diximus,

C

D

mus,

mus, requiritur tamen, vt illis Deus velit vti ad aliquid, quod ſuperet virtutem illorum, & concurrat ſingulari, & proportionato cõcurſu, id quod reſpondet in naturalibus motioni, quæ eſt facienda à cauſa principali reſpectu inſtrumenti, illud autem ſufficere ad rationem inſtrumenti, iam patet ex dictis. Sed hæc duo repeririuntur in noſtra voluntate in ordine ad actus ſupernaturales, quãtum ad illum influxum, quem Deus ad ipſos habet, ergo noſtra voluntas, vt eleuata à Deo per auxilium huiuſmodi particulare, potius videtur habere rationem inſtrumenti, quam cauſæ principalis: confirmatur, quia inſtrumenta omnia in communi poſſunt habere duas actiones; aliqua enim fiunt ab illis, vt iam innuimus, quatenus talia ſunt, aliqua ex ſe & ex natura ſua, abſtrahendo à ratione inſtrumenti; quamuis in his inſtrumentis, quæ ex natura ſua ſunt inſtrumẽta, ita vt de eſſentia illorum ſit eſſe inſtrumẽtum, qualis eſt, v. g. calor reſpectu ignis, vel ſubſtantiæ calidæ, vix poſsimus illa duo diſtinguere. vnde ex bona philoſophia, vt ſciamus, quænam operatio ſit inſtrumenti, quatenus inſtrumentum eſt, & quæ ex natura ſua, abſtrahendo à ratione inſtrumenti, illa regula ſeruanda videtur, vt ſi operatio proueniens ab inſtrumento, talis ſit, vt non excedat virtutem illius, neque ordinetur eſſentialiter ad aliquid, quod excedat talem virtutem, tunc operatio illa ſit ab inſtrumento, non quatenus inſtrumentum eſt, ſed ſecundum ſuam naturam, ſicut in ſerra, verbi gratia, eſt frigefactio, vel motus deorſum; quando vero operatio talis eſt, vt vel excedat virtutem illius, quod eſt inſtrumentum, vel ordinetur ad aliquid, quod ſuperet talem virtutẽ, tunc operatio illa ſit ab inſtrumento, quatenus tale eſt. & hac regula ſuppoſita, vt vera, ſi proportionaliter in re noſtra philoſophãdum ſit, ſatis conſtat, cum voluntas noſtra ſit potentia quædam naturalis, quæ ex ſe non eſt potens producere actus ſupernaturales, quippe qui excedant propriam illius potentiam, ipſam dici poſſe reſpectu illorum actuum, inſtrumentum Dei, non cauſam principalem, licet enim ipſa ex auxilijs ſupernaturalibus fiat potens elicere actus ſupernaturales, attamen verum eſt ſemper, dicere in omni Theologorum ſententia, ex ſe non habere talem capacitatem, niſi remotam, quæ potius videtur appellanda potentia obedientialis, quam potentia aliqua poſitiua, ergo.

Tertio probatur, quia potentia actiua, & paſsiua ſibi mutuo debent correſpondere in eodem ordine, ſed potentia actiua Dei eſt ſupernaturalis, ergo illi correſpondere debet potentia etiã paſſiua ſupernaturalis in cauſa ſecunda; ſed hæc non poteſt eſſe ipſa entitas cauſæ ſecundæ, cũ hæc ſit naturalis, ergo debet eſſe obedientialis, ergo voluntas reſpectu effectuum ſupernaturalium ſolũ habebit potentiã hmõi obediẽtialẽ,

quæ

quę ex communi ſententia correſpondet actiuæ diuinæ, ergo ipſa non erit cauſa principalis, ſed obedientialis, & inſtrumentalis. Confirmatur: voluntas noſtra eſt potentia naturalis, & ordinis inferioris, ergo ex ſe non poteſt elicere niſi actus eiuſdem rationis, naturales ſcilicet, & ordinis inferioris; ſed actus Fidei, Spei, & Charitatis ſunt ſupernaturales, quoad ſubſtantiam, & ordinis ſuperioris, ergo voluntas ex ſe non poteſt illos elicere, ergo cum elicit illos ex auxilio ſpeciali, non elicit per potentiam aliquam poſitiuam naturalem, & principalem, ſed per obedientialem, & inſtrumentalē; hæc vltima ſequela præterquam ꝙ conceditur à Medina, vbi ſupra, adhuc probari poteſt, quia, vt iam diximus, quotieſcunque potentia aliqua elicit operationes, quæ excedant ipſius facultatem, tunc illas non elicit tamquā cauſa principalis, & ex vi propria, ſed tamquam cauſa inſtrumentalis, & vi alterius, ex regula ſupra aſsignata, ſed hoc modo actus ſupernaturales ſunt reſpectu noſtræ voluntatis, ergo voluntas ad illos non ſe habebit, vt cauſa principalis, ſed vt inſtrumentalis.

Dices; auxilium ſpeciale, quo eleuatur voluntas ad actus ſupnaturales Fidei, Spei, &c. perficere, voluntatem in ordine ad propriam eius operationem, quæ eſt velle, diligere, &c. cum huiuſmodi actus non poſſit ab alia potentia, quam à voluntate produci; vnde non videtur eleuari voluntas ad aliquid, quod tranſcendat propriam operationem, & conſequenter non erit inſtrumentum in ordine ad illas operationes.

Contra, adhuc non conſtat, eſſe propriam voluntatis operationē, ſic amare, ſic velle; id eſt, amare ſupernaturaliter, velle ſupernaturaliter, eſſe operationem etiam quocumque modo debitam naturæ ipſius voluntatis creatæ vt ſic; Secūdo petitur, an huiuſmodi auxilium ſpeciale, quod datur volūtati ad eliciendos prædictos actus ſupernaturales, conſtituat illam ī actu primo ſimpliciter; vel iā ex ſe conſtitutam, perficiat: ſi ſecundum, ergo huiuſmodi auxilium non erit principiū effectiuum ſimul cum potentia, ſed erit tantū conditio, vt dicitur de approximatione ignis ad ſubiectum, quod comburit: ſi vero primum, ergo cum illud auxilium conſtituat voluntatem, ex ſe hæc neque etiam remotam naturalem habebit potentiam ad tales actus ſupernaturales, ſed ſolum obedientialem.

Dices ſecundo, cum illis, qui sūt in contraria ſententia; noſtrā voluntatem fieri potentem complete, & perfecte, & ordinis ſuperioris ex auxilio illo, quod illi non tollit vitalitatem cauſæ, aut principalitatem.

Contra, quia, quantumuis eleuetur voluntas noſtra, numquam in ſua natura, & intrinſece fiet ſupernaturalis, & ordinis ſuperioris; neque enim ex eo mutatur ipſius natura, & ratio eſſentialis; quemadmodum ſi eleuaretur potentia ſenſitiua ad quemcumque gradum perfectionis, numquam perue-

peruenict ad ſtatum potentiæ rationalis; & ratio eſt, quia quod eſt vnius ſpeciei, numquam poteſt fieri alterius, ergo etiamſi voluntas noſtra per auxilium illud ſupernaturale eleuaretur, ſemper erit verum dicere, actus ſupernaturales eſſe extra potentiam naturalem ipſius voluntatis, ergo reſpectu illorum, ſolum habet noſtra voluntas potētiam obedientialē, non naturalem, & conſequenter inſtrumentalem:

Quarto probatur concluſio. cauſa illa, quæ eleuatur ab aliqua alia ſuperiore, & diuerſi ordinis, ad altiorem aliquem effectum, quem ex vi propria non poſsit attingere, reuera illa cauſa, vt ſic, reſpectu illius effectus, debet dici inſtrumentum potius, quam cauſa principalis: ſed voluntas noſtra reſpectu Dei, ſic ſe habet in ordine ad actus ſupernaturales, ergo. maior patet ex dictis, & videtur concedenda in omni ſententia. minor probatur, quia niſi voluntas noſtra eleuaretur à Deo, ſaltem per auxilium ſpeciale, ſine dubio ex ſe non eſſet ſufficiens ad illos actus ſupernaturales, ergo.

Reſpondent Auctores alterius ſententiæ; eleuari quidem voluntatem per dictum auxilium ad actus ſuperuaturales, ita tamen, vt non tollat propriam rationem agendi ipſis cauſis vitaliter; cum igitur cauſæ vitales, nunquam agant, niſi per intrinſecam actionem, ita vt vere ſint ſuarum operationum vitalium principia, & cauſæ intrinſecæ, fit vt ex eo non tollatur illi ratio cauſandi in ſuo

A genere principalis, reſpectu illorum effectuum vitalium, ſed ſupernaturalium: Itaque eleuatio iſta, cum ſit potentiæ vitalis, non tollit vitalitatem ipſius cauſæ, & conſequenter, neque rationem cauſæ principalis in ſuo ordine, quod ita aſſerit Aluarez, vbi ſupra, eſſe verum, vt nullo modo aliter eſſe poſſe exiſtimet.

Contra. Primo, huc vſque non conſtat ex ui aut alicuius rationis B neceſſariæ, aut auctoritatis eccleſiaſticæ, aut Sanctorum Patrum, non poſſe actum vitalem liberū dependere, à cauſa vitali libera, quæ ſit inſtrumentum reſpectu Dei: Secundo, non videmus repugnantiam hanc, vt non poſsit cauſa vitalis libera, vt principium ēt intrinſecum eleuari a Deo, vt inſtrumentum ſuæ diuinæ voluntatis ad actus vitales, ſed ſupernatu-C rales: nam præterquam quod in hoc nulla eſt aſsignabilis repugnātia vera, & realis; Deus vt ſummè potens, poteſt eleuare quamcumque potentiam, vt agat, modo ſibi accommodato; vnde cum cauſæ ſecundæ liberæ ſint, & vitales in ſuis operationibus, poterit Deus etiam has eleuare, vt agant libere, & vitaliter, ſed inſtrumentaliter; quare in eo huiuſmodi cauſæ habebunt rationem inſtrumenti. D reſpectu Dei, q̃a ſcilicet eleuantur ad aliquid, quod ſuperat vires proprias naturales, & quod eſt extra ſphęram actiuitatis illarum, quare eleuatio hæc, quæ nihil aliud dicit, niſi applicationem humanæ voluntatis, a Deo factā, ad effectus, quos ſe ſola non poteſt operari,

non

non deſtruit rationem cauſæ vitalis, ſed cauſæ principalis; nam aliàs non requireretur huiuſmodi eleuatio: quare, licet actus vitalis etiã ſupernaturalis ordinis, vt inquit Aluarez vbi ſupra numero 8. nec poſſit produci à Deo, niſi media potentia vitali eleuata per auxiliũ ſupernaturale, vt propterea denominetur homo, aut liberum arbitrium elicuiſſe huiuſmodi actus, in quo nemo Theologorum diſſentit, legãtur Vaſquez 1. parte, diſput. 46. cap. 2. & Aluarez vbi ſupra; attamen non impoſſibile videtur, quod potentia huiuſmodi vitalis non poſsit dici cauſa inſtrumentalis reſpectu illorũ actuum ſupernaturalium in ordine ad Deum, primam cauſam, eleuantem, ex cauſa iam aſsignata; de ratione enim inſtrumenti liberi eſt, vt non ſolum agat provt alius illo vtitur, quod tamen in inſtrumentis naturalibus verum habet, ſed etiam, quia ab alio eleuatur ad aliquid, quod tranſcendit illius vires proprias, ac naturales, vt toties diximus.

Quinto probatur, illud habet veram rationem inſtrumenti, quod ab agente naturali ſolum recipit motum localẽ artificioſum, vel ſecundum alios virtuoſum; (loquimur autem hic de inſtrumentis, quæ ex ſe non habent vim agendi, niſi moueantur ab alio, vt in naturalibus eſt, verbi gratia, ſerra, quæ ab agente nihil aliud recipit, niſi motum localem, ſine vllo alio ſuperaddito, vt videtur voluiſſe Ariſtoteles 3. de Anima textu. 65. Caietanus 3. par. quæſt. 13.

Ariſt. 3. de anima.

A art. 2. Aureolus apud Capreol. 4. ſent. diſt. 1. quæſt. 1. art. 3. in 3. arg. contra tertiam concluſionem, Durandus ibidem quæſt. 4. Scot. q. 1.) ſed ſic eſt voluntas noſtra, quę vt iam diximus, loco illius motus localis, quem recipit inſtrumẽtum naturale, habet auxilium illud ſupernaturale à Deo, ergo. minor probatur, quia niſi moueatur, à

B Deo per illud auxilium voluntas, nullam habet virtutem operandi ſupernaturalia, ergo.

Reſpondent DD. contrariæ ſententiæ; quamuis intellectus, & voluntas ex ſe nullã habeant naturalem virtutem proximam actiuam ad actus ſupernaturales, habent tamẽ radicalem actiuitatem reſpectu eorumdem actuum, in quantum ſunt vitales, vitalitas. n.

C actionum ſupernaturalium, quãuis formaliter procedat, vt quo, à principio ſupernaturali, radicaliter tamen dependet à vita naturali, quæ procedit ab anima, quod videtur ſufficiens, vt vitales potẽtiæ eleuatæ per auxilium ſupernaturale ſint cauſæ ſecundæ principales actuum ſupernaturalium.

Contra, tum quia intellectus nõ ſolum debet attingere per virtutem

D ſuam actiuam rationem communem intelligendi, ſed etiã talem rationem, vt ſcilicet efficiat talem actum ſecũdum propriam ſpeciem; vnde ſi ad efficiendum vitalem actum intellectus ex ſe habet potentiam naturalem; oportet etiam, vt ex ſe efficiat illũ, vt talis eſt, id eſt, vt ſupernaturalis eſt, quod tamen omnino videtur falſum, tum quia illa duo in actu ſuper-

ſupernaturali non ſunt diſtinguibilia realiter, ergo ſi realiter potentia de ſe poteſt illum actum ſupernaturalem vt vitalis eſt, ergo etiam, vt ſupernaturalis: tum quia, ſicut animal iam ad rationale contractum, non poteſt intelligi ſine rationalitate, & quæ potentia producit vnum, poteſt etiam producere alterum, quia ſunt veluti materia, & forma; eadem ratione, quia eſſe vitale, & ſupernaturale in his actibus ſupernaturalibus ſunt contracta ad vnum eſſe, ideo, quæ potentia producit vnum, poteſt etiam producere alterum, ergo ſi potentia ex ſe poteſt vitalitatem in tali actu producere, etiam neceſſe eſt talem vitalitatem, id eſt, ſupernaturalem. Diximus realiter idem eſſe, nam formaliter diſtingui non negamus, vt ēt concedit Suarius ſup. diſput. 31. ſectio. 8. ſed id non ſufficit, vt vnum producatur ſecundū vnam rationem, & nō ſecundum aliam, in quo nō placet Vaſquez, prima par. diſpu. 43. capitul. 4. vbi aſſerit actus ſupernaturales, vt vitales pendere an voluntate, ipſos eliciente; vt ſupernaturales aut ab habitibus ipſos eleuantibus; nam licet ſecundum rationem, id ita ſit; attamen realiter, quidquid eſt cauſa illorum actuum ſupernaturalium, erit etiam cauſa vitalitatis eorumdem; & contra; vnde ſi voluntas ex ſe illos poſſit vt vitales, poterit etiam, vt ſupernaturales, quod tamen nullo modo videtur dicendum; accedit quod ex Ariſtotele 4. metaph. textu 3. habetur non poſſe produci a di- *Ariſ. 4. met.*

A uerſis agentibus eſſe, & eſſe hominis ſeparatim; ergo eadem ratione, neque poterit produci a potentia vitalitas, & ab auxilio particulari ſupernaturalitas, tamquam à diuerſis agentibus in eodem actu vitali, & ſupernaturali.

Sexto probatur: ſi voluntas ex ſe habet illam potentiam remotam ad actus ſupernaturales; petimus, vel illa eſt phyſica, vel moralis; non moralis, quia ſic non eſ- B ſet vitalis actio, ergo phyſica; ſed omnis potentia phyſica per realem, & veram actionem operatur, ergo ipſa ex ſe producet actus ſupernaturales, quod abſurdum eſt, ergo. cōfirmatur, ſi voluntas ex ſe haberet vim connaturalem, & ſufficientem ex parte potentiæ ad actus ſupernaturales, & ſolum C indigeret coniunctione cum obiecto, quæ per particulare auxilium huiuſmodi fieret, eodem modo, compararetur ad actus naturales, & ſupernaturales, & vtrorumque eſſet æque capax, & ad vtroſque haberet eamdem propenſionem, vt ſupra argumentati ſumus de potentia obedientiali; probatur ſequela, quia de ſe ſufficientem habet vim connaturalem ad om- D nes illos actus, & ad omnes requirit tantummòdo coniunctionem cum obiecto, ergo eodem modo ſe habebit ad illos actus, quoad ſe, vt de intellectu reſpectu viſionis beatificæ arguit Suarius 3. p. q. 11. diſput. 29. ſect. 2.

Probatur vltimo, quæ ratio eſt luminis gloriæ ad intellectum humanum, eadē eſt habituū ſupernaturalium reſpectu voluntatis huma-

humanæ, ſed lumen gloriæ nulli intellectui creato eſt connaturale ex ſe, & ex ſua natura, vt inter alios docent D. Tho. in 4. diſt. 49. quæſt. 2. art. 6. & 1. part. quæſt. 12. art. 5. & ibid. Caietanus: Capreol. in 4. diſt. 49. quæſt. 4. art. 3. & ratio eſt clara, nam ſi huiuſmodi lumen eſſet naturale, profecto etiam viſio Dei eſſet illi naturalis, quòd dici nullo modo poteſt, ergo. maior patet etiam in omnium ſententia, ergo quemadmodum viſio beatifica eſt ſupernaturalis ex vi ſua, & nullo modo eſt debita potentiæ intellectiuæ de ſe; ſic neq; operatio ſupernaturalis erit aliquo debita voluntati de ſe, ergo voluntas ex ſe non habet connaturalitatem cum huiuſmodi operationibus ſupernaturalibus, ergo habebit ſolam potentiam obediētialem, ergo in ordine ad illas operationes erit quidem cauſa, ſed inſtrumentalis, & non principalis; nam hęc dicere quamdam connaturalitatem poſitiuam ad huiuſmodi operationes ſupernaturales, quod tamen videtur falſum.

S. Thom.

Obijcit Aluarez.

Dices cum Aluarez vbi ſupra num. 9. voluntatem in ordine ad actus ſupernaturales non eſſe mere cauſam inſtrumentalem, quia cauſa inſtrumentalis eſt illa, quæ ita ab alio mouetur, tamquam ab agente extrinſeco, vt ſeipſam nō moueat; At vero voluntas noſtra, licet moueatur à Deo, ita tamen mouetur, vt ſeipſam intrinſece moueat; quod tollit rationem cauſæ inſtrumentalis.

Reijcitur Aluarez.

Contra, nam cauſa inſtrumentalis naturalis id habet ſolum, vt A ab alio moueatur, vt iam diximus, non autem cauſa inſtrumentalis libera, quæ & mouetur ab alio, & ſeipſam per potentiam obedientialem actiuam & paſſiuam mouet; Deus enim ſic mouet cauſas ſecundas, vt ſe accommodet ad ſtatum illarum; vnde cum cauſæ ſecundæ libere agant vitaliter, ſic Deus ad illas concurrit, vt illæ vitaliter quidē, ſed inſtrumentaliter cum ipſo concurrant, B recepto auxilio actuali, ad productionem actuum ſupernaturalium.

Diſput. Aluarez.

Obijcitur primo ex Aluarez ſupra nu. 10. Si intellectus, & voluntas ſecundum ſe nullam haberent actiuitatem radicalem, & remotam comparatione vitalium operationum ſupernaturalium, ſed ſolum potentiam quamdam C obedientialem, qualis reperitur in omnibus rebus, vt in illis, & per illas fiat, quidquid Deo viſum fuerit; ſequeretur, quod ſicut Deus vtitur intellectu, & voluntate ad producendos certos quoſdam actus ſupernaturales, poſſet indifferenter vti quacumque alia creatura, vel potentia creata ad producendos eoſdem effectus, & D ita poſſet per lapidem, vel per potentiam viſiuam, vel per quamcumque aliam rem creatam producere actus Fidei, Spei, & Charitatis, quod eſt abſurdum, ergo dicendum eſt, in voluntate eſſe potentiam actiuam ad illos actus.

Reſpōdetur.

Reſpondetur iam argumentū ex dictis ſolutum eſſe; neq; enim Deus vtitur quacumque re indifferenter ad producendū quē-

cum-

Digitized by Google

cumque effectum; ſed, quæ habeat aliquam capacitatem ad illum: vnde diximus, non eleuari lapidem a Deo ad videndum, ſed intellectum; rationem iam aſsignauimus, quoniam potentia obedientialis, quemadmodum negatio ipſa ſemper ſupponit aliquod poſitiuum, ex cuius ratione fit, vt non quælibet res per ſuam potentiam obedientialem eleuetur ad quemcumque effectum, ſed quæ ex vi ſui poſitiui habet aliquam conformitatem ad talem effectũ, ad quem eleuatur; vnde non ſequitur vt lapis, aut potentia viſiua per ſuam potentiam obedientialem poſsint eleuare ad ſupradictos actus ſupernaturales: quoniã ſcilicet poſitiuum, in quo eſt talis potentia obedientialis, non habet capacitatem, aut conformitatem ad illos actus, ſcilicet, credendi, ſperandi, & diligendi Deum ſuper omnia. quare ad argumentum negatur ſequela maioris, propter rationem iam aſsignatam.

Obijcit Aluarez. Obijcitur ſecundo ex eodem Aluarez num. 11. cauſam inſtrumentalem debere habere, ratione propriæ formæ, aliquam actionem præuiam, per quam operetur diſpoſitiue ad effectum principalis agentis, ſed in homine nulla poteſt eſſe, neque imaginari actio præuia, per quam Deus operetur diſpoſitiue ad actus ſupernaturales producendos, ergo reſpectu eorumdem actuum voluntas humana non eſt cauſa inſtrumentalis.

Reſpõdetur. Reſpondetur primo; non omnia inſtrumenta habere hanc actionem præuiam ad effectum, qui producitur, vt patet in ſerra, quam enim actionem poſſumus excogitare eſſe in hac in ordine ad effectum; niſi per talem actionem præuiam intelligamus proportionem, quam debet habere, vt ſit inſtrumentum, vt illo vtatur artifex ad talem effectum: ſine enim dubio, vt ſerra apta ſit ad actiones fabri ferrarij, debet eſſe ferrea, non lignea, vt iam ſupra prænotauimus; diximus autem non omnia inſtrumenta, &c. nam non poſſumus negare, dari aliqua inſtrumenta, quæ ex ſe habent hanc prꝺuiam diſpoſitionẽ ad effectum principalis agentis, vt patet de calore, qui ſe ſolo etiã ſeparato, poteſt introducere formam ignis, quia ſcilicet ſit inſtrumentum ex natura ſua talis agentis, pro huius autem rei maiori intelligentia

Notandum eſt, in ea actione, quæ fit per inſtrumentum, duo poſſe conſiderari: primo eſt operatio ab inſtrumento proueniens, ſecundo eſt modus operationis, vt ſcilicet conducat ad talem effectum producendum; certum autem eſt, modum ſemper eſſe à principali agente, ſemper enim inſtrumentum habet operari tali modo, quia eſt inſtrumentum talis agentis; operationem autem interdum prouenire a principali agente, interdum vero ab ipſo inſtrumento, v.g. quando Rheubarbarum aſſumitur ab infirmo ad purgandã bilem, actio illius fit ab ipſo inſtrumento, quia ex natura ipſa Rheubarbari naſcitur poſ- *Modus operandi ſemper eſt a principali agente.*

ſe

ſe purgare bilem; modus vero, vt ſcilicet fiat hoc tempore, cum his conditionibus, &c. eſt a medico, qui eſt principale agens; quando vero à ſerra ſecatur lignum, tam actio quam modus, eſt à principali agente, & idem eſt in omnibus alijs inſtrumentis; quare inſtrumentum ſemper habet modum à principali agente, actionem vero interdum habet ab eodem, vt contingit in omnibus illis fere inſtrumentis, quæ non ſunt ex natura ſua inſtrumenta, & ſunt ſeparata ab agente principali, cuiuſmodi ſunt in naturalibus fere omnia inſtrumenta artium, quę producunt puram formam artis, quæ vera eſſe inſtrumenta probat Illuſtriſsimus Caietanus 3.p.q.62.ar.4. quia vere agunt in virtute principalis agentis, ſicut omnia alia inſtrumenta; imo in his magis apparet ratio inſtrumenti, cum nihil operentur, niſi moueantur à principali agente: cum igitur voluntas noſtra ſit ex his inſtrumentis ſeparatis, quorũ tam actio, quam modus ſint à principali agente, non eſt, quod ipſa, vt ſic, diſpoſitiue ſe habeat ad talem effectum ſupernaturalem producendum, ſed quod agens vtatur ipſa tamquam inſtrumento, ſeparato ad tales effectus ſupernaturales, & vitales producendos, ad quod nulla prærequiri videtur diſpoſitio ex parte inſtrumenti ad tales effectus, pręter illam proportionem, modo iã explicato; quare ex quo nulla talis diſpoſitio ſit ex parte voluntatis humanæ ad effectus ſupernaturales, bene poſſumus adhuc aſſerere ipſam eſſe poſſe inſtrumentum ad illos effectus, cum id ad rationem inſtrumenti non neceſſario requiratur.

A B C D

Reſpondetur ſecundo, inſtrumenta eſſe multiplicia, quædam enim habent ex ſua propria natura vim aliquam agendi, quia diſponunt ſubiectum ad formam principalis agentis recipiendam, ſicut eſt in naturalibus calor reſpectu ignis; quędam nullam habent vim agendi propriam, ſed tãtum qualitates quædam, & diſpoſitiones, quibus apta ſunt, vt moueantur, & aſſumantur à principali agente ad operandum, ſicut eſt ſerra, v.g. reſpectu fabri, ſerra enim ex ſe nihil agit, aut poteſt agere, quod conducat ad effectus artificiales, habet tamen tales diſpoſitiones, ratione quarum poteſt aſſumi à fabro ad ſecandum, & moueri ſecundum artem: argumentum autem allatum procedit de inſtrumentis primi generis, non autem ſecundi, in quorum numero ſuo modo eſt voluntas, quæ reſpectu Dei ſit potens, & eleuatur ad effectus producendos, modo iam ſupra explicato. *Reſ ondetur ſecundo.*

Obijcitur vltimo ex Vaſquez 1.p.diſp.47. cap.4. numero 15. ſi vera eſſent, quæ diximus ex Suario, ſequeretur actus voluntatis in hac vita non fore meritorios, cum tollatur omnis eorum libertas; ſequela probatur, quia ſi voluntas ex ſe in ſupernaturalibus nihil conferat efficacitatis, ergo illa opera non operatur ex ſe ipſa intrinſece; neque determinabitur a ſeipſa. *Obijcit Vaſquez.*

Re-

Digitized by Google

Reſpondetur falſum eſſe, quod deducitur; tolli ſcilicet libertatem, nam Deus eleuat, per ſua auxilia, creata omnia; iuxta ipſorum naturam, & diſpoſitionem. Vnde vt diximus, huiuſmodi eleuatio nō tollit vitalitatem in ipſa uoluntate, neque libertatem, & conſequēter neq; rationē meritorij, quare, &c.

Et ex his omnibus patet, ſententiam Suarij eſſe admodū probabilem, & ſatis poſſe defendi. Sed principaliter ad dubitationē.

De ſententia Aluarez,

Reſpondetur ſecundo: ſententiam Aluarez, quam habet vbi ſupra, concluſione ſecunda, nu. 12. voluntatem ſcilicet eſſe verā cauſam principalem in ordine ad illos effectus ſupernaturales, quos producit ex auxilio ſpeciali diuino, eſſe probabilem.

Probatur primo, quia eodē modo videtur philoſophandū de huiuſmodi cauſis liberis, ac de cauſis ſecundis naturalibus philoſophātur philoſophi, ſed hæ non amittunt rationem cauſæ principalis in ordine ad ſuos effectus naturales, etiamſi cum ipſis concurrat cauſa vniuerſalis ad eoſdem effectus, ergo neque cauſæ liberæ.

Dices, eſſe diſparem rationem illarum cauſarum, quia effectus cauſæ ſecundæ poteſt eſſe ab ipſa tamquam à cauſa principali, quia nō tranſcendit virtutem propriā cauſę, ita vt in ipſa ſit talis vis producendi, licet eandem acceperit à prima cauſa; At vero voluntas nullam habet virtutem propriam ad actus ſupernaturales eliciendos, vt iam dictum eſt: Vnde neq; videtur poſſe eſſe cauſa principa- A lis ad illos eoſdem producendos.

Contra, licèt voluntas ex ſe proxime, & complete nō habeat talem virtutem, at ſaltem ex ſe remote, & imperfecte habet talē vim; vt ſcilicet ſi adiuuetur, & eleuetur à Deo per aliquod auxiliū, aut actuale, aut habituale, poſsit operari ſupernaturalia, & ſic elicere actus ſupernaturales etiam vitales, B cum huiuſmodi actus non excludantur à latitudine obiecti adæquati ipſius voluntatis: Vnde cum ſic ex citata poſsit voluntas huiuſmodi elicere actus, vere habebit rationem cauſæ principalis ad illos actus, ſicuti habent cauſæ naturales ad ſuos: Vnde ſicut hæ, licet dependeant in eſſe, & cōſeruari à Deo, habent tamen veram rationem cauſæ principalis, ſic voluntas noſtra, C eleuata etiam ab auxilio ſpeciali diuino, vere ex ſe habebit producere tamquam cauſa principalis actus ſupernaturales, quamquam in hoc pēdeat à Deo, tamquam a prima cauſa.

Dices, quia voluntas eleuatur ad hmōi actus ſupernaturales ex auxilio diuino actuali, fieri, vt nō conſtituatur principale principiū, & cauſa illarū actuū quēadmodū D eſſet tale prīcipiū, ſi eleuaretur ad eoſdē per habitus ſupernaturales.

Suarius 3. p. q. 13. diſp. 32. ſect. 4. concedit totum argumentū, ſed reſpōdetur cū Aluarez vbi ſupra, eodē modo ſe habere noſtram voluntatē in ordine ad Deū operātē per auxilia actualia, atq; operantē per habitus ſupernaturales, neque enim in hoc videtur poſſe vllam aſsignari differentiam; ſed *Reijcitur Suarius.*

noſtra voluntas ex habitibus operans eſt cauſa principalis vitalis operationum ſupernaturalium, ergo etiam erit talis, ex auxilio actuali diuino, dum eaſdem operationes ſupernaturales operatur, ſatis enim eleuatur noſtra voluntas ad eſſe ſupernaturale, & conſtituitur principium formaliter tale, potens, ex auxilio aſsignato, vt nihil præterea ad id deſiderandum ſit.

Secundo probatur, de ratione inſtrumenti proprie dicti, eſt tantum operari ad præſentiam agentis, ita vt ipſum ex ſe nihil influat intrinſece in ipſum effectum, ad quem tamquam inſtrumentum ordinatur, ſed voluntas influit ſuo modo intrinſece, & vitaliter in actus ſupernaturales, quos ipſa ex fauore diuino particulari elicit, ergo non eſt inſtrumentum, ergo eſt cauſa principalis. Maior patet euidenter de ſerra, quæ tantum agit ad motum ferrarij, & nihil ex ſe ponit in effectum, vt iam diximus: minor probatur, tum quia vere dicitur voluntas amare, ſperare, &c. idque intrinſece, ergo vere dicitur cauſa principalis, & productiua illorum effectuum, ergo non inſtrumentalis; quæ nunquam denominatur agere; tum quia id videtur innuere Concil. Trident. vbi ſupra, cum faciat voluntatem non mortuam reſpectu effectuũ ſupernaturalium, ſed vere cooperatricem, ergo ex Concilio vere eſt cauſa effectiua principalis ad ſuos effectus, etiam ſupernaturales.

Conc. Trid.

A

Tertio, modus operandi intellectus, & voluntatis eſt vitalis, ergo quemadmodum intellectus per lumen gloriæ elicit viſionem beatificam, tamquam principium intrinſecum vitale, & principale eiuſdem viſionis, ita vt vere ipſe dicatur cauſa talis viſionis, ad modum ſupra explicatum, ita voluntas agens per huiuſmodi habitus, aut etiam actualia auxilia ſupernaturalia, habebit elicere ſuos actus ſupernaturales, tamquam principium vitale, & principale, neque in hoc videtur aliqua aſsignanda diſparitas.

B

Alias rationes fortiſsimas pro hac concluſione habent Driedo de concordia lib. arbit. tract. 4. capitulo ſecundo, parte tertia, Bellarminus libro ſexto, de Gratia, & lib. arbitr. capitul. 15. Aluarez vbi ſupra, & nos iam iam afferemus aliquam in ſequenti concluſione. ſed

C

Reſpondetur tertio; multo probabilius videri, voluntatem noſtram effectiue tamquam cauſam ſecundam, non inſtrumentalem, ſed principalem, informatam, & eleuatam diuinis auxilijs elicere ſuas operationes vitales, & ſupernaturales. Sequitur hanc ſententiam Molina de concord. quæſt. 14. artic. 13. diſputat. 39.

Probabilior eſt ſententia Aluarez.

D

Probatur primo ex Auguſtino lib. de Gratia Chriſti capitulo 80. vbi, *naturalem*, inquit, *poſſibilitatem peccato eſſe vitiatam*, & loquitur in ordine ad ſupernaturalia, & de prædeſt. Sanct. capitulo quinto, *poſſe*, inquit, *habere fidem natu-*

S. Auguſt.

Digitized by Google

naturæ eſt hominum, habere autem gratia eſt fidelium, ergo ex Diuo Auguſtino in voluntate eſt huiuſmodi potentia, & principium effectiuum, quodcunque ſit illud in ordine ad bonas, & ſupernaturales actiones, ergo ipſa voluntas non vt inſtrumentum, ſed vt principalis cauſa, quando eleuatur a Deo, aut per habitus, aut per auxilia ſupernaturalia eaſdem operabitur actiones.

Secundo probatur ſimul, & explicatur; & eſt, quo præcipue inducimur in hanc ſententiam; nam, etſi liberum arbitrium elicere non poſsit per ſeipſum operationes ſupernaturales, v. g. fidei, ſpei, &c. quia id ſuperet illius vires naturales, non repugnet tamen informatum, aut habitu ſupernaturali, aut aliquo etiam actuali auxilio, elicere huiuſmodi operationes, quatenus ex illis conſtituitur in quodam eſſe ſupernaturali, non quidem eſſentiali, quia non mutatur ipſum in eſſentia, propter quod non poteſt operari circa aliquod, quod in eius obiecto non contineatur; ſed accidentali, propter quod debet poſſe alio modo operari circa proprium obiectum, quam per vires naturales poſsit, vt proportionaliter videmus accidere in habitibus naturalibus, quibus ſit, vt facilius, promptius, & ſine errore operemur, & ratio huius videtur eſſe, quia modus operandi ſequitur modum eſſendi, quare cum habitus naturalis det perfectius eſſe naturale, debet etiam dare perfectiorem modum operandi, igitur habitus etiam ſupernaturales, vel etiam auxilium actuale, quod quoad hoc gerit vicem ipſius habitus ſupernaturalis, cum det eſſe ſupernaturale, debet etiam dare modum agendi ſupernaturalem; eliciendi ſcilicet operationes ſupernaturales: vt etiam videmus accidere in potentia nutritiua, quæ ex ſe non eſt apta producere carnem, vt vero perfectius eſſe habet in anima ſenſitiua, vel rationali; ſit potens carnem producere: Vnde patet actus ſupernaturales elici à potentijs noſtris informatis habitibus ſupernaturalibus, aut eleuatis, & confortatis auxilijs actualibus, & conſtitutis in eſſe ſupernaturali: ab huiuſmodi autem auxilijs, aut habitualibus, aut actualibus, non pendere, niſi quatenus conſtituuntur potentiæ in huiuſmodi eſſe ſupernaturali: Vnde in libero arbitrio tria poſſumus conſiderare, capacitatem, ſcilicet, vitalitatem, & ſupernaturalitatem: quæ neceſſario requiri ad huiuſmodi actuum ſupernaturalium productionem, probari poteſt; quia cum huiuſmodi actus ſint vitales, ſine dubio debent fieri à principio vitali, viuente, intrinſeco, & coniuncto; cum ſint ſupernaturales, debent fieri ab eodem principio, ſed ſupernaturali, vndecunque proueniat iſta ſupernaturalitas, vel ab auxilio habituali, vel ab actuali; cum denique producantur tales operationes, debent produci a tali principio habente capacitatem, & aptitudinem poſiti-

ſitiuam ad illas: Vnde cum actus A fidei; ſpei, & charitatis, &c. eliciantur à libero arbitrio eleuato, vt ſupra, illique ſint actus vitales ſupernaturales, & proportionem habentes cum ſuo principio, neceſſe eſt, vt huiuſmodi principium, & cauſa effectiua ſit vitalis, & ſupernaturalis, & conſequenter principalis; non inſtrumentalis; & ex his, ſic poſſumus argumentari, voluntas informata habitibus ſupernaturalibus, vel per auxilium ſpeciale eleuata, elicit eorundem habituum actus, ergo vel hos elicit tamquam cauſa principalis, ſed ſubordinata, vel tamquam cauſa inſtrumentalis; non tamquam cauſa inſtrumentalis, quia vt ſic ipſa non eliceret, neque operaretur, neque diceretur formaliter, & proprie C ipſa elicuiſſe actum credendi, ſperandi, &c. hæc enim non conueniunt cauſæ inſtrumentali, vt ſic, ergo tamquam cauſa principalis in ſuo ordine, id eſt, ſubordinata primæ, ergo noſtra voluntas ad illos actus erit cauſa vitalis principalis.

Si dicas, ſi hoc verum eſſet; ſequeretur voluntatem ex ſe eſſe æque potentem ad actus ſuper- D naturales, ac ad naturales, contra ea, quæ ſupra a nobis poſita ſunt.

Reſpondetur, voluntatem noſtram æque reſpicere vtroſque actus, ſed potentia remota, & radicali, quæ vt ſic nullo modo poteſt actum ſupernaturalem, at vero potentia perfecta per auxilium, aut habituale, aut actuale vtrumque poteſt.

Si ſecundo dicas, Actus ſupernaturales non contineri intra obiectum potentiæ voluntatis, vt ſic, quia ſunt ſuperioris ordinis, ergo neque poterit aliquo modo illos elicere, tamquam cauſa principalis.

Reſpondetur, ad hoc vt aliquid contineatur ſub obiecto alicuius potentiæ, non requiri ne- B ceſſario, vt potentia poſsit ſe ſola illud velle, ſed ſufficere, ſi ſimul cum alio id poſsit; Vnde cum noſtra potentia voluntatis, hoc modo poſſit actus ſupernaturales, erunt hi intra ſphæram actiuitatis illius, & conſequenter tãquam cauſa principalis poterit illos elicere ad modum iam explicatum.

Si petas. Quomodo concurrant huiuſmodi habitus, vel auxilium ſpeciale actuale Dei cum ipſa voluntate in ordine ad actus ſupernaturales eliciendos.

Reſpondetur, negari non poſſe, quin huiuſmodi auxilium, tam habituale, quam actuale effectiue concurrant cum ipſa potentia, & ſe teneant ex parte principij actiui; habitus enim, qui faciunt potentiam potentem, eamque determinant dicuntur effectiue concurrere; quemadmodum propter eamdem rationem ſpecies, Idea, & ars dicuntur effectiue concurrere, vt oſtenditur in phyſicis; Vnde patet, ſicut viſio beatifica fit ab intellectu, informato lumine gloriæ, & con-

Auxilium aut habituale aut actuale concurrũt effectiue.

& conſtituto in eſſe ſupernaturali; à lumine vero gloriæ non dependere, niſi quatenus intellectum in tali eſſe conſtituit, ſic operatio talis actuum ſupernaturalium, fit a voluntate informata habitibus ſupernaturalibus aut auxilio actuali, & ab ijſdem conſtituta in eſſe ſupernaturali; ab huiuſmodi autem auxilijs, quatenus illam conſtituunt in tali eſſe; neque quoad hoc videtur aſsignari poſſe aliqua diſparitas. Vnde quemadmodum intellectus eſt verum principium elicitiuum viſionis beatificæ, ſic voluntas erit verũ principium effectiuum actuum ſupernaturalium, & conſequenter principale in ſuo ordine.

Tertio probatur concluſio, quia vt iam ſupra prænotauimus, creaturæ, quæ ſunt vera inſtrumenta Dei, in hoc diſtinguuntur ab illis, quæ ſunt veræ cauſæ in ordine ad effectus producendos, quod illæ nullam vim receperint agendi, neque vllum influxum; receperint autem, quæ ſunt vere cauſæ; ſed voluntas eſt ex his ſecundis, ergo; Probatur minor, quia voluntas primo recepit à Deo, vt inchoate, imperfecte, & remote habeat principium eliciendi ex ſe ſupernaturalia, etiam ante omnem gratiam datam, & præterea dum operatur ex auxilijs ſupernaturalibus, ex ſe verum, & poſitiuum influxum habeat ad illa, ergo voluntas eſt vera cauſa, ergo principalis in ſuo ordine.

Et ex his poſſunt omnia ſolui, quæ obijciuntur contra hanc noA ſtram poſitam concluſionem; ſi dicamus, voluntatem noſtram in ordine ad actus ſupernaturales, licet non habeat potentiam proximam, habere tamen remotam; quatenus huiuſmodi actus non ſunt extra obiectum adæquatum illius in vniuerſali; Vnde cum habeat illam remotam potentiam, & capacitatem ſufficit; vt ſi accedat aliquid eleuans ipB ſam ad ſuperiorem ordinem, poſſit tamquam cauſa adæquata, & principalis illos actus elicere, iuxta ſuperius tradita, & conſequenter vt non dicatur proprie inſtrumentum. Quare quod voluntas eleuetur ad actus, qui ſuperent illius naturalem potentiam, non videtur arguendum, ipſam eſſe inſtrumentum, nam eleuatio huC iuſmodi tantum dicit naturalem potentiam voluntatis imperfectam, & remotam perfici, & conſtitui in eſſe perfecto, & ordine ſuperiore, vt per illa auxilia, aut habitualia, aut actualia poſsit operari ſupernaturalia, quæ omnia deſtruunt in potentia rationem inſtrumenti, cuius eſt operari tantum ad operationem agentis, cuius eſt inſtrumentum. Neque D hinc inferat quis, aliquem concurſum diuinum eſſe debitum naturæ ipſi creatæ, vt ſic; nam non naturæ; vt ſic, ſed naturæ informatæ, aut habitib. ſupernaturalibus, aut auxilijs actualibus eſt debitus ille concurſus ſupernaturalis. Vtrum naturæ etiam, vt ſic, ſit debitus huiuſmodi concurſus, alia diſputatio eſt, de qua alibi.

Cõciliãtur ſententia Aluarez, & Suarez. Reſpondetur vltimo, ſententiam Aluarez, & Suarez, quo ad præſentem difficultatem, facile conciliari poſſe; In hoc enim vel maximè videtur elaborandum; vt, quantum fieri poſsit, hos tantos Patres noſtræ ætatis celeberrimos, tum præcipue Theologiæ Scholaſticæ ſingularia fundamenta, atque ornamenta, in ijs, in quibus re non diſcrepent, concordemus.

Probatur igitur, & ſimul explicatur noſtra concluſio: pro quo Primo ſunt adnotanda ea, in quibus ſupradicti Patres conueniunt, tum in quibus differunt. vt facilius deinde, ſi quo modo poſsit, concordentur à nobis.

In quibus conueniant Aluarez, et Suarez. Primo igitur conueniũt, quod tam Aluarez, quam Suarez ponant voluntatem noſtram in ordine ad actus ſupernaturales producendos, nullam habere potentiam perfectam; & conſummatã ante habitus infuſos, aut auxiliũ ſpeciale. Secundo quod vterque ponat voluntatem habentem habitus ſupernaturales, aut auxilium actuale, eſſe cauſam vitalẽ, & intrinſecam productionis actuum ſupernaturalium. Tertio quod velint voluntatem ſic agentem denominari formaliter ab ijs actibus, quos producit, vt ipſa dicatur credere, ſperare, &c. Quarto quod voluntas ex ſe non ſit ordinis ſuperioris, in quo tamen cõſtituatur à Deo, aut per habitus infuſos ſupernaturales, aut auxilium particulare. Quinto, & vltimo conueniunt, in voluntate eſſe capacitatem, & aptitudinem ad A actus ſupernaturales. & hęc ſunt, in quibus crediderimus ſupradictos DD. conuenire, vt licet ex eorum ſcriptis colligere.

In quibus differant. Differunt autem Primo, quod Aluarez, quam imperfectam, inchoatam, & remotam potentiam vocat ad actus ſupernaturales producendos, hanc vocet Suarez capacitatem entitatiuam, & potentiam obedientialem. Secundò, B quam Aluarez vocat cauſam principalem productionis actuũ ſupernaturalium, in ſuo tamen ordine, Suarez velit eſſe cauſam inſtrumentalem diuinæ virtutis. Tertio, quam ille vult eſſe cauſam vitalem, & conſequenter principalem, hic aſſerit eſſe vitalem inſtrumentalem influentem in actus etiam ſupernaturales, & hæc C ſunt in quibus prædicti DD. diſcrepare videntur.

Vt igitur quantum fieri poſsit, has duas ſententias cõcordemus, dicimus.

Cõcordãtur ſupradicti DD. Quoad priorem differentiam, illam potius videri in verbis, quã in re, vnde non videtur magnopere elaborandum, ſi vno, aut alio modo loquamur: Suarez enim voluntatem in ordine ad actus ſu D pernaturales, dixit, eſſe potẽtiam obedientialem, latiori quodam vocabulo, quatenus ſcilicet voluntas in ordine ad ſupernaturalia, quæ ſuperant ipſius propriam virtutem imperfectam, ipſiuſq; vim naturalem, obedit Deo, & ab eodem concurſu proportionato eleuatur ad ſuperiorem gradum ſupernaturalitatis, vt ſic poſsit ſupernaturalia elicere. At vero Al-

uarez

Digitized by Google

uarez appellet ſimpliciter potentiam naturalem, ſed imperfectã, proprio quodam vocabulo, quia vere voluntas eleuata ad ſuperiorem illum gradum vitaliter, & intrinſece dicitur ſupernaturaliter credere, ſperare, amare, pœnitere, &c. & in hos actus poſitiue influat, vt tamquam cauſa principalis influens vere dicatur illos producere: Quare, aut voluntas dicatur in ordine ad huiuſmodi actus habere potentiam naturalem, imperfectam tamen, & remotam; aut dicatur habere inſtrumentalem, & obedientialem, cum capacitate, & proportione remota; reipſa, nulla eſt differentia, ſed ſolo vſu verborum. Diximus, Reipſa, quia vterque concedit voluntatem ex ſe non poſſe producere actus ſupernaturales.

Quoad alteram differentiam, dicimus, Suarium vocaſſe voluntatem in ordine ad actus ſupernaturales cauſam inſtrumentalem, latiori quodam modo, quatenus ſcilicet voluntas in ſupernaturalibus omnino dependet à Deo, ab eoque virtutem perfectam agendi in ordine ad illa recepit; Aluarez vero, ſtrictiori, & proprio quodam vocabulo, vocauit cauſam principalem in ſuo ordine; nam vere voluntas vbi fuerit eleuata a Deo, poſitiue tamquam cauſa ſecunda principalis influit in actus ſupernaturales, quos elicit: Itaque etiam quoad hoc ſola variatio videtur eſſe in vſu vocabuli, quoad rem enim iam conueniunt, certum enim eſt, voluntatem, vel ſit cauſa inſtrumentalis, vel principalis, non habere perfectam rationem operandi ſupernaturalia, niſi illam acceperit à Deo, prima cauſa.

Quoad poſtremam denique differentiam, adhuc videtur lis in verbis; Nam Suarius vult voluntatem in ordine ad actus ſupernaturales, eſſe cauſam quidem influentem vitalem, ſed inſtrumentalem, quia in hoc dependet, vt iam diximus, à prima cauſa, quæ eſt Deus: At vero Aluarez vocat principalem, nam vult hãc ſolam influere in effectum; itaque ille vſus eſt vocabulo, non tam proprie accepto, cum tamen Aluarez ſatis rigoroſe loquutus ſit. In re autem illos conuenire, patet, quia neuter negat vitalem, & poſitiuum influxum voluntatis in actus ſupernaturales.

Ex his patet, huiuſmodi differentiam præcipue eſſe in ſolo vſu vocum, quo DD. citati vtuntur in hac difficultate: Vnde licet Suarius vocet voluntatem ex auxilijs diuinis operantem actus ſupernaturales, inſtrumentum in ordine ad illos producendos, potentiam obedientialem in ordine ad Deum, qui vt ſic illa vtatur, & in ipſius ſententia, illa non habeat actum poſitiuum ex ſe; vere nihil dicit, quod ab Aluarez reipſa negetur; nam hic numero quinto, & decimoquinto, vbi ſupra, concedit noſtram voluntatem, in ordine ad illos actus, poſſe dici inſtrumentum, & numer. 13. concedit etiam habere potentiam obediẽtialem in ordine ad Deum; non habere autem ex ſe actum

A poſitiuum, neque crediderimus negaturum in eo ſenſu, quo accepit Suarez; nam vt patet ex numero citato decimotertio, concedit Aluarez voluntatem, quoad illam potentiam remotam, non eſſe ad talem ſupernaturalem operationem ordinatam, vnde videtur concedere, ipſam non habere ex ſe entitatem poſitiuam in ordine ad actus ſupernaturales; B aſſerit enim ibidem, tunc operari ſupernaturalia, cum perficitur per habitus infuſos: neuter tamen negat voluntatem ex ſe habere capacitatem, & proportionem ad actus ſupernaturales, ſi eleuetur per auxilia particularia: Vnde, voluntatem ante auxilia diuina recepta, alter aſſerit, habere potentiam poſitiuam, alter vero potentiam obedientialem; capacitatem, C & proportionem; neuter tamen ponit illam, vt ſic, ſufficientem ad tales operationes. Atque hæc de hac dubitatione.

QVAESTIO VLTIMA.

An Pœnitentia imperetur à Charitate, An contra.

D QVoniam iam ex dictis ſatis conſtat, ad Pœnitentiam Virtutem pertinere etiam actum Charitatis, examinandum nunc eſt. Quis nam actus ſit prior natura, An actus Charitatis, an actus Pœnitentiæ. hæc autem quæſtio facile à nobis expedietur, cũ iam ſolutio pateat ex dictis.

Prima ſententia eſt aſſerentiũ, charitatem eſſe priorem Pœnitentia, eamque imperare ita S. Thom. tertia parte, quæſtion. 85. articulo ſexto, Sanctus Bonauentura in quarta diſtinction. 14. articulo primo, quæſtione tertia, ad primum argumentum, Durandus ibidem, quæſtione ſecunda, numer. 10. Marſil. in 4. quæſt. 10. Richardus in 4. diſt. 14. art. 5. quæſt. 2. Sotus, quæſt. 2. art. 6. Hoſtienſ. libr. quinto, de pœnit. & remiſs. §. Illud etiam, &c.

S. Thom.

S. Thom.

Secunda ſententia eſt aſſerentium, pœnitentiam eſſe priorem charitate, & quodammodo hanc imperare, ita Scotus in 4. diſtin. 14. quæſt. 2. artic. primo, Gabr. ibidem quæſt. vnica, artic. 3. dub. ſecundo, Paludanus quæſt. 3. artic. 4. concl. 2. quamuis, quæſt. ſecunda videatur conſentire cum Durando, et fuit olim ſententia D. Thom. in 4. diſtinct. 14. quæſt. 1. artic. 2. quæſt. 2. & ſequitur Capreolus ad ſolutionem.

D. Thom.

Notandum eſt; diuerſos, ac varios eſſe Doctores, an actus Pœnitentiæ, & charitatis ſit idem, & vnus actus, an vero diuerſi, nam Sotus libro ſecundo de Natura, & Gratia capit. 16. exiſtimat, contritionis actum eſſe vnum, & eundem actũ cum actu charitatis, Caietanus part. 2. quæſt. 113. art. 7. ad 2. ait eſſe duos actus, qui tamen poſſint eſſe ſimul, alterum Pœnitentiæ, alterum charitatis. Suarius ſupr.

An Actus Pœnitentiæ, & Charitatis ſit vnus.

Digitized by Google

ſupr. quæſt. 85. artic. 1. diſput. 3. ſection. 3. numer. 9. aſſentitur Caietano, Nos vero etiam conſequenter dicimus, non eſſet vnum, & eumdem actum, ſed duos omnino diſtinctos, iuxta ea, quæ ſuperius diximus, nam licet actus contritionis, quem iam diximus conſiſtere in odio, & deteſtatione peccati propter Deum, poſsit eſſe vnus, & idem cum actu charitatis; non tamen ſic erit cum actu pœnitentiæ: & ratio eſt, quia in noſtra ſententia, quam ſupra pluribus explicauimus, Pęnitentia ſolum formaliter dicit voluntatem ſatisfaciendi, quæ deinde imperet contritionem, tamquam ſatisfactionem; at vero contritio formaliter dicit deteſtationem ipſam peccati, quæ duo omnino diſtincta ſunt. & licet in pęnitentia iuxta ea, quæ ſupra poſuimus, ſi perfecta, & efficax ſit, ſint duo aſſignati actus, alterum tamen, quē diximus directe ſpectare ad charitatem, ſeu ad contritionem, alterum, quem diximus reflexum, tamquam proprium ſpectare ad pęnitentiam, iam ſupra conſtituimus.

Prima concluſio; Actus perfectus Pęnitentiæ nunquam eſt ſine charitate. Diximus actus perfectus, vt excludamus attritionem, de qua ſuo loco dicendum erit.

Secundo, diximus nunquam eſſe ſine charitate, tum quia in ſententia aliorum, pęnitentia ſpectat ad charitatem, tum quia in noſtra ſententia, pęnitentia imperat contritionem, tum quia ex

A communi ſententia Magiſtri in quarto diſtinctione 15. Sanctus Thom. prima ſecundæ, quæſtione 113. articul. quarto, ad primum, & de verit. quæſt. 28. articul. quarto, Durandi in 4. diſtinct. 17. quæſt. 1. Capreoli diſtinct. 14. quæſtio. 2. Gabr. ibidem, Cani. parte prima, relect. de pęnitent. Soti in 4. diſtin. 14. quæſtio. 2. artic. 6. Gregorij de Valent. in parte ſecunda, quęſtio. 65. diſputat. quinta, quæſt. 7. puncto ſecundo, & habetur diſtinct. 3. capitulo vltimo, & capit. Fregerat, & capitulo Charitas. Virtutes omnes ſimul tempore ſunt infuſæ, vt etiam docuerunt Sancti Patres, Diuus Bernardus Sermon. 24. in Cantic. Sanctus Auguſtin. lib. 6. de Trinit. capit. quarto, tum denique quia efficax pęnitentia, quæ eſt efficax voluntas ſatisfaciendi, neceſſario includit charitatem, à qua habet huiuſmodi efficaciam.

S. Thom. *S. Bernard.* *S. Auguſt.*

Secunda concluſio. ex natura rei pęnitentia videtur prior natura, ipſa charitate.

Dicimus prior natura, nam, vt ait Sotus in quarto loco iam citato, inter virtutes non attenditur alia prioritas, niſi naturæ, prioritate enim temporis, ſunt omnes ſimul, vt iam diximus.

Id quod facillimè probari poteſt in noſtra ſententia, quia prius natura eſt velle ſatisfacere, quam ſatisfacere, ſed velle ſatisfacere pertinet ad virtutem pęnitentiæ, ipſa autem ſatisfactio ad charitatem, ergo ex natura rei prior eſt actus pœnitentiæ, quam

Digitized by Google

quam charitatis. Confirmatur, A quia, vt iam diximus, actus pœnitentiæ eſt quaſi electio, contritio autem eſt quaſi obiectum huius electionis, ſed electio ſupponit intentionem, ergo ſupponit voluntatem ſatisfaciendi, ergo hæc eſt prior illa.

Alia, quæ in hac quæſtione poſſent diſputari, partim iam ex ſuperioribus patent, partim ex dicendis in altera diſputatione fient aperta; ideo videtur finis imponendus præſenti priori diſputationi, ad alteram igitur diſputationem veniamus.

DISPVTATIO II.

De Contritione ſecundum ſe.

AGunt de contritione Magiſter in 4. diſt. 17. S. Thom. tum in 4. diſt. 14. 17. & 18. tum 3. part. q. 85. 86. & 87. & ibi Caietanus. & tomo primo opuſc. & in ſumma verbo Contritio. Paludanus in 4. diſtin. 17. S. Bonauent. Richardus diſt. 15. & 16. Scotus in 4. diſt. 14. & 15. 16. & 17. & ibidem Durandus, Maior, Gabriel, Albertus Magn. Almaynus, Sotus, & communiter Scholaſtici omnes, Halenſis 4. par. q. 17. Canus in releɛt. de pœnit. part. 3. Adrianus in 4. q. 1. de pœnit. S. Antonin. 3. part. titul. 14. cap. 18. Hoſtienſis lib. 5. de pœnit. & remiſs. Viguerius de pœnit. Nauarrus in Summa cap. 1. Silueſter, Angelus, Tabiena, Roſella, & alij Summiſtæ verbo Contritio, Inſtituta Canon. de pœnit. libr. 2. Bellarmin. libr. ſecundo, de pœnitent. B Toletus libr. 3. Inſtruct. Sacerd. capit. 4. & 5. Iacobus de Graff. libr. primo Caſ. conſc. cap. 3. Emanuel Rodriq. in Sum. caſ. conſc. cap. 48. Ioan. Baptiſta Bottarellus de effic. contrit. Suarius in 3. par. queſt. 85. diſput. 4. Didacus Nugnus ad additamenta ad 3. p. S. Thom. à q. 1. Coſmus Phil. lib. 2. de Sac. Pœnit. à C cap. 18.

Quoniam autem in ſuperiori diſputatione dictum eſt, contritionem ſpectare ad actum Pœnitentiæ Virtutis, tamquam ad actum alterius virtutis: ideo in hac ſecunda diſputatione, de contritione agendum erit, & quia hæc D dupliciter conſiderari poteſt, primo ſecundum ſe, ſecundo ad Sacramentum Pœnitentiæ; nos in hac altera diſputatione de illa tantum agemus ſecundum priorem conſiderationem; Quare, quatuor de illa, vt ſic, inſtituemus ſectiones, in quarum prima agemus de contritione ſecundum ſe, in al-

Digitized by Google

in altera de proprietatibus illius, in tertia de præcepto eiuſdem, in poſtrema demum de illa agemus, vt eſt diſpoſitio ad gratiam.

SECTIO I.

De contritione ſecundum ſe.

QVAESTIO I.

Quid nam ſit formaliter contritio.

QVoniam contritio ex communi omniũ ſententia, aliter concurrit ad gratiam producendum extra Sacramentum, aliter, vt eſt pars Sacramenti Pœnitentiæ: vt enim concurrit extra Sacramentum, concurrit ſolum per modum diſpoſitionis, & tenet ſe ex parte concurſus materialis; at vero, vt eſt pars Sacramenti, habet efficientiam ad gratiam inſtrumentalem, qualem habet ipſum Sacramentum, ideo nos de contritione in hac diſputatione agemus ſecundum priorem tantum conſiderationem, ſecundum alteram autem agemus in vltima diſputatione huius libri.

Mittimus autem, hoc loco, varia, quæ de contritione falſo dicuntur ab Hæreticis; contra quos multa habent Roffenſ. articulo ſeptimo aduerſus Luth. Alphonſ. a Caſtro aduerſus hæreſes, verbo, Contritio. Andreas Vegha libr. 13. in Concil. Tridentin. Bellarmin. lib. ſecundo de pœnitent. & alij communiter, quare ad hos libenter mittimus lectorem, ad aliud enim noſtrum ſpectat inſtitutum. Igitur pro rei propoſitæ ſolutione.

Notan. primo, antequam contritionis eſſentiam explicemus, operę pretium videri, aliquid de ipſa nominis ſignificatione dicere: nomen igitur contritionis nihil aliud ſignificare videtur, quam ſciſsionem, ac redactionem rei in partes ſubtiliores ex Ariſtot. 4. Meteor. ducta metaphora a mola, ex Bonauentura in 4. diſtinctio. 16. quæſt. 1. Richardo ibidem diſtinct. 17. artic. 1. quæſt. 1. Caietano in additionibus ad 3. par. quęſt. 1. artic. 1. Soto lib. ſecundo, de Natura, & gratia cap. 14. Toleto libr. 3. Inſtruct. capitulo quarto, numero quinto, & alijs communiter; mola autem eſt, quæ conterit granum, illudque in farinam tranſmutat; dicitur autem contritio a verbo Contero, quod ſignificat rem reducere in partes minimas, & hinc à Sanctis Patribus, & Concilijs deductum eſt hoc nomen, Contritio, vt ſignificet, cor habere contritum, & quaſi in puluerem redactum, vt patet ex Catechiſmo Romano, & adnotarunt Sanctus Antoninus 3. part. titul. 14. capitul. 18. Sotus in 4. diſtinct. 17. quæſt. 2. articul. 1. cum enim peccatum obdureſcere faciat cor homi-

Quid ſignificet contritio.

Ariſtot. 4. Mete.

S. Bonau.

Vnde dicatur contritio.

S. Antonin.

hominis, iuxta illud Exodi ſeptimo, *Induratum eſt cor Pharaonis, & ſicut lac coagulatum eſt*; Contritio illa eſt, quæ veluti mola illam obdurationem tollit, emollit, conterit, & diuidit in partes, & ſic a peccato cor hominis liberat, iuxta illud Pſalmi 50. *Cor contritum, & humiliatum*, Ioelis ſecundo, *Scindite corda veſtra, &c.* Danielis 3. *In ſpiritu humilitatis & in animo contrito, &c.* Legantur Sanctus Bonauentura loco citato, Viguerius, de Sacramento Pœnitent. cap. de contrit. verſic. 10. Bellarminius libro ſecundo, de pœnitent. capitulo ſecundo, Toletus vbi ſupra libro tertio, capitulo quarto; numero quinto, Hoſtienſ. libro quinto, de pœnitent. & remiſsion. Suarius ſupra diſputatione quarta, ſection. prima, numero primo, Didacus Nugnus ad additamenta ad 3. part. quæſtio. 1. articul. 1. dub. 1. & communiter Summiſtæ verbo Contritio; vnde bene Sanctus Auguſtinus in illud pſalmi 146. *Qui ſanat contritos, &c.* ait, *qui cor non conterunt, non ſanantur*, hæc autem contritio ex Soto in 4. diſtinct. 17. quæſt. 2. artic. 1. ſolet etiam alijs nominibus vocari in Sacris ſcripturis; aliquando enim dicitur nomine compunctionis, pſalm. 4. *Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini*; Vnde Gregorius 8. moral. ait, *alia eſt compunctio, ſiue contritio, quæ per amorem naſcitur, alia quæ per timorem*; aliquando nomine vnguenti, ita Sanctus Bonauentura in 4. diſtinctio. 16. quæſt. 1. citans

Exod. 7. Pſal. 5. Ioel. 2. Daniel. 3. S. Bonauēt. S. Auguſt. Pſalm. 4. S. Gregor. S. Bonauēt.

A auctoritatem D. Bernardi, aſſerentis, *optimum vnguentum Contritio, quod ex recordatione peccatorum conficitur*, aliquando nomine ſciſsionis, Ioel ſecundo, *ſcindite corda veſtra, &c.* aliquando nomine conuerſionis, aliquando nomine mentis renouationis, aliquando hominis renouationis, aliquando nomine floris, ex Cantic. 2. *Iam enim hiems tranſiit, imber abijt, & receſſit, flores apparuerunt in terra noſtra*: quare autem dicatur contritio flos, legatur Michael Ghiſlerius Romanus in Cant. Cantic. capitulo ſecundo, verſic. 12. expoſitione 3. vbi perpolite, ſicut, & cetera omnia, hanc rem explicat; aliquando dicitur dura, ſicut infernus, æmulatio, ex Cantic. capitul. 8. vide explicationem eiuſdem Michaelis ibidem verſiculo quinto. Aliquādo gaudium, ſic Sanctus Bonauentura in 4. diſtinct. 16. quæſt. 5. Gabriel ibidem diſtin. 14. quæſt. 1. Aliquando pudor, ſic idem Sanctus Bonauentura ibidem; aliquando alijs, & alijs nominibus dicitur, quæ tamen omnia nihil aliud ſignificant, niſi ipſum cor, vt humiliatum coram Deo.

Ioel 2. Cant. 2. Quare contritio dicatur flos. Cant. 8. S. Bonauēt.

Notan. ſecundo, iam certum eſſe ex fide, contritionem donum Dei eſſe, neque poſſe ſine particulari motione diuina haberi, vt patet ex ſcripturis, pſalm. 84. *Conuerte nos Deus ſalutaris noſter*, Hierem. 31. *Conuerte me Domine, & conuertar*, & paulo poſt, *poſtquam conuertiſti me, egi pœnitentiam*. Thren. vltimo, *conuerte nos Domine ad te, & conuerte-*

Cōtritio eſt donum Dei. Pſalm. 84. Hierem. 31 Thren. vlt.

Ezech.36. *Pſalm.80.* *uertemur*, Ezech.36. *auferam à vobis cor lapideum,&c.* Pſalm.80. *Deus virtutum conuerte nos*, & *Pſalm.118.* Pſalm.118 .*errani ſicut ouis, quæ peryt, quare ſeruum tuum*; Eccleſiaſtic.7. *Ecclef.7.* *conſidera opera Domini, quod nemo poteſt corrigere, quem Deus deſpexit*, Luc.22. *reſpexit Dominus ad Petrum*, legatur in hæc verba. *D. Ambroſ.* D.Ambr.lib.10. in Lucam. *Paul. ad Timot.* 1.Timoth.2. *ne quando Deus det illis pœnitentiam*, in quem *S. Auguſt.* locum legatur Sanctus Auguſtin. lib.5.contra Iulianum capit.3. & *Auctor.* Auctor de fide ad Petrum cap.31. quo loco ait, *neminem facere certam pœnitentiam, niſi quam Deus excitauerit*, patet etiam hæc doctrina auctoritate Conciliorum; *Conc. Paleſ.* Paleſt. vt refert D.Auguſtinus, epiſtola 106. *Araxic.* Araxicani ſecundi capit.4. Innocentij in epiſtola ad Cōcil. Carthagin. *Caleſtin.* Celeſtini ad epiſcopos Galliæ, & vltimo Tridentini, *Conc. Trid.* tum alibi, tum præcipue ſeſsion.6. capit.5.6. & 14. & can.3. & ſeſſion.14.capitulo quarto, quo loco non ſolum definit, contritionem eſſe donum Dei, ſed etiam ipſam attritionem; & conſentiunt communiter Theologi omnes, ſic S. *S. Thom.* Thom. prima ſecundæ, quęſtione 109. articulo ſexto, & ſeptimo, & ibi Medina artic. tamen 3 Scotus 1. ſentent. diſtinction.44. quæſtio. *S Bonauēt.* vnica. S.Bonauent. in ſecunda diſtinct.28. articulo ſecundo, quæſtione prima, & diſtinct.30. quæſtione prima, Sotus libro ſecundo, de Natura, & Gratia capitulo tertio, & 14. *S. Antonin.* S.Antonin. 3.par.tit.14. capit.18. §.3. & 4. & cōmuniter

A Scholaſtici, ex modernis, Coſmus Philiarc. de ſacramento pęnit.lib. 2.capit.19. Aluarez libro ſexto, de auxilijs diuinæ gratiæ, diſput.51. numer.13. Suarius tertia parte, q.85.diſput.5.ſect.prima, & alibi ſæpe.

Contritionē eſt mera paſſio, aut neceſſaria, aut coacta. Notan. tertio, contritionem nō eſſe meram aliquam paſsionem, aut neceſſariam, aut coactam, ſed eſſe actionem omnino liberam. B Diximus, non eſſe paſsionē, quia ex quo Deus nobis præcipiat contritionem, *Ezech.18.* Ezech.18. *facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum*; conſequens eſt, vt nos debeamus cooperari, ergo aliquid agere, ergo contritio non eſt paſsio, ſed actio; legantur *S. Bonauēt.* S.Bonauent. in quarto diſtinctione 16. quæſtione prima, Durand. ibidem diſtinctio.17. quæſtione ſecunda, Gabr. diſt.14. quæſtione prima, Tolet. ſupr. libr. C tertio, capit.4. Aluarez vbi ſupra, Suarez item vbi ſupra diſputat.9. ſect.1. Bellarmin. lib. ſecundo, de pęnit. capitulo ſecundo. Diximus ſecundo, non neceſſariam, aut coactam; tum quia contritio, cum ſit actus quidam vitalis, & voluntarius omnino debet eſſe liber, vt aſſerunt Sotus in quarta diſtinction.17 .quæſtione ſecunda, articulo primo, Viguerius de pęnit. D verſic.10. vt propterea contritio dicatur diſplicentia, & deteſtatio voluntaria de peccatis, ſicuti inferunt Viguerius ibidem, Coſmus Philiarchus de ſacramēto pęnitent. libro ſecundo, capitulo decimooctauo, & alij ſupra citati. tum quia contritione meremur,

tum

Digitized by Google

Ioel. 2. *Matt. 3.* tum quia ſcripturæ nos ad pęnitentiam hortantur, Ioel ſecundo, *ſcindite corda veſtra*, Matthæ. 3. *agite pœnitentiam*, ergo debet eſſe actio libera: tum denique, quia in hoc conueniunt omnes Scholaſtici ſupra citati, præter hæreticos; legatur notatio marginalis de pęniten. diſtinct. 1. cap. Si cui.

Conc. Tri. Definitio contritionis. Notan. 4. Contritionem ex Concil. Trident. ſeſsion. 14. capitulo quarto, ſic definire, eſt animi dolor, & deteſtatio de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cętero; In qua definitione loco generis ſunt illa duo, Animi dolor, & deteſtatio; reliqua vero, quæ ibi ponuntur, ſunt loco differentiæ: In quo autem formaliter contritio conſiſtat, poſtea dicemus; Illud certum eſt, plures alias aſsignari definitiones, ſeu potius deſcriptiones contritionis à Doctoribus, ex uarijs Patrum, ac ſacrorum Canonum locis, vt adnotauit Gabriel in 4. diſtinct. 16. quæſtione prima, articulo primo, omnes tamen quoad rem conueniunt. legantur Caietanus ad tertiā partē, quæſtione prima, articulo primo, Hoſtienſ. libro quinto, de pęnitent. & remiſsio. Didacus Nugnus in tertia parte, quæſtione 85. articulo ſecundo, dubio primo, & ad tertiā partē, quæſtione prima, articulo primo, dubio primo, *Quomodo hic accipiatur cōtritio.* Accipimus autem hoc loco contritionem pro illo actu, ad quem tamquam ad vltimam diſpoſitionem ſequitur infallibiliter, de A lege ordinata, gratia ſanctificans, & proprie pertinet ad Charitatem.

Vnica concluſio: formaliter loquendo contritio non eſt actus doloris, aut triſtitiæ, ſed deteſtationis, & odij.

Probatur primo concluſio auctoritate Scholaſticorum, ac cęterorum omnium. D. Thom. in 4. *D. Thom.* B diſtinct. 17. q. ſecunda, & quarta, & tertia parte, quæſtion. 85. articulo primo, Halenſ. quarta parte, quæſtion. 17. in primo, Scot. 4. diſtinct. 14. quæſt. 2. Maior. 4. diſtin. 14. quæſtione prima, Durandi diſtinct. 17. quæſt. 4. Gabr. diſtinct. 14. quæſtione prima, articulo primo, & 16. quæſtio. 1. articulo primo, Thom. de Argent. diſt inc. 17. quæſt. 1. articulo primo, Caietano C tomo primo opuſcul. tract. 4. quęſtione prima, Sot. in 4. diſtinct. 17. quæſt. 2. articulo primo, And. Vegæ in Concil. Tridentin. libro 13. capitul. 25. Viguerij de pęnitent. cap. de contrit. verſic. 10. Tolet. ſupra libro tertio, capitulo quarto, numero quarto, Coſmi Philiar. de ſacr. pęnitent. lib. ſecundo, capitulo 18. Suarij diſputat. 4. ſection. ſecunda, numer. quarto, Didaci Nu- D gni ad tertiā partē, vbi ſupra, qui omnes hanc noſtram aſſerūt concluſionem, licet aliqui poſſint ſolo verbo diſſentire.

Probatur ſecundo, auctoritate Diui Auguſtini, tum libr. 14. de *S. Auguſt.* Ciuit. Dei, capitulo 15. vbi ait, *dolorem, & triſtitiam eſſe de ijs, quæ nobis nolentibus accidunt*, ergo ante dolorem, & triſtitiam intelligi-

ligimus eſſe nolitionem, ſed hæc nolitio nihil aliud eſt, quam diſplicentia, qua peccator nollet peccaſſe, ex D.Thom. in 4.diſtinction.17. quæſtione ſecunda, articulo primo, quæſtione prima, ergo hæc diſplicētia præcedit dolorē, & triſtitiā, ſed illa diſplicentia eſt formaliter contritio ergo, tum ſerm.7. de tempore, qui eſt tertius de Natali Domini, vbi ait, *pænitentiam certam non facit, niſi odium peccati, & amor Dei*, ergo.

D.Thom.

Tertio probatur ratione, quia dolor, & triſtitia conſequuntur ad contritionem, ergo non conſtituunt formaliter ipſam contritionem, antecedens patebit ex dicendis: deinde contritio eſt in voluntate, cum huiuſmodi tamen dolor ſit in appetitu ſenſitiuo, vt patet ex D.Thom.1.2.quæſtion. 35.artic.1.&2. ergo non erit formaliter contritio, quæ eſt in uoluntate.

D.Thom.

Quarto probatur ex D.Thoma 3.parte, quæſt.84. artic.8. vbi in beatis, inquit, eſt perfectiſsima contritio, quæ eſt deteſtatio, & tamen nullus eſt dolor, aut triſtitia, ergo ratio contritionis non conſiſtit in dolore, & triſtitia.

S.Thom.

Quinto etiam probatur ex eodem Sancto Thoma in quarta diſtinct.17. quæſtione prima, articulo primo, quæſtione prima, vbi deteſtatio, inquit, eſt cauſa doloris, ergo non eſt dolor, patet ſequela experientia ipſa, quia aliquando ſolent homines ex deteſtatione peccatorum moueri ad dolorem illorum.

D.Thom.

A Vltimo probatur etiam ex D. Thoma, tum 1.2.q.113. art.5. tum 3.par.q.85. art.2. actus contritionis formaliter pertinet ad Charitatem, vt etiam nos in priori diſputatione diximus; ad Charitatē autem primo pertinet amor, & odium, ſecundario vero gaudium boni, & dolor mali, ergo ad contritionem primo pertinet odiū. Pro maiori autem explicatione prædictæ noſtræ concluſionis. B

D.Thom.

Notandum eſt ex D.Tho.1.2. q.23. Caietano ibid.q.26.art.4. Soto in 4.diſt.17.q.2.art.1. Grego.de Valent 1.2.diſputat.3.q.1.puncto ſecundo, Didaco Nugno ad 3.par. vbi ſupra, Voluntatem noſtram habere circa directum bonum actum quemdam proſequutionis, qui proprie dicitur Amor; circa malum autem habere alterum actum, qui dicitur fuga, ſeu odium C abominationis, & ſicut ex amore, ſi obiectum ſit præſens, inſurgit gaudium, & fruitio ex D.Tho. 1.2.quæſt. quarta, articulo primo, & ibi Medina, ita etiam ex odio abominationis, ſi apprehendatur, vt præſens naſcitur triſtitia; in concluſione autem allata diximus, contritionem formaliter dicere actum fugæ, ſeu odij abominationis, ſeu deteſtationis; de D ſufficientia autem harum paſsionum, quas diximus ſubſequi ex apprehenſione boni, & mali, legendi ſunt Gregorius de Valentia vbi ſupra, & Nugnus loco citato.

D.Thom.

Sequitur primo, male Suariū ſup.diſput.4.ſection.prima, à numero

Reijcitur Suarez.

mero 4.negaſſe hunc actum odij, formaliter, & per ſe pertinere ad contritionem; nam contritio dicit illum actum odij, & abominationis, quē elicit circa malum, vt eſt diuinæ bonitatis offenſiuū, vt docuit Illuſtriſsimus Toletus lib.3.ſupr.cap.4.Didacus vbi ſupr. & iam docuerat Gabriel cum alijs Scholaſticis ſupra citat. in 4.diſt.14.q.1.ex quo, ſi apprehēdatur, vt præſens, ſequitur triſtitia, vt iam prænotauimus, quidquid in contrarium dicat Suarez ſupr. numero ſexto, vnde odiſſe peccatum, vt ſic, quod proprie pertinet ad actum contritionis, nihil aliud poſitiue erit, quam diligere Deum.

Reijcitur Nugnus & defenditur Suarez.

Sequitur ſecundo, extra rem Didacum Nugnum ſupra ad tertiam partem quæſtione prima, articulo primo, §.Difficultas igitur principalis eſt, dixiſſe, Suariū non ſibi conſtantem; varium fuiſſe in præſenti difficultate, vt aliquando dixerit contritionem formaliter conſiſtere in deteſtatione, aliquando in odio; cum tamen ipſe ex profeſſo velit excludere à ratione formali contritionis rationē odij, vt patet ex Suario vbi ſupra à numero quarto, ad ſextū, & certe ſi vera ſint, quæ eiuſdem Suarij circumferuntur ſcripta Venetijs impreſſa, non poterimus inuenire hanc in ipſis variationē, ſemper enim Suarius exiſtimauit, (etſi minus vere) contritionem formaliter conſiſtere in deteſtatione, non odio; quod ſi iam Suarius dixerat, diſputation.tertia, ſectione tertia, numero ſexto, per huA iuſmodi deteſtationem hominē abominari peccatum cōmiſſum, quo loco videtur conſtituere contritionem formaliter in odio, id tamen non repugnat ijs, quæ deinde dicit diſputatione quarta, ſectione ſecunda, numero ſexto, vbi ait, eandem conſiſtere formaliter in deteſtatione, ab eaq; diſtinguit odium, quia Suarius non excludit à deteſtatione, odium, imo B hoc, ait, in eadem virtualiter includi; quapropter in priori loco aſſerit idem, ex quo, quis deteſtatur peccatum, illud odio habere; ſed ſolum conſiderando rationē deteſtationis, & odij formaliter, & metaphyſice, dixit in altero loco ipsā contritionem eſſe deteſtationem quidem, non odium, quia deteſtatio reſpicit peccatum commiſsū, C a quo inquit ipſe, abſtrahit odiū; cum tamen contritio peccatū ſolum, aut commiſſum deteſtetur formaliter, in quo nullam adhuc potuimus noſſe Suarij variam ſententiam, aliud enim eſt loqui formaliter, aliud concomitāter, Suarius primo modo negat cōtritionem eſſe odium, non ſecūdo modo: accedit præterea, qđ Suarius in priori loco, non tam de cōtritione D quam de Pęnitentia Virtute loquitur; vnde nil mirū erit, ſi non eodem prorſus modo loquatur; quin etiam Nugnus ipſe, cū iam q.85.art.2.dub.1. docuiſſet fidem, ſpem, deteſtationem, & odium ſe habere antecedenter ad pęnitentiam, & voluerit actum formalē eiuſdem pęnitentiæ eſſe dolorem de peccatis, deinde ad 3.p.q.1.art.1.di-

Digitized by Google

dicat contritionem eſſe deteſtatione & odiũ formaliter, non dolorem, videtur in ead. naui, in qua ipſe vult eſſe Suarium, nam & ipſe aliquando ponit contritionem formaliter conſiſtere in deteſtatione, & odio, aliquando in dolore; Vnde vt Nugnus rationabiliter eſt excuſandus, ſic & Suarius debuit ab ipſo excuſari.

D. Thom. *Beatitudo in qua potẽtia ſit.* Sequitur tertio ita comparari dolorem, & triſtitiam cum contritione, ſicut gaudium, & delectationem, cum beatitudine ex D. Tho. 1.2.q.35.art.2. Beatitudo. n. ſiue ſit in intellectu, cũ S. Th. 1.2.q.3.art. 4. & q.20.ar.2.& 3. & 2. contra gẽ. c.25. (qđ verius putamus) ſiue in voluntate cum Scot. in 4.d..49.q. *S. Bonau.* 3.4.& 5. ſiue in vtroque cum S. Bonauent. in 4. diſt.49.q.3.art.1.q.5. Marſil. q. vlt. art.3. concl.4. Andrea Veg. lib.7. in Concil. Trid. capit.3. legatur de his opinionibus Valentia, 1.2. diſput.1.q.3. puncto 4. Beatitudo, inquam, habet gaudium, tamquam proprietatẽ quamdam conſequentem, non autem tamquam quid eſſentiale, vt habet S. *S. Thom.* Tho. p.2.q.3.art.4. & q.4.art.1. & 2. & ibi Medina, ſic etiam dolor ſe habet ad contritionem, vt optime docuerunt Doctores ſupra citati iiſdem locis, Gabr. in quarta diſtinctione 14. quæſt.1. Suarius diſput. 3. ſec.4. n.2. & diſp.4. ſect.1. quare dolor conſequitur contritionem.

Reijcitur Nugni ſententia. Sequitur quarto contra Nugnũ ad 3. par. q.4. art.2. ſicut non repugnat per diuinam potentiam ſeparari gaudium & delectationem à beatitudine eſsẽtiali, vt docet inter alios Bartholomæus Medina, A 1.2.q.4. art.1. ita neque repugnare ſeparari dolorem, à contritione; quod non ſolum verum eſt de dolore ſenſitiuo, ſed etiam de dolore rationali, vt ſuo loco dicemus, & docent Viguerius de pœnit. §.4. verſic.5. Nauarrus, cap.1. num.3. Medina. 1.2.q. 4. art.1. Gregorius de Valent. 1.2. diſputa.1. quæſt.4. puncto 1. Suarius diſput.4. ſect.1. B num.7. & alij, niſi per dolorem intelligamus ipſum diſſenſum voluntatis; tunc enim non poſſet ſeparari huiuſmodi dolor ab ipſa cõtritione, vt docent S. Bonauentura *S. Bonau.* in 4. diſtinctio.16. quæſtio. prima, & alij ſupra citat. eſt enim contritio nihil aliud, niſi huiuſmodi diſſenſus voluntatis.

Cõtritio deſcribitur per dolorem. Sequitur quinto, quoniam dolor, & triſtitia ſunt affectiones magis C perceptibiles, ideo vt plurimũ contritionem deſcribi per dolorem, & triſtitiam, vt aduertit S. An- *S. Antonin.* toninus 3. parte titul.14. capit.17. §. 2. licet etiam beatitudo deſcribitur per gaudium, vt habet Au- *S. Auguſt.* guſtinus libro decimo confeſſio. capitulo 21. vbi omnes, inquit, ipſum gaudium vitam beatam vocant, & capitulo 23. *Beata,* inquit, *vita eſt gaudium de verita-* D *te;* Iuxta illud Matth. 25. *Euge* *Matth. 25.* *ſerue bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui,* Ioan 16. *Gau-* *Ioan 16.* *dium veſtrum nemo tollet à vobis;* Vnde ſicut voluntas ex Gabriele in quarto diſtinctio.14. quæſtione prima, articulo tertio, eſt cauſa nolitionis peccati, ſic etiam eſt cauſa triſtitiæ, quæ conſequitur ad contritionem, quæ elicitur à voluntate.

Digitized by Google

Exponitur Conc. Trid. quoad aliam definitionem contritionis.

Sequitur ſexto, quomodo ſit intelligendum, quod habet Concil. Trident. contritionem eſſe dolorem, &c. Id enim intelligendum eſt, cauſaliter, non formaliter, vt habent communiter Doctores, Durand. in 4. diſt. 17. q. 2. Bonauent. d. 16. q. 1. Gabr. d. 14. q. 1. & d. 16. q. 1. art. 1. Sotus diſt. 17. q. 2. art. 1. Viguerius, vbi ſupra, ver. 10. Nauarrus, cap. 1. num. 14. Iacobus de Graff. lib. primo ſup. num. 14. Rodriquez in Sum. capit. 48. Silueſter verbo Contritio, num. 3. Coſmus Philiar. de Sacramento Pænit. libro 2. capit. 18. & Suarius ſup. diſput. 3. ſect. 3. num. 3. & diſput. 4. ſectio prima, numero ſeptimo, Didacus Nugnus ad 3. partẽ quæſt. 1. art. 1. dub. primo, perinde quaſi contritio ſit, quæ cauſet dolorem in pęnitente. Vnde ex D. Auguſt. de ver. & fal. pęnit. dolor dicitur comes pœnitentiæ; quare definitio aſſignata à Concilio non tam definitio, quam deſcriptio dicenda eſt, vt habet inter alios Nugnus ſupra.

S. Bonau.

Reijciuntur Hæretici.

Sequitur ſeptimo, male Lutheranos aſſeruiſſe hanc cõtritionem ita pertinere ad legem, vt nullo modo pertineat ad Euangelium, contra quam hæreſin; vt alios omittamus, legendus eſt Bellarm. libro ſecundo de pœnitent. capit. ſecundo, & patet eſſe falſam, ex Luc. vltimo, quo loco ait Chriſtus, *Oportet prædicari pænitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes*. Matth. 4. *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pænitentiam*; igitur pertinet pænitentia, & contritio etiam ad legem Euangelicam; cum videamus tantum in ipſa commendari a Chriſto.

Luc. vlt.

Matth. 4.

Cõtritio nõ eſt timor incuſſus.

Sequitur vltimo, contritionem non eſſe timores illos incuſſos, quos ponebat Lutherus, de quibus multa habet Illuſtriſſimus Bellarmin. loco iam citat. & ratio eſt, quia licet hi poſſint excitare contritionem, Luc. 12. *Timete eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam*, ita dico vobis, hunc timete; Eccleſiaſti. 12. *Time Dominum, & mandata eius obſerua*; non tamen ſunt ipſa contritio, aliud enim eſt, terreri, contremiſcere; aliud conteri, ſcindi, vt optime docuit Bellarminus eodem loco citato. Quare contritio erit ille animi dolor, & deteſtatio, quæ eſt de peccato commiſſo, vt habet Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 4.

Luc. 12.

Eccl. 12.

Cõc. Trid.

Quoniam vero plurimum ad ea, quæ iam dicta ſunt de contritione, & eius proprietatibus, & paſſim dicentur in tota hac diſputatione, intelligenda, facere videntur quæ de amore, & odio ab alijs tum Theologis, tum philoſophis alibi dicuntur, ideo antequam vlterius progrediamur, hic interijcienda videtur breuis quidem, ſed non ſpernenda diſputatio, propoſitis dubijs, de illis duobus, amore, ſcilicet, & odio, quatenus in ipſa cõtritione includuntur, ſic enim fiet, vt nihil, quod in hoc opere deſiderari poſſit, prætermiſſum videatur.

BRE-

Digitized by Google

BREVIS DISPVTATIO.

De amore et odio diſcurſus.

De amore, & odio.

PRimo agemus de amore, tum de odio, vt propterea totã hanc diſputationẽ in duas partes diuiſuri ſimus, in quarum altera agemus de amore, in altera vero de odio.

Prima pars de amore,

Cauſis, & effectibus illius.

PRIMA DVBITATIO

Quid ſit amor.

De amore.

NOtandum eſt ex S.Th. par.2. quæſt.26.art.3. Bartholomæus Medina, & Gregor. de Valent. ibidem ad S. Thom. quatuor poni nomina amoris, quæ magnam habent inter ſe affinitatẽ, quamuis aliquo modo inter ſe diſtinguantur: amor, dilectio: charitas, amicitia, quibus ſi addatur beneuolentia, videbitur perfecta tota res, & primo quidem amicitia ex Ariſt.8.Ethico.c.5. vt notat S.Thom. loco citato, eſt quaſi habitus, amor vero, & dilectio ſignificatur per modum actus & paſſionis; charitas vero vtroque modo accipi poteſt; differenter autẽ ſignificantur actus per iſta tria.

Ariſt. S.Thom.

De nomine amoris. S. Aug.

Notand. ſecundo, quod attinet ad nomen amoris, aliqui vt refert. S. Auguſtin. libro 14. de Ciuitat. capit. ſecundo, amorem aiunt differre à dilectione in eo, quod amor accipiatur in malam partem, ſed hoc eſt omnino falſum. & confutatur tum ab Aug. ibidem, vbi oſtendit nomen amoris in ſacris litteris accipi etiam in bonam partem, tum ex alijs quos infra afferemus: imo vero Dionyſius quarto de diuin. nomi. quem refert S. Thom. loco citato dixit: *Quibuſdam ſanctorum viſum eſſe diuinius nomen amoris, quam dilectionis*; Amorem autem ſumi in bonam partem patet ex lib. Prouerb. Cantic. & alijs, in quibus ſepe ponitur nomen amandi, & amoris, idque in bonam partem, vt ſignificetur charitas, & Ioan 21. *Simon Ioannis amas me?* Quo loco quis neget accipi in bonam partem? quare nomen amoris, vt ait S. Thom. eſt vniuerſalius, & communius, dicitur enim de actu appetitus ſenſitiui, & de actu voluntatis, quare dicitur de actu bono, & malo: Vnde Plato in phædro, & conuiuio diſtinguit amorem in bonum, & malum, quod etiam facit Marſilius Ficinus in comment. illorum locorum, vbi ẽt multa diſſerit de amore, ſicut etiam idem facit Cardin. Bellarmin. libro quarto, aduer ſus calumniat. Platonis, cap.2 S.Tho. par.2. quæſt. 26. vſque ad 29. & Scholaſt. in primo diſt.1. & in 3. diſt.26. & 27. & alij ſup. cit.

Dionyſ. S.Thom.

Amor ſumitur in bonã partem. Prouerb.

Ioan.

S.Thom.

Plato.

S.Tho.

Not.3. Quod attinet ad nomen dilectionis, certum eſt hoc nomẽ ſecundum Ciceronem, libro 14. epiſtolarum ad Attic. epiſtola tertiadecima, vt refert Scaliger exercitatio. 319. eſſe quid minus, quam

De nomine dilectionis. Cicero.

Exponitur Conc. Trid. quoad a l-tam definitionem contritionis.

Sequitur ſexto, quomodo ſit intelligendum, quod habet Concil. Trident. contritionem eſſe dolorem, &c. Id enim intelligendum eſt, cauſaliter, non formaliter, vt habent communiter Doctores, Durand. in 4. diſt. 17. q. 2. Bonauent. d. 16. q. 1. Gabr. d. 14. q. 1. & d. 16. q. 1. art. 1. Sotus diſt. 17. q. 2. art. 1. Viguerius, vbi ſupra. ver. 10. Nauarrus, cap. 1. num. 14. Iacobus de Graff. lib. primo ſup. num. 14. Rodriquez in Sum. capit. 48. Silueſter verbo Contritio, num. 3. Coſmus Philiar. de Sacramento Pænit. libro 2. capit. 18. & Suarius ſup. diſput. 3. ſect. 3, num. 3. & diſput. 4. ſectio. prima, numero ſeptimo, Didacus Nugnus ad 3. partẽ quæſt. 1. art. 1. dub. primo, perinde quaſi contritio ſit, quæ cauſet dolorem in pœnitente. Vnde ex D. Auguſt. de ver. & fal. pœnit. dolor dicitur comes pœnitentiæ; quare definitio aſſignata à Concilio non tam definitio, quam deſcriptio dicenda eſt, vt habet inter alios Nugnus ſupra.

S. Bonau.

Reijciuntur Hæretici.

Sequitur ſeptimo, male Lutheranos aſſeruiſſe hanc cõtritionem ita pertinere ad legem, vt nullo modo pertineat ad Euangelium, contra quam hæreſim; vt alios omittamus, legendus eſt Bellarm. libro ſecundo de pœnitent. capit. ſecundo, & patet eſſe falſam, ex Luc. vltimo, quo loco ait Chriſtus, *Oportet prædicari pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes*. Matth. 4. *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam*; igitur pertinet pænitentia, & contritio etiam ad legem Euangelicam; cum videamus tantum in ipſa commendari a Chriſto.

Luc. vlt.

Matth. 4.

Cõtritio nõ eſt timor incuſſus.

Sequitur vltimo, contritionem non eſſe timores illos incuſſos, quos ponebat Lutherus, de quibus multa habet Illuſtriſſimus Bellarmin. loco iam citat. & ratio eſt, quia licet hi poſſint excitare contritionem, Luc. 12. *Timete eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam*; ita dico vobis, hunc timete; Eccleſiaſt. 12. *Time Dominum, & mandata eius obſerua*; non tamen ſunt ipſa contritio, aliud enim eſt, terreri, contremiſcere; aliud conteri, ſcindi, vt optime docuit Bellarminus eodem loco citato. Quare contritio erit ille animi dolor, & deteſtatio, quæ eſt de peccato commiſſo, vt habet Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 4.

Luc. 12.

Eccl. 12.

Cõc. Trid.

Quoniam vero plurimum ad ea, quæ iam dicta ſunt de contritione, & eius proprietatibus, & paſsim dicentur in tota hac diſputatione, intelligenda, facere videntur quæ de amore, & odio ab alijs tum Theologis, tum philoſophis alibi dicuntur, ideo antequam vlterius progrediamur, hic interijcienda videtur breuis quidem, ſed non ſpernenda diſputatio, propoſitis dubijs, de illis duobus, amore, ſcilicet, & odio, quatenus in ipſa cõtritione includuntur, ſic enim fiet, vt nihil, quod in hoc opere deſiderari poſſit, prætermiſſum videatur.

BRE-

Digitized by Google

BREVIS DISPVTATIO.

De amore et odio diſcurſus.

De amore, & odio.

PRimo agemus de amore, tum de odio, vt propterea totã hanc diſputationẽ in duas partes diuiſuri ſimus, in quarum altera agemus de amore, in altera vero de odio.

Prima pars de amore,

Cauſis, & effectibus illius.

PRIMA DVBITATIO

Quid ſit amor.

De amore. NOtandum eſt ex S.Th. par. 2. quæſt. 26. art. 3. Bartholomæus Medina, & Gregor. de Valent. ibidem ad S. Thom. quatuor poni nomina amoris, quæ magnam habent inter ſe affinitatẽ, quamuis aliquo modo inter ſe diſtinguãntur: amor, dilectio: charitas, amicitia, quibus ſi addatur beneuolentia, videbitur perfecta tota res, & primo quidem amicitia ex Ariſt. 8. Ethico. c. 5. vt notat S.Thom. loco citato, eſt quaſi habitus, amor vero, & dilectio ſignificatur per modum actus & paſſionis; charitas verò vtroque modo accipi poteſt; differenter autẽ ſignificantur actus per iſta tria. *Ariſt. S.Thom.*

De nomine amoris. S. Aug. Notand. ſecundo, quod attinet ad nomen amoris, aliqui vt refert. S. Auguſtin. libro 14. de Ciuitat. capit. ſecundo, amorem aiunt differre à dilectione in eo, quod amor accipiatur in malam partem, ſed hoc eſt omnino falſum. & confutatur tum ab Aug. ibidem, vbi oſtendit nomen amoris in ſacris litteris accipi etiam in bonam partem, tum ex alijs quos infra afferemus: imo vero Dionyſius quarto de diuin. nomi. quem refert S. Thom. loco citato dixit: *Quibuſdam ſanctorum viſum eſſe diuinius nomen amoris, quam dilectionis*; Amorem autem ſumi in bonam partem patet ex lib. Prouerb. Cantic. & alijs, in quibus ſępe ponitur nomen amandi, & amoris, idque in bonam partem, vt ſignificetur charitas, & Ioan 21. *Simon Ioannis amas me?* Quo loco quis neget accipi in bonam partem? quare nomen amoris, vt ait S. Thom. eſt vniuerſalius, & communius, dicitur enim de actu appetitus ſenſitiui, & de actu voluntatis, quare dicitur de actu bono, & malo: Vnde Plato in phædro, & conuiuio diſtinguit amorem in bonum, & malum, quod etiam facit Marſilius Ficinus in comment. illorum locorum, vbi ẽt multa diſſerit de amore, ſicut etiam idem facit Cardin. Bellarmin. libro quarto, aduer ſus calumniat. Platonis, cap. 2. S. Tho. par. 2. quæſt. 26. vſque ad 29. & Scholaſt. in primo diſt. 1. & in 3. diſt. 26. & 27. & alij ſup. cit. *Dionyſ. S. Thom. Amor ſumitur in bonã partem. Prouerb. Ioan. S. Thom. Plato. S. Tho.*

Not. 3. Quod attinet ad nomen dilectionis, certum eſt hoc nomẽ ſecundum Ciceronem, libro 14. epiſtolarum ad Attic. epiſtola tertiadecima, vt refert Scaliger exercitatio. 319. eſſe quid minus, *De nomine dilectionis. Cicero.*

Digitized by Google

quam ſit amor, ita vt magis ſit amare, vel amari, quam diligere, vel diligi, vnde ait, *tantum acceſſiſſe ad eum amorem, quam antea habebat erga Dolabellam, vt ſibi nunc denique amare videatur antea dilexiſſe.* & libro epiſtolarũ ad Brutum epiſtola prima. *Clodius*, inquit, *Tribunus plebis deſignatus valde me diligit, vel ut ἐμφατικώτερες dicam, valde me amat.* Huius autem rei rationem reddit idem Scaliger exercitat. 317. numero tertio, quia diligere, & eligere idem pene ſunt; efficacior tamen vox eſt diligere, quia ſignificat iudicium eligentis, & actionem, qua ſeiungitur res electa ab alijs: igitur, quia non ſine iudicio probarunt amorem veteres ſapientes, idcirco electionem antecedere voluerunt: quare inchoatum tantum amorem ſignificabat dilectio, vnde patet, dilectionem, quamuis ſępe confundatur cum amore, ſi tamen in rigore ſumatur, ſignificare aliquid minus, quam ſignificet amor.

De nomine beneuolẽtiæ.

Notan. quarto, quod attinet ad nomen, tertium beneuolentiæ, hanc ex eodem Scaligero ibidem ſequi amorem; eſt enim appetitus boni pro eo, quem amamus, atque ita beneuolentia dicitur eſſe deſiderium quoddam, quo rei amatæ aliquid boni deſideramus; Vnde colligit Scaliger poſſe eſſe amorem ſine beneuolentia, vt patet in amore iuſtitiæ Dei, & ſimilibus; quamquam poſſemus etiam dicere, per velle alicui bonum, non ſolum intel- A ligi deſiderium boni, quo res illa caret, ſed etiam complacentiam de bono, quod in ea reperitur, ita vt velimus illi illud bonum, & ſi in ea non eſſet, vellemus de nouo eſſe; atque ita poſſumus habere beneuolentiam erga Deum, vt patet experientia.

De nomine charitatis.

Notandum quinto. Quod vero attinet ad nomen Charitatis, B certum videtur, hanc, vt ibidem docet Scaliger, eſſe amorem validum, quo ea nobis chara ſunt, quæ aut nulla permutatione, aut rara velimus alienari; vnde S. Thom. parte ſecunda, quæſt. 26. articulo tertio, & alij ſupra citati, aſſerunt charitatem addere ſupra amorem perfectionem quamdam amoris, quatenus id, quod amatur, magnifit, vt ipſum no- C men deſignat. Dionyſius quarto, de diuin. nom. ait, quoſdam, qui de diuinis rebus diſſeruerunt, exiſtimaſſe amoris nomen diuinius eſſe, quam charitatis: aſſeritur tamen poſtea pro eodem ſæpe ſumi a ſacris Theologis: quare ſæpe etiam in ſacr. Scripturis nominatur charitas Dei, & Deus ipſe charitas; Imo ſæpe charitas videtur D ſignificare quid diuinius: quamquam enim Cicero primo de Natura Deorum, ſumat pro eodem charitatem, & amorem; in lib. tamen de partitionibus oratorijs, indicat, charitatem eſſe reſpectu ſuperiorum, amorem vero reſpectu æqualium, vel inferiorum, & ideo ait homines moueri charitate, vt Deorum, patrię, parentum; aut amore, vt fra-

S. Thom.

Dionyſ.

Cicero.

fratrum, coniugum, liberorum, & familiarium, & vere ſi vis huius nominis, charitas, reſpiciatur, neſcio quid ſublimius videtur indicare.

De nomine amicitiæ.

Notan. vltimo de poſtremo nomine amicitia, quæ includit amorem, & beneuolentiam, quia amicus, & amat amicum, & illi bonum vult; ad veram autem amicitiã requiritur, vt redamatur ab amico, & ideo ſæpe eſt amor, vel beneuolentia ſine amicitia. in hac autem diſputatione ſermo erit de amore quatenus eſt actus voluntatis, qui & poteſt appellari charitas, dilectio: nam agimus hic de amore, qui includitur in ipſa cõtritione, his ergo præmiſſis.

Ariſtot. Varia definitiones amoris.

Reſpondetur ad dubitationẽ, amorem ab Ariſt. 2. rhetor. cap. 4. ſic definiri *Amare eſt velle bonum alicui quod bonum putet illius, non ſui gratia, eiusque actiuum eſſe in quantum poteſt*, quæ definitio non eſt amoris eſſentialiter, ſed ſolum amoris amicitiæ, & non eſt per intrinſeca, & eſſentialia, ſed per effectus, hunc enim amorem volebat ibi definire.

S. Thom.

Ab alijs vero, vt à Gabriel. in 3. diſtinctio. 27. quæſtione vnica, S. Thom. primo contra gentes capi. 91. dicitur eſſe violentia boni, vbi per violentiam boni non debemus intelligere deſiderium, quo deſideramus alicui bonum, quo caret; ſed complacentiam quodammodo in bono abſoluto.

Ab alijs dicitur inclinatio, aptitudo connaturalitas, affectio, conuenientia, complacentia, & coaptatio cum bono, quæ omnia

Onuph. de Panit.

A varijs in locis habet Sanctus Thomas vt 4. contra gentes, capitul. 19. & prima ſecundæ quæſtione 26. articul. primo, quæſtio. 23. articul. quarto, quæſtione 23. articulo primo, quæſtio. 28. articulo quinto, & illam ſequuntur aliqui dicentes, amorem eſſe affectionem ſeu complacentiam in bono, ut Richardus in tertia diſtinctione B 27. quæſtio. 3. articulo ſeptimo, Durand. ibidem quæſtione prima & alij. Scaliger exercit. 301. ait *Amorem eſſe affectum vnionis*, id eſt, eſſe affectum, quo cum re amata, aut unimur, aut unionem perpetuamus, quo fere modo definiuit amorem Sanctus Auguſt. libro 8. de Trinit. capit. 10. *Amor*, dicens, *eſt coniectura quadam copulans vel copulare appe-* C *tens amantem & id quod amatur.* Dionyſius quarto de diuin. nomi. ait, *Amorem eſſe virtutem vnitiuam*, & ex his clare patet quid ſit amor.

S. Thom. *S. Auguſt.* *Dionyſius.*

Reijcitur Fracaſtorius.

Sequitur deſcriptionem illam amoris allatam a Fracaſtorio de ſympathia, capit. 17. *amorem*, ſcilicet, *eſſe deſiderium quoddam, quo alicui rei bonum optamus*, vel, *eſſe beneuolentiam rei, qua gau-* D *demus* & illam Cardani 14. de ſubtilitate, *amorem eſſe ſuſpectam lætitiam*, & illam Marſilij in conuiuium Platonis oratione. 1. cap. 4. *Amorem eſſe deſiderium pulchritudinis*; ſi formaliter intelligantur, eſſe falſas; quia & non definiunt omnem amorem, & confundunt illum cum delectatione, vel deſiderio; quamquã poſſint, vel cauſaliter, vel ab effectu expli

Reijcitur Cardanus. & Marſil.

Digitized by Google

aliquando deſinunt, aliquãdo creſcunt, & augentur, aliquando minuuntur. Primus amor, quẽ Plato diuinum appellat, eſt quidam naturalis inſtinctus ad diuinam pulchritudinem acquirendam, quæ ex corporalis pulchritudinis aſpectu excitatur & fouetur, ſemper tamẽ pſeuerat in homine, & ideo eſt perpetuus. Secundus quem vocat ſenſitiuum, eſt naturalis inſtinctus, quem omnes homines habẽt ad ſobolem, vt in ſpeciei, perpetua conſeruatione, & propagatione aſsimiletur homo diuinæ æternitati, & perpetuitati; & hi duo amores fuerunt à Deo nobis congeniti, & à Platone vocãtur duo dęmones, ſemper animis noſtris aſſiſtentes, quorũ primus quia ad ſuperiora cõtemplanda nos perducit. Calodęmon, id eſt, bonus angelus vocatur; ſecundus vero propter frequentem abuſum, Cacodęmon, id eſt, malus angelus nominatur; Inter hos autem duos amores, qui ꝑpetui dicuntur, quia ſemper nobis aſſiſtunt, licet non ſemper illis vtamur, tres intercedunt medij, quorũ primus dicitur cõtemplatiuus, ſecundus actiuus, tertius voluptuoſus, quia aliqui ſunt inclinati à natura, vt viſa corporali pulchritudine aſcendant ad ſuperiora, & Deũ & hi habent amorem contemplatiuum: quidam viſa eadem pulchritudine trahuntur ad corporalia, & voluptates, & hi habẽt amorem voluptuoſum: quidam denique in ſola illa videndi, & conuerſandi oblectatione perſeuerant, & hi habent amorem actiuum; & quia iſti tres amores incipiunt, & A deſinunt; augentur, & minuuntur, ideo dicuntur eſſe medij inter illos duos primos perpetuos, qui ſemper perſeuerant in actu primo quamuis non ſemper exerceantur. Hæc volui perſtrinxiſſe ex Platone, vt ſic intelligeremus, quam alta ac diuina, etſi immixta erroribꝰ. ſed non ſine diuino fauore, attigerit Plato, vt merito à multis dicatur diuinus. legatur B. Med. in p.2. quæſt. 27.

Qui amores dicantur a Platone demones.

B Secũdo diuiditur amor à Scholaſticis & Peripateticis, vt à S. Tho. p.2. qu.21. art.4. in amorem amicitię, & amorem concupiſcentiæ, quæ diuiſio non eſt amoris in amicitiam, & concupiſcentiam, vt voluit Aurel. apud Capreol. in primo diſt.1. q.1. amicitia enim eſt habitus, amor vero eſt actus, vnde non C bene aſſignatur pro ſpecie amoris amicitia, præterea hæc diuiſio eſt ſecundum prius, & poſterius, vt notat S. Thom. ibidem, quia id quod amatur amore amicitiæ, ſimpliciter, & ꝓpter ſe amatur; quod autem amatur amore concupiſcẽtię, non amatur ſimpliciter, & propter ſe, ſed amatur alteri; & ideo amor amicitiæ eſt prior amore cõ D cupiſcentiæ; ſicut enim ens per ſe eſt prius ente per aliud, & propter aliud, ita quod propter ſe amatur eſt prius eo, quod amatur alteri, vel propter aliud: ſed eſt diuiſio amoris ſecundum diuerſas rationes eiuſdem actus ad diuerſa obiecta, in quæ fertur. vnde S. Tho. probat hanc diuiſionem hoc modo. Amare eſt velle alteri bonum, motus enim amoris tendit in duo, ſcilicet, in bonum, quod

Diuiſio amori Scholaſticorum.

Reijcitur Aureli ſententia.

S. Thom.

Diuiſio amoris in amorẽ amicitiæ & concupiſcentiæ.

quis vult alicui, & in illud, cui vult bonum, ad illud ergo bonum, quod quis vult ſibi vel alteri, habetur amor concupiſcentiæ; Ad illud vero, cui aliquis vult bonum, habetur amor amicitiæ, atque ita quod amatur amore amicitiæ, amatur propter ſe non referendo ad aliud, quod vero amatur amore concupiſcentiæ, amatur propter aliud, & refertur, ad aliud, id eſt, volumus illud alteri, & hac ratione Ariſtot. ſecundo Topico. capitulo primo, ait, nos amare vinum propter dulce, quod in eo concupiſcimus; nec tamen ad vinum habemus amicitiam, & 6. Ethic. cap. primo idem etiam habet, quare iſti duo amores differunt inter ſe. legatur Bartholomæus Medina, in part. 2. quæſt. 26. artic. 4. & quamuis amor amicitiæ ſimpliciter ſit amor, amor tamen concupiſcentiæ dicendus eſt etiam amor, quamquam ſit propter aliud, in quo, vt bene notat Scaliger, errauit Fracaſtorius de ſympathia, & antipathia, capit. 17. dicens. *Si rem aliquam cui bene volumus in noſtram vtilitatem vertamus non amor eſt, ſed libido, amor enim omnis purus eſt, & nihil aliud vult, niſi vt bene ſit illi rei, quam amat.* Sed in hoc, inquã, errauit, quia non eſt libido, ſi quis amet valetudinem, ordinando eam ad virtuoſas functiones, ſi amet enſem, equum domum, &c. in ſuam vtilitatem, libido enim eſt appetitus ſine iudicio, ſine modo, ſine bono fine, nec meretur nomen amoris.

Reiicitur Fracaſtor.

Quid ſit libido.

A Dices, poteſtne dari aliquis actus amoris amicitiæ, qui non ſit etiam ſimul concupiſcentiæ?

Reſpondetur ex Medina ibidem, ſemper actum amoris amicitiæ eſſe coniunctum cum actu amoris concupiſcentiæ, quia cum amor nihil aliud ſit, quam volitio boni, ſemper eſt actus amoris amicitiæ reſpectu illius, cui
B bonum volumus, & actus amoris concupiſcentiæ reſpectu boni, quod volumus.

Dices ſecundo, poſſumusne habere amorem amicitiæ ad creaturas irrationales.

Reſpõdeo ex eodem Medina ibidem, Ferrarienſ. primo contra gentes, capitul. 91. ad creaturas irrationales non eſſe amorem, qui ſit actus amicitiæ, eſſe tamen amorem amicitiæ, cum enim amici-
C tia requirat amorem reciprocum, & creaturæ irrationales non poſſint redamare, ideo ad illas non eſt amor, qui ſit actus procedens ex habitu amicitiæ, & hanc ob cauſam, S. Thom. prima parte quæſtio. 20. articul. 2. ad 3. ait, Deum non amare amore amicitiæ creaturas irrationales, quia ad eas non eſt amicitia, nec beneuolentia, nec mutuus amor,
D poſſumus tamen creaturas irrationales amare amore amicitiæ, quatenus hic amor continet omnem illum amorem, quo volumus alicui bonum, quamuis deinde illud ordinemus ad aliud. & hoc voluit Sanctus Thomas, primo contra gentes, capit. 90.

Amor qua ratione ſit ad creaturas irrationales.

S. Tho.

S. Thom.

Se-

A Sequitur, nos poſſe velle alicui bonum, quod ab ipſo non diſtinguitur; quamuis enim ſæpe bonū, quod alicui volumus, ab illo diſtinguatur; interdum tamen non eſt diſtinctum; Sicut Deus amat ſeipſum, & vult ſibi ipſi ſuum eſſe, nō tamen eſſe diſtinguitur à Deo, & nos etiam eadem ratione amamus Deum: Neque eſt abſurdum aliquem ſub diuerſis conſiderationibus amare amore concupiſcentię, & amore amicitię, ex quo fit, vt quando amemus aliqđ extrinſecū amore concupiſcentiæ, obiectum immediatum illius amoris non ſit neceſſario aliquid exiſtens in concupiſcente, ſed poſſit eſſe quid extrinſecum vt ait Caietanus p. 2. q. 17. art. 5. & alij, quamuis Durand. in primo d. 1. q. 2. videatur docere contrarium, quod patet manifeſte C in actu, quo amamus amore concupiſcentiæ; quamuis .n. res illæ non amentur, niſi ſint bonum noſtrum, & hæc ſit veluti conditio ſine qua non amarentur, obiectum tamen immediatum illius amoris eſt quid extrinſecum: ſicut, verbi gratia, efficiens non eſt actu efficiens, niſi habeat operationem, nec tamen operatio eſt ratio efficientis, ita vt efficiens ſit mediatum, aut ſecundum ſe non ſit efficiens, quia ſecundum id quod habet in ſe, habet rationem agendi. Atque hæc de ſecunda Dubitatione.

DVBITATIO III.

Quænam cauſæ ſint Amoris.

DE hac quæſtione agit S. Thom. p. 2. quæſt. 27. art. 1. 2. & 3. ibique B. Medina & Greg. Valent. *S. Thom.*

B Reſpondeo ad dubitationem, cauſas Amoris communiter aſſignari bonum, cognitionem, ſimilitudinem, & ſimilia. *Cauſa Amoris quæ.*

Prima igitur cauſa Amoris eſt bonum, vt ait S. Auguſt. 8. de Trinit. cap. 3. & 4. & ratio eſt, quia amor pertinet ad potentiam appetitiuam, quæ eſt virtus paſſiua, & obiectum ad ipſam comparatur, ſicut cauſa motus ad motum; illud autem dicitur cauſa amoris, quod eſt obiectum illius, obiectū autem amoris eſt bonum, quia amor importat quamdam connaturalitatem, vel complacentiam amantis ad amatum; vnicuique autem eſt bonum id, quod eſt illi connaturale, ergo; & quia bonum eſt idem cum pulchro, & differt tantum ab eo ratione, ideo Dionyſ. 4. de diu. D nom. ait non ſolum bonum, ſed etiam pulchrū eſſe omnibus amabile, & quia bonū non eſt cauſa amoris quocumque modo, ſed per modum obiecti, & non eſt obiectum appetitus, niſi prout apprehenſum, ad amorem requiritur apprehenſio & cognitio, ideo dicūtur hæ etiam cauſæ amoris; & ideo Ariſt. 8. Eth. c. 5. & 12. ait, viſionem corporalē eſſe principiū amoris *S. Aug.* *Dionyſius* *Ad amorē requiritur apprehenſio & cognitio.* *Ariſt.*

Digitized by Google

amoris ſenſitiui, & contemplatio- A nem ſpiritualis pulchritudinis, & bonitatis eſſe principium amoris ſpiritualis, & Aug. 10. de Trinit. ait, neminem poſſe amare aliquod incognitũ, & quia amor eſt quid diſtinctum à cognitione, & cognitio non eſt ſimpliciter cauſa amoris, ſed potius eſt veluti conditio, ideo poteſt aliquid amari plusq̃ cognoſcatur, ad perfectam enim B cognitionem requiritur, vt homo ſingillatim cognoſcat ea omnia, quæ ſunt in re, ad rationem enim cognitionis requiritur diſtinguere ea, quæ coniuncta ſunt ſecundum rem, & componere quodammodo ea, quæ ſunt diuerſa; amor vero cum ſit virtutis, appetitiuæ, quæ reſpicicit rem ſecũdum quod eſt in ſe, etiamſi non perfecte & diſtincte cognoſcatur, poteſt eſſe C maior cognitione, vt patet manifeſte in ſcientijs, quas multi amãt, quia habent ſummariam quamdam illarum cognitionem; Vnde maior eſt amor cognitione; quãuis aucta cognitione ſoleat augeri amor, ſi res quæ cognoſcitur bona ſit, & perfecta.

S. Auguſt.

De ſimilitudine autem illud certum eſt, hanc eſſe cauſam amoris, iuxta illud Eccleſ. 3. *Omne animal diligit ſimile ſibi*, poteſt D autem ſimilitudo attendi dupliciter: Primo quidem, quia duo ſimilia habent idem in actu: Secundo, quia vnum habet in potentia, & in quadam inclinatione, id, quod aliud habet in actu; ſicut ſi dicamus graue exiſtens extra propriũ locum habere ſimilitudinem cum eo, quod eſt in centro; Primus modus ſimilitudinis ſolet eſſe cauſa amoris amicitiæ, ſeu beneuolentiæ, ex eo enim quod aliqui duo ſint ſimiles habẽt vnã quodãmodo formã, ſunt quodãmodo vnũ ſibi, & vult illi bonũ, ſicut & ſibi. Secundus vero modus ſimilitudinis cauſat amorem concupiſcentiæ, vel amicitiam vtilis, ſeu delectabilis, quia vnicuique exiſtenti in potentia in quantum huiuſmodi in eſt appetitus ſui actus, & in eius conſequutione delectatur, ſi ſit ſentiens, & cognoſcens, & quia in amore concupiſcentiæ amans proprie amat ſeipſum, quia vult bonum propter ſe, & vnuſquiſque magis amat ſe, quam alium, quia ſibi ſimpliciter, & omnibus modis vnus eſt, ideo ſi ab alio, quod eſt ſibi ſimile in forma, impediatur à conſequtione boni, quod amat; id quod eſt ei ſimile per accidens fit illi odioſum, & hanc ob cauſam ait Ariſt. 8. Eth. cap. 1. Figulos corrixari adinuicem, & Prouer. 8. Inter ſuperbos ſemper eſſe iurgia. legantur Med. & Valent. vbi ſup.

Eccleſiaſt.

Ariſt.

Prouerb.

DVBITATIO VLTIMA.

De effectibus amoris.

Reſpondetur ad dubiũ multas aſsignari effectus amoris; tum præcipue vnionem, mutuam inhæſionem; ecſtaſim, zelum, & ſimilia, de quibus S. Th. ſup. q. 28. ar. 1. 2. 3. & 4. & ibi ſuprad. cit. DD. Med. Valen.

Varij effectus amoris.

S. Thom.

Primus effectus explicatur à Dionyſ. 4. de diuin. nom. his verbis

Dionyſ. bis, *Amor eſt virtutis vnifica, & concretiua*, vbi Albert. S. Thom. Carth. & alij dicunt, amorem eſſe vnitiuũ dupliciter: primo formaliter, quia eſt ipſa vnio, quod indicat S. Aug. 8. de Trin. c. 10. vbi ait: *Amorem eſſe iuncturam quamdã duo aliqua copulantem, vel copulare appetentem*, eſt autem amor vnio formaliter, vel tãquam ad aliquid ſuũ, vt patet in amore cõcupiſcentiæ, & de hoc multa habentur. 8. Eth. c. 3. & 4. & lib. 3. c. 1. vel amore amicitiæ, quando amamus aliquid tamquam nos propter ipſum amatum; & iſte amor perfectiſſimus eſt, & facit vere vnum, & de illo multa habet. Ariſtot. 9. Ethic. ca. 5. & 9. cap. probat Ariſt. quædam prouerbia, vt inter duos amicos eſſe vnam animam in duobus corporibus, amicorum omnia eſſe cõmunia, &c. & S. Aug. lib. 4. confeſſ. c. 4. laudat illud dictum, *dimidium animæ meæ*, & ideo Acto. 4. dicitur: *Multitudinis credentium erat vnum cor, & anima vna*, & 1. Reg. ca. 18. *cõglutinata eſt anima Ionathæ anima Dauid.* Secũdo amor eſt vnio effectiue cauſans vnionem realiter, idque dupliciter: primo vnionem accidentariam, de qua multa Ariſt. 8. eth. c. 5. vbi ait, eſſe proprium amicorum conuiuere, congredi ſimul, conuerſari. quod idẽ habet lib. 9. ca. 10. & 11. Secundo vnionem quamdã realem ſubſtãtialem; ad quam inclinat amor, de qua loquitur Ariſtophanes approbatus à Platone in Synopſi, & ab Ariſt. 2. Polit. c. 2. & a S. Tho. p. 2. q. 28. art. 1. ad 2. vellent enim amici fieri vna ſubſtantia, ſed quia hoc non poſſunt aſſequi, patienter ferunt; vnde quando amici ſimul congrediuntur, arctiſſime ſe complectuntur. S. Aug. autem affert hanc rationem, quia cum amicus ſit tamquam alter Ego, non libenter fert amicus ſe eſſe extra ſe.

S.Thom.
Amor eſt unitiuus.
S. Auguſt.
Ariſt.
Ariſtot.
S. Auguſ.
Act. 4.
1. Reg. 18.
Ariſtot.
Ariſtoph.
Plato.
Ariſt.
S. Thom.
S. Auguſt.

Secundus effectus amoris, eſt mutua inhæſio, quæ quamuis videatur coincidere cum vnione, quæ eſt primus effectus, eſt tamẽ ab illa diſtincta: hæc autem inheſio dupliciter intelligi põt, primo quidem quantum ad vim apprehenſiuam; ſecundo quantum ad appretiatiuam; primo modo eſt mutua inheſio, quia amatum eſt in apprehẽſione amantis, iuxta illud ad Philip. 1. *Eo quod habeam vos in corde*. Dicitur autem amans eſſe in amato, hoc modo, quatenus non eſt contentus quacunque cognitione amantis, ſed nititur ſingula, quæ ad amatum pertinent diſquirere, iuxta illud 2. Cor. 2. *Scrutatur profunda Dei.* ſecundo autem modo eſt mutua inhæſio, & amatum eſt in amante per quandam complacentiam, vt amans delectetur in eo, vel in bonis eius, vel tendat in ipſum per amorem concupiſcentiæ vel amicitię, non ex aliqua extrinſeca cã: ſicut quãdo aliquis deſiderat aliquid propter alterum; vel cum aliquis vult bonum alicui propter aliquid aliud, ſed propter complacentiam amati interius radicatam, vnde amor dicitur intimus, & dicuntur viſcera charitatis: contra autẽ amans eſt in amato

Paul. ad Philip.
Paul. ad Cor.
Quot modis amans ſit in amato.

to

to per amorem concupiſcentiæ, & amicitiæ; amor enim concupiſcentiæ non quieſcit in quacumque acquiſitione amati, ſed quęrit amatum perfecte habere quaſi ad intima illius perueniens, & ita eſt in amato hoc modo: in amore vero amicitię amans eſt in amato, quatenus reputat bona vel mala amici, ſicut ſua, & voluntatẽ amici, ſicut ſuam, ita vt amans in amato videatur pati mala, & gaudere bonis, & ideo proprium eſt amicorum eadem velle, & nolle ſecũdum Ariſt. 9. Ethic. c. 2. & ſecundo Rhet. cap. 4. atque ita quatenus, quæ ſunt amici, æſtimat ſua, amans videtur eſſe in amato, quaſi idem factus amato, quatenus è conuerſo vult, & agit propter amicum, ſicut propter ſe ipſum, quaſi reputat amicum eſſe idem ſibi, amatum eſt in amante.

Ariſtotel.

De Ecſtaſi. Dionyſius.

Tertius effectus amoris eſt, Ecſtaſis, quæ explicatur ab eodẽ Dionyſ. 4. de diu. nom. vbi ait diuinũ amorem Ecſtaſim facere, & Deũ propter amorem fuiſſe paſſum Ecſtaſim, facit. n. amor, vt amicus egrediatur extra ſe, & magis ſit vbi amat, quã vbi aĩat, iuxta illud ad Gal. 2. *Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus*. Et ideo S. Ignatius in epiſtola ſua ad Rom. ait: *Amor meus crucifixus eſt*, i. ego præ amore exeo ex me, & pendeo in Cruce, vnde pendet ille, quem amo, hanc autem Ecſtaſim S. Thom. ſup. q. 28. art. 3. ponit eſſe duplicem, alteram virtutis apprehenſiuę, quatenus homo trahitur ad cognitionem rerum ſuperiorum, vel amati, & abſtrahit ab

Paul. ad Galat.

S. Ignat.

Ecſtaſis duplex.

S. Thom.

A alijs cogitationibus, quod facit amor diſpoſitiue, faciendo ſcilicet, vt amans diu, & multum cogitet de amato; alteram Ecſtaſim ponit eſſe virtutis appetitiuæ, quatenus appetitus amantis fertur totus in amatum, & in eo quieſcit, & hanc facit amor directe: & quidẽ ſi ſit amor amicitiæ facit hanc ecſtaſim ſimpliciter, quia vult amico bonũ ſimpliciter, & propter ſe; ſi

B vero ſit amor concupiſcentiæ, tantum ſecundnm quid; in amore. n. concupiſcentiæ fertur amans quodamodo extra ſeip. um, quatenus non contentus gaudere de bono, quod habet, quęrit frui bono extrinſeco, ſed quia illud etiam bonum quęrit propter ſe, ideo nõ dicitur ſimpliciter exire extra ſe, & ecſtaſim pati.

C Quartus amoris effectus eſt zelus, iuxta illud Dionyſ. 4. de diuin. nom. Deus appellatur zelotes propter amorem maximũ, quem habet ad exiſtentia, ex intenſione enim amoris prouenit zelus quomodocumque ſumatur, cũ enim omnis virtus, quo magis tendit in aliquid, eo magis reſiſtat contrarijs, & amor ſit veluti motus in amatum, vt habet S. Auguſ. lib. 83.

D qq. quæſ. 15. & 18. intenſus amor vult excludere omnia, quæ illi repugnant, diuerſo tamen modo id præſtant amor amicitiæ, & amor concupiſcentiæ: in amore. n. concupiſcentiæ, qui intenſe aliquid concupiſcit, mouetur contra omne id, quod repugnat conſequutioni, vel quietę fruitioni illius, quod amatur, qualis eſt zelotypia in quocumque genere, & hoc modo ſuper-

De zelo. Dionyſ.

S. Auguſt.

Digitized by Google

ſuperbi, qui quærunt excellētiam A mouentur contra eos, qui videntur excellentes, quaſi impediant eorum excellentiam, & iſte eſt zelus inuidiæ, de quo dicitur in Pſalmo 36. *Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem*; Amor autem amicitiæ quærit bonum amicitiæ, vnde quando eſt intenſus, facit hominem moueri contra illud, quod repugnat bono amici, & hoc modo dicitur aliquis zelare pro amico, quatenus ſi quando aliqua dicuntur, vel fiunt contra bonum amici, illud repellere ſtudet; & ſic dicitur aliquis zelare pro Deo, quatenus refellit ea omnia, quæ ſunt contra honorem, & dignitatem Dei, atque illius voluntatem ſcdum illud 3. Reg. 19. *zelatus ſum pro Domino exercituum*, & Ioan. 2. *zelus domus tuæ comedit me*, vbi Gloſſa ait, *bono zelo comeditur, qui qualibet praua, quæ viderit, corrigere ſatagit, ſi nequit, tolerat, & gemit*. Multa alia pertinentia ad Amorem habent S. Thom. Bartholomæus Medina, & Valentia locis citat. atque hæc dicta ſint breuiter quoad ea, quę pertinent ad hanc primam partem de Amore.

Pſal. 36. *3. Reg. 19.* *Ioan. 2.* *Gloſſ.* *S. Thom.*

SECVNDA PARS.

De odio, effectibus, & cauſis illius.

QVoniam certum eſt ex communi ſententia, odium eſſe paſſionem oppoſitam amori; legatur S. Thom. parte ſecunda, quæſt. 29. art. primo. & ibi Bartholomæus Medina, & Valentia. ideò hoc loco agemus conſulto de odio. Itaque ſit *S. Thom.* B

DVBITATIO I.

Quid ſit odium.

REſpondeo ad dubitationem, ſicut diximus de amore, amorem ſcilicet eſſe connaturalitatem quandam, & conuenientiam amantis ad amatũ, & ideo habere pro obiecto bonum, ita odium dicimus conſiſtere in diſſonantia quadam appetitus ad id, quod apprehenditur, vt repugnans, & nociuum, & conſequenter habere pro obiecto malum. *Odium.* C

D Probatur hæc cōcluſio ex iiſdē rationibus, quibus ſupra oſtendimus, amorē conſiſtere in illa conuenientia, & connaturalitate.

Secundo ēt probatur ex ijs, quę dicemus in refutandis alijs definitionibus, quę afferuntur ab alijs, de quibus legatur Scaliger exercit. 316.

Sequitur primo, non probari definitionem odij, quam affert Fraca-

Digitized by Google

Reÿcitur Fracaſtorius. Fracaſtorius de ſympathia ca. 18. cum dicit, odium eſſe deſiderium quoddã, quo mala optamus cauſæ, à qua triſtamur, quæ definitio nõ eſt bona, ſi quidem odium eſt ſine deſiderio, & antecedit omne deſiderium, prius enim odio habemus aliquid, & deinde deſideramus illi cauſare aliquid mali, quamuis ſemper hoc non contingat, ſapiens enim nulla triſtitia affectus odit ea, quæ obſunt virtutibus, *odi ingratum, neque commoueor, quia ne commoueri quidem poſſum ad eius perniciem exoptandam, odi mendacium, quid mendacio poſſum imprecari, quin odi impios, & litigioſos, quibus tantum abeſt, vt mala velim, vt eos eſſe diſcupiam iuſtos, denique boni viri eſt odiſſe mala, male velle cuipiam neque optimi, neque boni*; & ex his concludit Scaliger loco citato malam eſſe definitionẽ aſsignatam, vt videtur vere ita eſſe.

Reÿcitur Viues. Sequitur ſecundo, neque illam videri probandam, quam habet Viues, & refertur a Scaligero ibidem, ſcilicet, quod *odium eſt offenſio radicata, qua quis cupit, grauiter illum lædere in quem tendat offenſa exiſtimatio*, malam autem eſſe hanc definitionem patet, tum quia purus animus illico mendacem odit, nec tamen in eo eſt offenſio, nec deſiderium lędẽdi, &c. tum quia odium, nec eſt offenſio, ſed ex offenſione oritur, licet non ſemper; nõ enim me offendit iniquus iudex, eum tamẽ odi, vt meritus eſt; præterea quot contemnuntur nobiles, fortes, docti, pij viri, quib. maxima ſemper cura fuit A minime cuius quam mortalium irritare offenſionem.

Sequitur tertio, neque ſatis eſſe verum, etiam, quæ affertur ex ſententia Stoicorũ a Cicerone 4. Tuſcul. odium, ſcilicet, *eſſe inueteratam iram*, vt bene etiam adnotauit Scaliger ſup. tum quia multa odio proſequimur, quibus tamen non iraſcimur, tum quia odium B eſt paſſio, vel operatio voluntatis ab ira diſtincta, vt patet ex multis differentijs, quas affert Ariſtot. 2. Rhet. cap. 4. & nos infra nonnulla dicemus. *Reÿciuntur Stoici. Cicero.*

Sequitur quarto, neque admodum placere illam Cardani 12. de ſubtili. *odium eſt quid compoſitum, ex ſpe, & triſtitia*; tum quia, qui odit ingratos, inuidos, mendaces, beneficiorum diſſimulatores, C auaros, &c. qua in ſpe eſt ille? tum quia odium eſt ſimplex operatio voluntatis, non autem quid compoſitum ex duabus paſſionibus, vel operationibus illius. *Reÿcitur Cardanus.*

Sequitur vltimo, & ſi obſcure, vere tamen Scaligerum ſupra dixiſſe odium eſſe appetitum amouendi rem aliquam, eſt enim amori contrarium, amor autem eſt D appetitus vniendi, id eſt, vt S. Th. ait loco citato, eſt cõuenientia, vel aptitudo, &c. ad bonum; Vnde odium è contra erit diſſonãtia appetitus, ad id, quod apprehenditur, vt repugnans, & nociuum, vt dictum eſt in principio concluſionis, ex quibus manet explicata concluſio. *Bona definitio odij. S. Thom.*

Digitized by Google

DVBITATIO II.

Quæ ſit cauſa odij.

Reſpondeo ad dubitationẽ ex iiſdem ſupracit. Auctoribus, odium cauſari ex amore.

Odium cauſatur ex amore.

S. Aug. l.

Primo ex Aug. lib. 14. de ciuit. c. 5. & 9. vbi ait, omnes paſſiones cauſari ex amore, id eſt, amorẽ eſſe radicem omnium aliarum paſſionum.

S. Thom.

Secundo ex S. Tho. qui id optime probat p. 2. q. 29. ar. 2. quia inquit, amor conſiſtit in conuenientia amantis ad amatum; odium vero in quadam diſſonantia, & repugnantia, oportet autem in quolibet prius conſiderare, quid illi conueniat, deinde vero quid repugnet; eatenus enim aliquid repugnat alicui, quatenus eſt corruptiuum, vel impeditiuum eius, quod eſt conueniens, & ideo inquit S. Thomas, neceſſe eſt, amorem eſſe priorẽ odio, & nihil odio haberi, niſi quatenus contrariatur conuenienti, quod amatur, conſequenter, vt omne odium ab amore cauſetur, & quamuis amor, & odium circa idem ſint contraria, & incompoſſibilia, circa diuerſa tamen non ſunt contraria, ſed vnum poteſt eſſe cauſa alterius.

Si petas, quomodo poteſt odiũ eſſe diſſonantia, ad id, quod apprehenditur, vt repugnans, & nociuum, ſiquidem ille, qui odit inimicum, vult illi mala, vt mala; imò A odiſſe nihil aliud videtur eſſe, quã velle malum.

Reſpondet huic dubitationi perfecte Dominus Caieta. tum 2. p. 2. q. 29. a. 2. tum 2. 2. q. 34. art. 2. ſicut amor Dei diuiditur in amorem amicitiæ, & concupiſcentiæ, ita etiam odium eſt duplex, alterum quod opponitur amori concupiſcentiæ, & proprio nomine caret, poteſt tamen vocari odium B abominationis: alterum oppoſitum amori amicitiæ, quod vocatur odiũ inimicitiæ. & quia amare eſt velle bonum alicui, duo includit ex parte obiecti, bonum, ſcilicet, volitum, & id, cui bonum volumus; ita etiam in obiecto odij, duo includuntur, malum, ſcilicet, & perſonam cui volumus malũ; differunt tamen amor, & odium C in hoc, quod omnis amor ſiue amicitiæ, ſiue concupiſcentiæ ad vtrũque, quod in ſuo obiecto includitur, ſe habet per modum affirmationis, & conſonantiæ; odium vero abominationis, & inimicitiæ diſſimiliter ſe habent; odium enim inimicitiæ ad perſonam habet ſe per modum negationis, & diſſonantiæ, ad malum vero per modum affirmationis, & conſonãtiæ, D odium vero abominationis ſe habet è contra, ad perſonam ſcilicet per modum affirmationis, & conſonantiæ, ad malum autem per modum negationis, & diſſonãtiæ, vt, verbi gratia, quando quis odit flagella reſpectu illorum habet negationem, & diſſonantiam, reſpectu ſui habet affirmationem; quia ſe amat, & ſibi flagella odit, quando vero quis odit hominem

Odium duplex abominationis, inimicitiæ.

ali-

aliquem, reſpectu hominis illius habet negationem, & diſſonantiā, reſpectu vero malorum, quæ homini illi vult, habet conſonantiam, & affirmationē; hæc tamen differentia odiorum non tollit diſſonantiā ab obiecto odij: vtrobiq; enim id, quod habet rationē obiecti, & cauſæ odij negatur, & habet diſſonantiam; In odio enim inimicitiæ perſona habet rationē mali obiecti, quia illa odio habetur; non autem malum quod illi volumus, in odio vero abominationis obiectum non eſt perſona, ſed res mala, quam perſonæ non volumus: Quare vniuerſaliter odium dicit diſſonantiam ab obiecto malo, ſicut amor conſonantiā, quamuis deinde ex odio ſequatur volitio alicuius mali illi obiecto, quod habetur odio.

Nemo ſeipſum odit. Paul. ad Epheſ. Sequitur primo, hominem nullū poſſe directe, et ſimpliciter odio habere ſeipſum, iuxta illud Pauli ad Epheſ. 5. *Nemo carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fouet illam*, quia naturaliter vnumquodque appetit bonum; Malum autem eſt præter voluntatem, vt ait Dionyſ. 4. de diuin. nom. *Dionyſ.* Amare autem eſt velle bonum, vnde neceſſe eſt omne volens, & appetēs amare ſeipſum, quia in hoc eſt ratio boni, & nulla ratio mali, quāuis per accidens poſſit quis habere ſeipſum odio, idque dupliciter: *Qua ratione poſſit quis odiſſe ſeipſum.* primo ex parte boni, qđ ſibi aliquis vult, contingit enim ſæpè hominem velle ſibi aliquod bonum, quod ſimpliciter malum eſt, vt accidit in peccato, & tunc ratione mali, quod ſibi vult, odio habet ſe-

A ipſum, iuxta illud Pſal. 10. *Qui diligit iniquitatē odit animā ſuam* *Pſal. 10.* ſecundo poteſt quis habere ſeipſum odio per accidens, quatenus ſcilicet mēs immerſa corporeis rebus exiſtimat, ſe eſſe quid materiale, & corporeum, & amat tantum corporea, & ſenſibilia, odit autē ſpiritualia; conſequenter per accidēs odit ſeipſam, & hoc etiam modo, *qui diligit iniquitatem, odit* B *animam ſuam*; vnde patet etiam eos, qui ſeipſos interimūt ex odio ſui, non odiſſe ſeipſos, ſed maxime amare, illumque actum non eſſe actum fortitudinis, quia illi, qui ſe occidunt, apprehēdunt malum, tamquam bonum quoddam ſibi, & melius quā miſeria, in qua ſunt, & ille non eſt actus fortitudinis, quia cùm exiſtiment miſeriā, in qua ſunt, eſſe maius malū, C quam ſit mors, ſi eſſent fortes, deberent patienter tolerare miſeriam illam, & non eam fugare. *De ijs qui occidunt ſeipſos.* *Qui occidunt ſeipſos non ſunt fortes.*

Sequitur ſecundo, quibus maxime differat odium ab ira, teſte Ariſt. 2. Ethicor. & primo quidem in eo maxime differre videntur, quia odium eſt appetitus mali alterius ſimpliciter, id eſt, ſine vlla menſura; ille enim qui odit, appetit, vt id, quod odit, penitus de- D ſtruatur; ira vero non eſt huiuſmodi appetitus, ſed tantum appetit quantum ſufficit ad dignam vindictam. *Odium, & ira differūt. Ariſt.*

Secundo, quia ira eſt de malo illato ipſi iraſcenti, vel pertinentibus ad ipſum, nemo enim iraſcitur niſi ſciat, vel opinetur illum cui iraſcitur, aliqua in re ſibi nocuiſſe; odium vero poteſt eſſe de

malo

Digitized by Google

malo non ſolum ſpectante ad odientem, ſed etiam ad alios extraneos, nam ſtatim, ac ſcimus, aliquid eſſe malum, vt, verbi gratia, feram odio illam habemus, quamuis nec nobis, nec rebus ad nos ſpectantibus nocuerit.

Tertio ira eſt ſemper cõtra aliquod ſingulare, & indiuiduum, quod intulit iniuriam; odium autem poteſt eſſe cõtra aliquod vniuerſale, & genericũ, vt, verbi gratia, odio habemus vniuerſum genus latronum.

Quarto iratus principaliter intendit cauſare triſtitiam, & dolorem in eo, contra quem iraſcitur, quamuis illi non noceat in perſona, nec in re, vnde ſępe ſatiatur iratus, ſi verbis vindicauerit iniuriã, ſicut faciunt mulieres, pueri, &c. Ille autem, qui odit principaliter intendit offenſam, & malum illius, quem odit.

Quinto iratis non ſatis eſt vindicta, niſi ille, cui iraſcitur, ſciat ipſum ſe vindicaſſe; Odiens autem hoc non curat, ſed tantum vult inferre verum damnum, ſiue ille, cui infertur, ſciuerit ab ipſo proueniſſe, ſiue non; Imò magis eligit inferre damnum occulte, quam manifeſte.

Sexto quamdiu perſeuerat ira ſemper habet adiunctam triſtitiam quãdam, & inquietudinem, quia eſt contra indiuiduũ aliquod particulare, vnde iratus nũquam quieſcit, donec vẽdicauerit aliqua ex parte; odium vero non ſemper admiſcetur triſtitia, & inquietudine, quia poteſt eſſe nõ ſolum contra indiuiduum aliquod particulare, vt ira, ſed præterea etiam contra vniuerſum aliquod genus.

Septimo ira ſtat cũ miſericordia, non autem odium, iratus enim ſi viderit vindictam condignam factam, ſatiatur; & ſi ille, cui iratus fuerit, aliquid amplius patiatur, miſeretur illius, & quantum ex ſe eſt, prohibet, & ſi ille cui iraſcitur verbis ſatisfecerit, ſępe etiam conciliatur; odium vero eſt ſine miſericordia, & ideo odiẽs numquam ſatiatur, & quãcumq; vindictam viderit, putat non eſſe condignã, quia vellet illum, quẽ odit, omnino auferri ex rerum natura.

Octauo, & vlt. ira vult offendentẽ ęqualiter pati, & nihil amplius, odium vero non ſolum vult ęqualiter pati, ſed etiam omnino exterminari. Atque hæc dicta ſint de odio, atque de amore ſimul, in vniuerſali, ac ſummatim, quod conſulto fecimus, vt quæ deinde a nobis dicenda ſunt, tum de amore, & charitate, tum de odio, & deteſtatione peccati, quę reperiri in ipſa contritione ſuis locis oſtendetur, ea, inquam, ab omnibus facilius intelligerentur, ac perciperentur; præcipue vero, ne ex explicatione harum rerum, quæ fortaſſe alium peterent locum, ſi interijcerentur in ipſis quæſtionibus, de quibus ſuo ordine pertractãdum eſt, hæ redderentur, aut longiores, aut obſcuriores. Sed redeamus, vnde digreſſi ſumus.

QVAESTIO SECVNDA.

An contritio formaliter includat propoſitum cauendi peccati futuri.

VIſa, & oſtenſa natura, atque eſſentia contri- B tionis, veniendum eſt, vt videamus: An ad hanc eſſentiam pertineat huiuſmodi propoſitum de peccatis futuris; qua in re videntur variæ eſſe multorum, eorumque grauiſſimorum Doctorum ſententiæ; vt reuera difficile videatur, quid verius ſit, afferre; conabimur tamen, quid nobis videatur probabilius, oſtendere, Deo C fauente.

Antequam autem rem ipſam aggrediamur; Primo certa ab incertis ſeparanda erunt; vt ſic melius percipiatur id, quod in quæſtionem vertitur.

Primo igitur certũ eſt ex communi ſententia, quam habent D. Thom. 3. par. quæſtione 87. articulo primo, Durandus in 4. diſtin- D ctione 17 quæſtione ſecunda, Bonauent. diſtin. 16. quæſt. 1. Gabr. queſt. 1. articulo primo, Sotus diſt. 17. articulo ſecundo, queſtione ſecunda, Viguer. de pænit §. 4. verſiculo 10. Toletus ſupra libro tertio, capitulo quarto, numero ſecũdo, Rodriquez ſup. tomo primo, cap. 48 Iacobus de Graff. libro primo, ſup. capitulo quarto, num. 4. (S. Thom. / S. Bonauen.)

A & alij communiter, contritionem reſpicere peccata præterita; id quod patet, tum ex ſcripturis Pſ. 50. *Iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper,* Iſa. 38. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ,* Luc. 22. *Fleuit amare;* tum ex Patribus, D. Ambr. libro ſecundo de pæniten. capitulo 10. *dum dolemus admiſſa, admittenda excludimus,* & Serm. 7. de tempore, *pænitentiam certam non facit, niſi odium peccati, & amor Dei; quando ſic pænitet, vt ſibi amarum ſapiat, quod ante dulce fuit in vita;* huc ſpectat definitio illa Gregorij hom. 34. in Euang. a quo accepit Mag. ſent. in 4. diſt. 4. *Pænitentia eſt præterita mala plangere, & plangenda iterum non admittere,* & refertur de pænitent. diſt. 3. cap. Pænitentia; tum tandem ex Concil. Trident. ſeſſio. 14. cap. 4. vbi ait, *contritionem eſſe animi dolorem, & deteſtationem de peccato commiſſo.* Igitur certum eſt, contritionẽ reſpicere peccata præterita, vt etiam fuſius ſupra probauimus. (*Contritio reſpicit peccata præterita.* / Pſal. 50. / Iſa. 38. / Luc. 22. / D. Ambroſ. / Gregor. / Conc. Trid.)

Secundo certum etiam eſt, ex eodem D. Thom. 3. part. loco paulo ante citat. & quæſt. 85. per multos articulos 3. contra Gentes, capitulo 158. & in quarto diſtinctione 17. quæſtione 2. articulo primo, Halenſ. 4. p. quæſtione 12. & 16. & 3. par. quæſtione 69. mem. 9. articulo 2. Alber. Mag. in 4. diſtinctione 14. art. 11. Palud. d. 17. q. 1. Adriano quol. 5. art. 3. Nauarro cap. 1. numero 9. Coſin. Philiar. lib. 1. de ſac. pænit. cap. 18. & alijs, (S. Thom.)

quos

In Contritione includitur propoſitum, &c. quos infra citabimus, in contritione includi propoſitum iſtud emēdæ in poſterum, id quod colligitur ex varijs capitibus ex diſt. 3. de pænit. & Concil. Tridentin. vt infra patebit. *Conc. Trid.*

Incertum autem, & quod vertitur in quæſtionem eſt, vnum; aut alterum; An intrinſecè, & formaliter illud propoſitū pertineat ad rationem contritionis, & an huiuſmodi propoſitum, quoquo modo pertinere dicatur ad contritionem, debeat eſſe explicitum, an ſufficiat implicitum, & de his hac quæſtione agendum erit, quę vnico dubio propoſito, ſimul ſoluenda erunt.

DVBITATIO VNICA.

Quomodo propoſitum non peccandi de cætero pertineat ad contritionem, & an requiratur explicitum.

MAgiſter ſentent. in 4. d. 14. & 15. Illuſtriſſimus Caietanus tomo 1. opuſ. tract. 4. quęſt. 1. & in ſumma verbo Confeſſio conditione 12. Canus Relect. de pænit. p. 1. Sotus, & 4. diſtinctione 17. quæſtione ſecunda, articulo primo, & d. 15. quæſt. 1. artic. 2. & libro ſecundo de Nat. & Grat. capitulo 14. Illuſtriſſimus Tolet. lib. 3. capitulo quarto, numero 3. Illuſtriſſimus Belarmin. libro ſecundo

A de pænitent. cap. 6. & 7. Coſm. Philiar. libro ſecundo, de Sacramento pænit. cap. 18. Viualdus de contritione num. 19. aſſerunt hoc propoſitum in contritione eſſe debere explicitum, quod ita verum eſſe aſſerit Sotus, loco citato, vt aſſerat etiam, oppoſitum eſſe omnino perniciosum. Suarius dicit hanc ſententiam probabiliorem ſupra diſputatio. 4. ſect. num. 1. citantur

B etiam in hanc ſententiam S. Tho. & alij antiquiores Scholaſtici; ſed vere hi, aut non loquūtur de contritione ſecundum ſe, ſed quatenus eſt pars ſacramenti, quo modo requirit illud propoſitum explicitum, vt dicemus; aut ſolum affirmant ad contritionem requiri propoſitum, non exprimendo, an illud requiratur explicitum, an ſufficiat implicitum. Hanc au-

C tem ſententiam hi DD.

Probant primo ex ſcriptura, illud ſcilicet propoſitum requiri explicitum. Iſa. primo. *Lauamini; mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum, quæ ſcite agere peruerſe, diſcite bene facere.* Amos quinto. *Odite malum, & diligite bonum, & conſtituite in porta iudicium, ſi forte* *Iſa. 1.* *Amos. 5.*

D *miſereatur Dominus Deus exercituum.* Ezech. 18. *Si impius egerit pænitentiam ab omnibus peccatis ſuis, & cuſtodierit omnia præcepta, &c. vita viuet, & non morietur, omnium iniquitatum eius non recordabor.* Ad Epheſ. quarto. *Deponite vos veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris, renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, &* *Ezech. 18.* *Paul. ad Epheſ.*

Digitized by Google

indnite nonum hominem; ſed hæ. omnes ſcripturæ ponunt votum explicitum, cum odio, & deteſtatione peccati, ergo.

Secundo probant auctoritate Patrum, Tertulliani in libro de pænitent. Sanctus Auguſtin. Ambroſ. Gregor. & aliorum quos ſupra retulimus, qui definiunt pænitentiam eſſe, ita plangere peccata, vt plangenda iterum non committantur, & habetur de pænitent. diſtinctione tertia, capitulo Satisfactio, cap. Pænitentia, cap. Si Apoſtolus; ſed hæc definitio, vt patet, neceſſario dicit votum explicitum, ergo.

Tertull. *S. Auguſt.* *Ambroſ.* *Greg.*

Tertio probant auctoritate Conciliorum, Florentini in Decreto Vnionis, & Tridentin. ſeſſ. decimaquarta, capitulo quarto, quæ cum definiunt contritionem poſuerunt in ipſius definitione huiuſmodi propoſitum cauendi peccati futuri, ergo requiritur explicitum, & eſt argumentum in quo maximè videtur triumphare Illuſtriſſimus Belarminus loco vbi ſupra.

Conc. Flor. *Trid.*

Quarto probatur ratione, quā habet Illuſtriſſimus Belarminus, vbi ſupra, ſi deteſtatio peccati ſine expreſſo huiuſmodi voto iuſtificat, quia illud includat quaſi implicite, ergo eadem ratione propoſitum cauendi peccati futuri poterit iuſtificare ſine expreſſa deteſtatione peccati præteriti, quia videtur eadem vtriuſque ratio, conſequens autem eſt abſurdum, ergo, & antecedens.

Sanctus Bonauentur. in quarta

S. Bonau.

A diſtinctione 14. articulo ſecundo, quæſt. 3. & diſt. 16. prima par. q. 1. Maior in 4. diſtin. 14. Almaynus ibidem quæſt. 1. Adrianus PP. 6. quol. 5. art. tertio. Ioan. Medin. C. de pænitent. quæſt. 3. Petrus Sotus lectio. 17. de pænit. Vega in Concil. Tridentin. lib. 13. cap. 21. Nauarrus capitulo primo, numero 6. Ioan. Bottarellus de effic. contritionis tractat. 1. capitulo 108. &

B 111. Rodriquez capitulo 48. de contritio. numero quarto, aſſerunt hi ſatis eſſe ad veram contritionem, huiuſmodi propoſitum implicitum, hanc ſententiam tenet probabilem Suarius ſup. diſputat. 4. ſectio. 3. numero 4. & videtur illam etiam ex parte defendere Didacus Nugnus ad 3. par. q. 1. art. 1. dub. 4. & 5. de cuius tamen ſenten-

C tia infra.

Reſpōdetur ad dubitationem, non repugnare ex natura rei, eſſe eſſentiam contritionis, id eſt odium, & deteſtationem peccati præteriti ſine expreſſo voto cauendi peccati futuri.

Probatur primo, ex ſcriptura Pſal. 31. *Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei*. Et ſecundo Reg. 12. cum dixiſſet Dauid *peccaui Domino*, ſtatim illi fuit reſponſum, *Dominus quoque tranſtulit peccatū tuum*, ex quibus locis clare patet, haberi contritionem perfectam ſine hoc propoſito explicito.

Pſal. 31.

D

2. Reg. 12.

Secundo probatur, auctoritate SS. Patrum, qui iuſtificationem tribuunt ſoli actui deteſtandi peccatum præteritum ſine

vllo

Digitized by Google

S. Chryſoſt. vllo alio. Chryſoſtomus homil. 9. de pænitent. *Dic*, inquit, *peccaui*, *& ſoluiſti peccatum*, D. Auguſt. S. Auguſt. libro 50. homil. hom. 41. *Magna*, inquit, *virtus*, *&c*. & iam homil. 27. ibidem dixerat, *Nemo eligit vitam nouam*, *niſi quem veteris* D. Ambroſ. *pænitet*: Diu. Ambroſ. libro ſecundo, de pæniten. capitulo 10. *dum*, inquit, *dolemus admiſſa*, *admittenda excludimus*, *& ſit quadam de condemnatione culpæ di-* S. Hierony. *ſciplina innocentiæ*. S. Hieronym. in comment. ad capitulũ 31. Hierem. explicans illud, *poſtquam cognoui*, *percuſſi femur meum*; *Dolentis*, *& plangentis*, inquit, *& ſuper errore priſtino plorantis iudicium eſt*, *vt femur manu percutiat*.

Tertio probatur ratione, ſicut poteſt reperiri vera dilectio Dei ſine memoria peccati, loquendo de dilectione, & amore Dei obedientiali, ſecundum quem homo totum ſe confert Deo, atque ipſius voluntati ſubdit, ita neque repugnat dari veram deteſtationem peccati præteriti ſine vlla recordatione peccati futuri, ergo non erit neceſſarium illud propoſitum expreſſum: antecedens ex ſe patet, & infra probabitur. ratio ſimilitudinis etiã ex ſe veriſſima patet, quia nulla poteſt aſſignari ratio diuerſitatis, vt ex dicendis patebit.

Secundo probatur ratione, ſi requiritur huiuſmodi propoſitum expreſſum, vel requiritur ex natura actus contritionis, vel ex inſtitutione diuina, vel ratione efficaciæ; non primum, tum quia,

A vt dicemus, illi duo actus ſunt ſeparabiles, & vnus prior alio, tum quia ſola diſplicentia peccati, vt ſic, ſanctificat hominem, quæ ſcilicet excludat omnino peccata, non ſolum commiſſa, ſed etiam committenda; neque ſecundum, quia id ſine vllo fundamento aſſereretur, vt etiam tradit Soarius ſupra diſputat. quarta, ſectio. tertia, numero ſecundo; Neque tertium, B quia omnis efficacia remittendi peccatum eſt, quod ametur Deus ſuper omnia, vt docent communiter Scholaſtici. legantur Medina, C. de pænitent. tract. primo, quæſtione tertia, Rodriquez capitulo 48. de cõtrit. numero quinto, & in particulari doceat Concil. Cõci. Trid. Trident. ſeſſ. 6. capitulo ſexto, quo loco ait, id eſſe ſufficientem diſpoſitionem ad gratiam, & deſum- C ptum eſt ex Diu. Auguſt. libro de S. Auguſt. ver. & fal. pænitent. capitulo nono, & decimoſeptimo, vbi, *ſine amore*, inquit, *nemo vnquam gratiam inuenit*, *nec veniam aſſequutus eſt*; porro hanc Dei dilectionem ſufficientiſſime includi in deteſtatione peccati propter Deum ſumme dilectum, iam diximus in ſuperiori diſputatione. D legantur Suarius diſputat. quarta, ſectio. 2. numero 7. Didacus Nugnus ſup. dub. 6. & 7. in qua item eadem deteſtatione includitur odium cuiuſcumque offenſæ in Deum factæ, & etiam committendæ ex Medina, C. de pænit. tract. 1. q. 3. ergo nullo modo videtur huiuſmodi propoſitum explicitum pertinere ad contritionem:

Tettio prob. nũc in lege gratiæ

Digitized by Google

ad iuſtificationem, ita eſt neceſſarium propoſitum bene viuendi, ſicut eſt propoſitum confitendi, ſed propoſitum confitendi nō eſt neceſſarium formale, & explicitum, vt patet ex Concil. Tridenti. ſeſſ. 14 ergo neq; propoſitum bene viuendi requiritur formale & explicitum: maior patet, quia nulla aſſignari poteſt diſparitas. legatur. Nauarrus cap. 1. de contritione nu. 12.

Conc. Trid.

Vltimo probatur, iſti duo actus, deteſtatio ſcilicet peccati, & propoſitum cauendi de futuro, eſſent ialiter diſtinguuntur, vt etiam concedit Sotus in 4. d. 15. p. 1. art. 2. ergo vnum poteſt ſeparari ab alio: probatur antecedēs, quia vnus actus eſt eſſentialiter odium, alter vero, vel eſt formaliter amor, vel ſi eſt odium, eſt odium diſtincti obiecti; nam pęnitentia reſpicit peccatum, vt commiſſum, iſtud autem propoſitum reſpicit, vt futurum, ergo vnus poterit ab alio ſeparari, ſed in illo priori eſt tota eſſentia contritionis, ergo vt ſic erit contritio ſine expreſſo huiuſmodi propoſito.

Sequitur primo, ſi quis poſt aliquod peccatum commiſſum formaliter ex charitate illud deteſtaretur, & tāto ardore charitatis raperetur, vt totum ſeipſum Deo deuoueret, & penitus ſe in illius obſequium traderet, nihil cogitans de peccato futuro euitando, fore, vt ille ſine dubio iuſtificaretur, vt inter alios affirmant Medina, C. de pænitent. tractat. primo, quæſt 12. Rodriquez de contrit. cap. 48. numero quinto, neque negauit Illuſtriſſimus Belarminus libro 2. de pæniten. cap. 9. Suarius diſput. 4. ſectio. 3. nu. 4. & diſputa. 9. ſect. 1. num. 7. & 8. & facile probari poteſt, quia iſte habet perfectiſſimum actum dilectionis, & contritionis, ergo iuſtificabitur, etiamſi nihil actu cogitet de peccato futuro. Antecedens probatur ex communi conſenſu, tum Patrum, tum Conciliorum, quæ ad iuſtificationem, non tam requirunt propoſitum cauendi peccatum, quam bene viuendi; ſed qui habet actum charitatis habet huiuſmodi propoſitum bene viuendi, ergo: aſſumptum patet ex dictis, & fuſius patebit infra; præterea probatur idem antecedens, quia ex communi ſententia ſufficiens diſpoſitio ad gratiam eſt actus dilectionis, & contritionis, ergo.

Sequitur ſecundo, nimis rigidè loqui Canum ſupra, & Belarminum libro ſecundo, de pænitent. capitulo ſeptimo, dum negant caſum illum, vt poſſit contingere, quempiam poſſe iuſtificari, etiam ſubita morte; quin animo proponat ſe Deum non amplius offenſurum, ſi ſuperuiueret; nam ſi de implicito propoſito, quod ipſi negant, loquerentur, iam nulla eſſet lis; At quia loquuntur de expreſſo, ideo non placet ipſorum ſententia, nam pręterquam, quod huiuſmodi conditiones circa futura, non ſunt neceſſariæ, vt tradunt Sotus in quarto diſtinctione 15. quæſtione prima, articulo ſecundo, Suarius ſupra numero quarto, contrarium experimur in nobis, vt

Seuerius loquuntur Canus. & Belarminus.

vt in ſubitaneis periculis vix feramur in peccata præterita, ne dum in futura, ſed ſolo quodam amore in Deum feramur, veniam petendo de offenſis in ipſum factis, vt ſic: hunc autem iuſtificari nemo eſt, qui neget; legantur S. Bonauentura in 4. diſtinctione 14. vbi ſupra, Suarius ſup. numero quarto. Viualdus de contrit. num. 19. Bottarellus tract. primo, de contri. cap. 11. Rodriquez capitulo 48. de contritio. num. 4. vt alios omittamus.

S. Bonauen.

Non probatur Vega.

Sequitur tertio, non ſatis probari modum loquendi Vegę loco citato, qui aſſerit bene ſperandum eſſe de eo, qui ſine formali propoſito cauendi peccatum futurum, deteſtatur peccatum, nam ſi loquatur de formali ꝓpoſito in eo, qui non recordatur peccati futuri, nō eſt, cur recurrat ad diuinam miſericordiam, perinde quaſi faciat aliquid contra legem, nam id omnes concedunt: quod ſi loquatur de eo, qui actu cogitat de peccato futuro, dicimus cōtra ipſum, non eſſe bene ſperandum de eo, qui non elicit illud propoſitum formale, ſicut non eſt dicendum iuſtificari illum, qui dum habet actum dilectionis Dei, & recordetur alicuius peccati, actu illud non deteſtatur, vt magis patebit ex dicendis.

Non placet Medina.

Sequitur quarto, neque probari ſententiam Medin. C. de pænit. tom. 1. quæſtio. 5. qui exiſtimauit, ſi cui occurrat peccatum futurum memoriæ, poſſe iuſtificari, etiamſi ſuſpendat actum; nam in illo caſu, cum peccata occurrunt, certum A eſt requiri explicitū propoſitum non peccandi de cætero, nam veriſsimam cenſemus ſententiam Illuſtriſſimi Caietani, charitatem, quæ iuſtificat, debere eſſe huiuſmodi, vt ſi occurrant peccata memoriæ, actu debeant deteſtari, de quo tamen fuſius infra.

Sequitur quinto, ex Medina, C. de pænitent. tract. primo, quæſtione 3. Viguerio de Sacramento B pæni. verſiculo 10. Tabiena verbo contritio num. 5. Iacobo de Graff. libro 1. capitulo quarto, & deducitur ex cap. Pęnitentia diſt. 3. ad eſſentiam contritionis magis pertinere ceſſationem à peccato, quam propoſitum cauēdi futurum, ceſſatio enim à peccato, quidquid dicat Vega vbi ſupra, eſt abiectio voluntatis peccandi de præſenti; C hanc autem ceſſationē à peccato neceſſario requiri ad contritionem, vel ex ipſa contritionis natura conſtat; contritio enim nihil eſt aliud, quam deteſtatio, & odium peccati, vt patet ex dictis, nemo autem poteſt odiſſe peccatum, quod de præſenti amet, id quod colligitur ex ſcripturis, Gen. 4. *Peccaui*, inquit textus, vbi ſeptuaginta interpretes vertunt, D quieſce, vel ceſſa, quod ſane reſpicit præteritum, Iſa. 55. *derelinquat impius viam ſuam, &c.* Ad Roman. 6. *abijciamus opera tenebrarum*. 1. Corinth. 16. *expurgate vetus fermentum, &c.* ad Epheſ. 4. *deponentes veterem hominem, &c.* & docent communiter Patres, qui hac ratione vocant pænitentiam ceſſationem à peccato, ita Sanctus Ambroſ. in Epiſtolam ſe-

Magis pertinet ad contritionē ceſſatio a peccatis quam propoſitum, &c.

Geneſ. 4.

Iſa. 55.

Paul. ad Ro.

Paul. ad Corinth.

Ad Epheſ.

S. Ambroſ.

Digitized by Google

S. Greg. ſecundam ad Cor. cap.2. Gregor. lib. quinto, in primum Reg. cap. ſecundo, & homil. 34. in Euangel. *Clem. Alex.* & Clemens Alexand. 4. Strom. paulo vltra medium. legatur Belarminus lib. ſecundo, de pæniten. cap.4.

Non placet Vega. Neque placet, quod ait Vega ibidem, hanc ceſſationem à peccato idem eſſe cũ propoſito cauendi peccati futuri, nam contrarium *Conc. Trid.* videtur voluiſſe Concil. Tridenti. ſeſſ.14. cap.4. vbi definiens pænitentiam, ait illam non ſolum continere ceſſationem a peccato, & nouæ vitæ propoſitum, & inchoationem, ſed veteris etiam odium cõtinere, ergo illa duo ſunt diſtincta: præterea iam cõſtat aliud eſſe ceſſare a peccato, aliud proponere in poſterum non peccaturum, vt aliquando vnum ſit ſine alio, ergo non ſunt vnum, & idem.

Sequitur ſexto, quomodo intelligatur, cum dicimus huiuſmodi propoſitum implicite includi in contritione, intelligitur enim, vt ſicut actus dilectionis aliquãdo iuſtificat, etſi nulla ſit memoria peccati; ſolum quia eſt huiuſmodi, vt ſi occurrerent peccata memoriæ, eadem deteſtaretur; ſic in caſu noſtro deteſtatio peccati præteriti, quam formaliter diximus eſſe cõtritionem, debet eſſe huiuſmodi, vt ſi occurreret memoriæ peccatũ futurũ, illud deteſtaretur, & proponeret cauere; nam qui vere dolet de offenſa commiſſa in Deum; virtualiter non ſolum odit offenſam commiſſam, ſed etiam omnem committendam, & hoc modo intelligimus, propoſitum implicite includi in ipſa contritione; ſic intelligunt, vt alios omittamus, Ioan. Med. C. de pænit. tract. 1. q. tertia. Iacobus de Graff. lib. 1. ſupra cap. 5. nu. decimo. Rodriquez ſup. cap. 48. de contrit. num. 4. & alij communiter.

Sequitur ſeptimo, hoc propoſitum, aut formale, & explicitum, aut virtuale, & implicitũ non conſiſtere in eo, vt pænitens debeat, aut exiſtimare, aut credere certo ſe non amplius peccaturum; id enim cum præ ſe ferat quamdam ſuperbiæ ſpeciem, omnino fugiendum, neque vnquam conſulendum alicui, vt recte admonent Innocen. in cap. Omnis, &c. de pæni. & remiſſ. Sotus in 4. d. 17. q. 2. a. 2. S. Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 17. §. 2. Nauarrus cap. 1. num. 9. Iacobus de Graff. lib. 1. cap. 4. num. 5. Coſm. Philia. lib. 2. de Sacramento pæn. c. 18. Molin. ſup. q. 14. a. 13. diſp. 14. mem. 4. Suarez ſup. diſp. 4. ſect. 3. numero 5. & Didacus Nugnus vbi ſup. dub. 5. ſed in eo, vt proponat pęnitens, Deo fauente, non ſe amplius peccaturum: huius autem rei ratio eſt, quia cum illud pendet ex re futura, non eſt neceſſarium, neque in poteſtate hominis; hoc autem ſecundum, cum ſit de re pręſenti, poteſt homo neceſſario velle. *In quo conſiſtat hoc propoſitum.* *S. Antonin.*

Sequitur octauo, neque probari congruentias illas, quas affert Suarius diſputat. 4. ſectio. 3. num. ſecundo; formale propoſitum per ſe loquendo neceſſarium eſſe ad gratiam, & peccati remiſſionem, aſſerit enim primo, vnum ex pręcipuis finibus pænitentiæ, eſſe *Non placet Suarez.*

emen-

Digitized by Google

amendationem præteritæ vitæ, quod quia non poteſt intelligi ſine huiuſmodi propoſito formali explicito; ideo ait requiri illud explicitum, & formale ad pænitentiam, quo genere arguendi vſus eſt Didacus Nugnus, vt eamdem concluſionem probaret ſup. dub. 5. conclu. prima, ſed hoc vtriuſque dictũ non videtur ſatis concludere contra nos; tantum enim videtur probari, requiri quidem propoſitum, ſed illud non neceſſario debere eſſe formale, & explicitũ, ſed ſufficere virtuale, & implicitum; ſufficit enim in eo caſu, vt ſolum expreſſe, & explicite habeat actũ deteſtãdi vitam præteritam, cum implicito propoſito de futuro, iuxta ea, quæ iam diximus.

Neque placet Nugnus

A

Aſſerit ſcđo Suarius, ad idẽ probandum, quod videtur habuiſſe ex Cano, parte prima, de pœniten. eſſe valde rationi conſentaneum ad recompenſandam iniuriam, vt is, qui illam intulit, proponat ſe in poſterum formaliter ab illa abſtinere, idque promittat; ſed neque id probatur, quia dicimus, ſimpliciter loquendo ad compenſandam iniuriam videri, id ſatis eſſe, ſi pro iniuria illata is, qui offendit, ſatiſdet; id enim ratio iuſtitiæ poſtulat, vt quantum ſit ablatum; tantumdem, quantum fieri poſſit, reſtituatur; cum quo tamen ſtat, vt ille, qui intulit iniuriam implicite ſolum intelligatur, non amplius ſe illi iniuriam illaturum, quod docuit Sotus in 4. diſtinctione 15. quæſt. 1. art. 2.

Aſſerit tertio Suarius, vt idem probet, quod etiam habet Nugnus loco item iam iam citato ad idem, vix poſſe intelligi, aliquem poſſe Deum amare ſine huiuſmodi formali, & explicito propoſito ſeruandi diuina præcepta, & adimplendi illius voluntatem: Nam reſpondemus, ipſos aſſumpſiſſe tamquam conceſſum, quod fuiſſet probandum, illud propoſitum tunc requiri formale, & explicitum; dicimus enim ſufficere implicitum, & virtuale.

B

Sequitur nono, neque probari, quod aſſerunt S. Thom. 3. parte quæſtione 85. articulo 3. & q. 86. articulo 2. & quæſt. 87. art. 1. ad 1. quæſt. 90. art. 4. 3. contra Gent. capitulo 158. & 4. contra Gent. capitulo 72. Adrianus quolibeto, 5. articulo 3. Canus prima par. relect. de pænit. concluſ. 2. Sotus in 4. diſtinctione 17. q. 2. art. 1. Caieta. ad 3. p. q. 1. art. 1. S. Bonauent. in 4. d. 14. prima par. quæſt. 1. Paludan. d. 17. quæſt. 1. num. 16. Iacob. de Graff. vbi ſupra, contritionem conſtitui in ſuo eſſe per huiuſmodi propoſitum, ſi tamen id intelligãt de eſſe eſſentiali, vt docet Nugnus ſup. dub. 4. concl. 1. nam certum eſt hoc eſſentiale contritionis cõſiſtere in odio, & deteſtatione, vt patet ex dictis: quod ſi loquãtur de eſſe integrali, quod fortaſſe voluerunt multi ex Scholaſt. citatis & D. Th. tunc nihil contra nos dicunt.

S. Thom.

C

D

Sequitur vltimo, multa mihi diſplicere, quæ circa præſentem difficultatẽ ingerit Didacus Nugnus, tum dub. 4. tum dub. 5. vbi ſupra: Primo .n. diſplicet, ex quo dubi. 4. concl. ſecũda, ponat huiuſmodi pro-

Non probãtur, quæ poſuit Nugnus

Digitized by Google

propoſitum explicitum eſſe propriam paſſionem contritionis; diſplicet autem, quia ſi huiuſmodi propoſitum explicitum eſſet paſſio contritionis; ſequeretur, quod nunquam poſſet cõtingere, quod aliquis aliquando iuſtificaretur, ſine tali propoſito, quod tamen ipſe Nugnus negat dubit. 5. concluſ. ſecunda, quo loco concedit poſſe aliquem iuſtificari ſine propoſito explicito: ſequela probatur, quia paſſio, etſi concipi poſſit ſine eo, cuius eſt paſſio, non tamen poteſt dari exiſtens in rerum natura ſine eo, cuius eſt paſſio, & contra; hoc enim eſt de intrinſeca ratione paſſionis, vt patet bene philoſophanti, ergo cum huiuſmodi propoſitum explicitum ſit propria paſſio contritionis; reuera, vt nunquam dabitur tale propoſitum ſine contritione, ſic neque hæc ſine illo; ſunt enim paſſio, & ſubiectum conuertibilia, ergo aut fatendum erit huiuſmodi explicitũ propoſitum non eſſe propriam paſſionem; aut concedendum, quod numquam dabitur contritio, ſine tali propoſito, ex quibus quodcumque concedatur, eſt contra Nugnum: neque dicat Nugnus huiuſmodi propoſitum eſſe ex ijs paſſionibus, quæ non ſemper ponuntur poſito ſubiecto, ſed ſolum certis quibuſdam poſitis; nam dicimus hoc ſatis voluntarie dici ab ipſo, & eſſe contra naturam paſſionis. Melius igitur dixiſſet Nugnus, ſi poſuiſſet quidem propoſitum huiuſmodi, paſſionem contritionis, non explicitum, ſed vt ſic; hoc enim

A eſt, quod conſequitur ipſam contritionem, neque vnquam ab ipſa ſeparatur, vt ſi deinde peccata memoriæ occurrant, fiat explicitum; ſin minus, ſufficiat implicitum, & communiter dicitur contineri in ipſa contritione, quod neque negat Nugnus concluſ. ſecunda, dubio quinto. Secundo diſplicet: quia cum Nugnus dub. 5. exiſtimauerit, ſe concordaſſe ſententias valde oppoſitas circa

B præſentem difficultatem, & nos ſupra attulimus; non ſolum non concordarit, verum, & ipſe concluſiones valde diſcordantes poſuerit, vt manifeſtam contradictionem inuoluant: ſic enim ipſe habet in priori concluſione dubij quinti. *Explicitum, & formale propoſitum amplius non peccandi eſt per ſe loquendo neceſſarium ad remiſſionem peccati, &*

C *ad veram contritionem*; in altera verò concluſione eiuſd. dubij, ſic etiam habet, *Nihilominus contingere poteſt, quod aliquis, aliquando iuſtificetur, ſine tali propoſito explicito, & formali per ſolum propoſitum implicitum, & virtuale, quod continetur in ipſa deteſtatione, & vero dolore de peccato*: Has autem propoſitiones, explicitum, & formale propoſitum amplius non peccandi eſſe per ſe neceſſa-

D rium ad remiſſionem peccati, & ad veram contritionẽ, & aliquando huiuſmodi propoſitũ non eſſe per ſe neceſſariũ ad remiſſionem peccati, & ad verã cordis dolorem, & contritionem; eſſe, inquam, has propoſitiones cõtradictorias, quis non viderit, cum vna ſit vniuerſa-

lis

lis affirmatiua, altera particularis negatiua ? & etſi Nugnus expreſſe non aſſerat alteram contradictionis partem explicite, implicite tamen illam infert, nam idem, & vnum videatur inferre hæ duæ propoſitiones: nihilominus contingere poteſt, quod aliquis aliquando iuſtificetur ſine tali propoſito explicito & formali, & aliquando huiuſmodi formale & explicitum propoſitum non eſſe per ſe neceſſarium ad iuſtificationem, ergo cum Nugnus habeat in ſua illa concluſione priorē propoſitionem, conſequenter habet etiam implicite alteram æquipollentem, & conſequenter contradictoriam prioris concluſionis à ſe ibidem poſitę: Præterea patet alteram illarum concluſionum eſſe neceſſario falſam; nam ſi contingere poſſit, vt aliquis aliquando poſſit iuſtificari ſine tali propoſito explicito, quod Nugnus habet in altera propoſitione dubij quinti citati, ergo verum eſt dicere, huiuſmodi propoſitum explicitum non eſſe ſimpliciter neceſſarium ad iuſtificationem nam ſi verum eſſet dicere, aliquem hominem non eſſe riſibilem, non eſſet verū dicere omnem hominem eſſe riſibilem; ſic in re noſtra: Tertio diſplicet, quia vt probet priorem illam concluſionem dub. 5. quā nos paulo ante retulimus, ſic habet: *Qui pænitet per ſe loquendo, tenetur Deum amare, ſed ex hoc ſequitur, quod amplius non velit illum offendere, atque adeo, quod non velit peccare*, ergo. probat minorē, *quia*, inquit, *verus amor includit* A *propoſitum in omnibus placendi Deo*: Diſplicet autem hæc ratio, tum quia, vt ſupra intulimus contra Suarium, tantum inde deduci videtur propoſitum quoddā virtuale, & implicitum, quod ſemper intelligitur includi in charitate, & contritione; non autem neceſſario infertur explicitum & formale, vt de ſe patet; tum quia ibi ſupponit quod deinde probat, B actum charitatis, & actum contritionis neceſſario eſſe coniunctos; nam non poſſumus dicere neceſſario illos actus eſſe coniunctos ex beneplacito diuino, quia id non poteſt probari, neque ex natura rei, ſi enim ex natura rei coniungerentur; tunc vel dicendum eſt, aut contritionem præcedere, & charitatem ſubſequi, vel contra, C aut certe concomitanter vniri; non neceſſario præcedit charitas, quia fieri pōt, vt quis habeat perfectum actum dilectionis & charitatis, & nihil cogitet de peccato, vt docet S. Thom. 1. 2. quæſt. 113. art. 8. & ſup. quæſt. 85. artic. 5. nec neceſſario præcedit contritio, quia non apparet, vnde cogatur quis cogitare de peccato, vt amet Deū, nec concomitanter ſe habēt, quia D obiecta horum actuum diſtincta ſunt, vt iam probatū eſt in ſuperiori diſputatione, & motiua illorum diuerſa ſunt, ergo nullam habent neceſſariam connexionē, aut ex parte obiecti, aut ex parte actus, ſed ſolum ſi quæ ponenda eſt cōnexio, vt ponenda eſt, erit inter illos actus connexio quædam naturalis cuiuſdam conſequentiæ, quando ſcilicet eſt conſcientia, & S. Thom.

me-

Digitized by Google

memoria peccati: igitur cum nulla ſit memoria peccati futuri, poterit eſſe perfectiſſimus amor in Deum; in quo ſolum virtute erit tam contritio, quam huiuſmodi propoſitum de futuro.

Sed iam veniamus ad ſolutionem argumentorum contrariæ ſententiæ.

Ad primum igitur ex Iſaia reſpondetur, illum non agere eo loco de pænitentia proprie ſumpta, nam vt patet ex contextu, & conſentiunt Patres in eum locum; legatur D. Hieronymus ibidē, Propheta nihil aliud ibi intendebat, niſi docere, quæ ſit iuſtitia, & obſeruantia veræ legis, id quod docuit contra ſuperſtitionem Iudęorum, qui ponebant cultum Dei in quibuſdam cęremonijs externis. D.Hier.

Et eodem modo ex D. Hieronymo reſpondemus ad locum Amos, & ad locū Pauli; quare ex his nihil contra noſtram concluſionem. D. Hieron.

Aliqua difficultas videtur eſſe in reſponſione ad verba Ezechielis citat. nā Propheta ibi videtur meminiſſe pænitentiæ; Reſpondetur tamen ex eodem Hieronymo in eum locum, neque ibi ſermonem eſſe de pænitentia proprie dicta; ſed aut de conuerſione ab infidelitate ad fidem, vt propterea addiderit ibi Propheta: *Si feceritis vobis cor nouum.* aut cum alijs poſſumus dicere, loqui quidē Prophetam ibi de pęnitentia, ſed dicimus pænitentiam eo loci intelligi, non ſolum quoad eſſentialia, ſed quoad etiam omnes illius proprietates, ita vt ſimilitudo in D.Hieron.

A eo ſit, vt quemadmodū iuſtus debet conari quantum poſſit, vt perſeueret in ſua iuſtitia, ita cum quis reſipiſcit a peccato, debet efficere, vt duret vſque ad finem in iuſtitia accepta, quod reuera neque noſtræ officit concluſioni.

Ad ſecundum reſpondetur primo, ſanctos Patres citatos eſſe loquutos de pænitentia, quæ durat per totam vitam, vt tandem ſuum B ſortiri poſſit effectum ad beatitudinem: nam etſi quis aliquando iuſtificetur, ſi deinde incidat in peccatum, nihil prodeſt illi ad vitam æternam, fuiſſe ſcilicet aliquā dō iuſtificatum, ſi deinde finaliter moriatur in peccato, vt docuerunt etiam Ioan Medina, C. de pęnit. quæſt. 3. Suarius diſput. 4. ſectio. 3. numero 2. quare SS. Patres id ſolum voluerunt; non prodeſſe ali- C cui pęnitentiam ad vitam æternam, niſi ita doleat de commiſſis, vt etiam caueat à committendis, iuxta illud cap. Inanis, de pęn. diſ. 3. vbi dicitur: Inanis eſt pænitentia, quam ſequens culpa coinquinat, quod idem repetitur, cap. Pænitentiam agere, cap. Irriſor, capit. Qui admiſſa, & denique, ca. Lauamini ead. d. Secundo poſſumus ēt D reſpondere, SS. Patres loqui de vera pænitentia, ad quam ſine dubio requiritur excluſio voluntatis ab omni peccato etiam committendo, ſi hoc adſit voluntati. Itaque, vt docte tradit Ioan Medina, loco citato tractat. 1. quæſt. 3. SS. Patres potius intendunt aſſerere inanem eſſe illam pænitentiam, niſi excludat omnem volūtatem peccandi, quam vt doceant requiri

Digitized by Google

ti explicitum propoſitũ ad illam.

Quomodo propoſitum pertineat ad cõtritionem & ponatur in ipſius definitione.

Ad tertium ex Cõcilijs reſpondetur, Primo, ex ipſa definitione cõciliorum colligi, quomodo propoſitum pertineat ad contritionẽ; dicunt enim cõtritionem eſſe deteſtationem in recto, cum propoſito cauendi, &c. in obliquo; quare non eodẽ modo pertinet ad contritionem propoſitum huiuſmodi, ſicut pertinet deteſtatio, quia hæc formaliter requiritur; eſt enim, ſicut iam diximus, ipſa eſſentia contritionis; non ſic autem illud propoſitum, vt propterea poſſit hoc propoſitum ſufficere virtuale.

Neque dicas cum Soto, & Belarmino vbi ſupra, qui in hoc negotio ſatis anxij videntur, fruſtra fuiſſe additam illam particulam a Concilijs in aſſignata definitione contritionis, cum propoſito, &c. niſi deberet intelligi de propoſito formali & explicito, quia inquiũt, implicitum, & virtuale propoſitum numquam eſt ſine contritione, quare Concilia aliquid aliud voluerunt intelligere, ſcilicet propoſitum explicitum, ne illud verbum appoſitum ſit inane, & fruſtra, quod reuera eſſet abſurdum admittere in definitione ſic eſſentiali.

Nam reſpondetur Concilia po ſuiſſe in illa definitione, illud propoſitum, quia licet verũ ſit, quod ipſi dicunt, propoſitum implicitum, & virtuale, vt plurimum cõiungi cum contritione, vt etiam nos ſupra conceſſimus, quia tamen cum illa coniungitur tamquam aliquod extrinſecum, non A intrinſecum, ideo debuit apponi; accidit enim naturæ contritionis, vt ſit illud propoſitum: Implicitum quidem, ſi nullum occurrat memoriæ peccatum; explicitum autem ſi occurrat.

Quare Concilia ponant in definitione contritionis propoſitum, &c.

Reſpondetur ſecundo ad Concilia, illa definire contritionem ſecũdum totam ſuam latitudinem, ſecundum quam vt plurimũ contingit, vt plurimum autem contri- B tio habet annexum hoc propoſitum, vt optime deducitur ex cap. Si Apoſtolus de pæniten. d. 3.

Ad rationem reſpondetur primo, ex Andrea Vega vbi ſup. negando ſequelam.

Non placet reſponſio Vegæ.

Sed non placet reſponſio, quia malè nobis viſus eſt negaſſe illam ſequelam; nam cum ipſe dixiſſet, actũ ſolum dilectionis Dei, etiam C cum ſit memoria peccati poſſe iuſtificare, non erat in cauſa, cur negare debuiſſet hoc propoſitum cauendi peccati futuri non poſſe iuſtificare, ſine illa expreſſa deteſtatione peccati præteriti; cum huiuſmodi propoſitũ, vt plurimum ſit ex ferueñti dilectione in Deum, quam ipſe ait ſufficere ad iuſtifitionem.

D Reſpondetur ergo ſecundo, concedendo eſſe eamd. rationem, cum enim hoc propoſitum, ſi non ſit memoria peccati præteriti, oriri poſſit ex charitate, certe nulli dubium eſſe poterit, quin illud ſit actus charitatis, & conſequenter iuſtificet. Inde tamen non colligitur aliquid contra nos, vt patet ex dictis. & hæc de hac tota quæſtione, & difficultate.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO TERTIA.

An, & quomodo contritio diſtinguatur ab attritione.

QVoniam ex iam aſſignata definitione contritionis, non ſatis conſtat differentia inter contritionem, & attritionem, quam tamen ſcire neceſſarium videmus, ideo hic de illa diſputandum eſt; ſi tamen primo definitionem attritionis aſſignauerimus, quæ ex Concilio Trid. ſeſſ. 14. ca. 4. eſt deteſtatio peccati, vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu concepta, quæ hominem ad gratiam ſuſcipiendam diſponit, ex ſe quidem inſufficienter, cum Sacramento autem ſufficienter.

Conc. Trid. Definitio attritionis.

Et ne in hac quæſtione ſententiarum diuerſorum Doctorum multiplicitas, rem reddat obſcuriorem, duas tantum in genere recenſebimus ſententias, igitur circa præſentem rem.

Prima ſententia eſt eorum, qui exiſtimant contritionem diſtingui ab attritione extrinſece, & quaſi per accidens, ita Halen. in 4. par. quæſt. 17. memb. 1. ar. 1. S. Bonauent. in 4. diſt. 17. art. 2. quæſ. 3. Albert. Magn. diſt. 16. artic. 8. Richard. diſt. 17. art. 1. quæſt. 2. Scot. diſt. 14. quæſt. 2. art. 3. Palud. d. 17. quæſt. 1. art. 5. Tartaret. diſt. 14. q. 2. art. 2. Caiet. tomo primo Opuſc. tract. 4. quæſt. prima. Sot. lib. 2. de

S. Bonau.

A natura & gratia, cap. 14. in fine, & in 4. diſt. 17. quæſt. 2. art. 5. & licet hi omnes Doctores in re ipſa conueniant, nō tamen eodem modo explicant hanc differentiam accidentalem; nam alij diſtinctionem illam extrinſecam volunt tantum eſſe in genere moris: Alij ſecundum intentionem, & remiſſionem: alij alijs modis, de quibus nos infra, & eos afferunt Ioan. Me-B dina, toto fere C. de pœnit. trac. 1. præſertim vero quæſt. 5. Suarius, diſp. 5. ſect. 1. a num. 6.

Secunda ſententia eſt aſſerentium, contritionem, & attritionem eſſentialiter differre, ex profeſſo tenent S. Thom. in 4. diſt. 17. quæſt. 2. artic. 1. quæſt. 2. ad 3. Canus, par. 3. relect. de pœnit. Medina vbi ſupra, quæſt. 5. in fine, Botta-C rellus, ſup. tract. 1. ca. 104. & 105. Didacus Nugnus ad 3. par. quæſt. 1. art. 2. dub. 1. Suarius, vbi ſupra.

S. Thom.

Notandum primo, deteſtationem peccati, quæ oritur ex motiuo pure humano, nullo modo poſſe iuſtificare, etiam eum, qui inuiſibiliter ignorat Deum, contra Vegham, lib. 6. in Conc. Trid. tum quia id nos ſupra docuimus; libe-D rum ſcilicet arbitrium ex ſe non poſſe ſe ad gratiam præparare, & colligitur ex D. Thom. par. 2. quæſtio. 109. art. 6. & quæſt. 112. art. 3. tum quia ſancti Patres docent hominem ſine fide non poſſe iuſtificari, ſic Auguſtinus de vera & falſa pœnit. ca. 2. vbi ait, *Pœnitentiam, quæ non eſt ex fide, eſſe inutilem:* Item lib. contra duas epiſtolas Pelag. cap. 21. de gratia & lib. arbitr. capit. 3. epiſtola 89. & 157. Chryſo-

Deteſtatio ex motiuo humano nō iuſtificat. Reycitur ſẽtentia Vega.

D. Thom.

S. Auguſt.

Digitized by Google

S.Chryſoſ. *Rupertus.*

ſoſtomus homil. 40. in Matth. & Rupertus, lib. 11. de gloria, & honore filij hominis in Matth. appellat hanc pęnitentiam ex humano motiuo exitioſam, tum quia actus pęnitentiæ ad iuſtificationem ſeu ad ſacramẽtũ ſufficiẽs, neceſſario requirit cognitionẽ Dei, & peccati, vt eſt contra Deum; quod non poteſt habere ex motiuo illo pure naturali, & humano; tum quia ille actus attritionis pure naturalis, neque etiam cum Sacramento poteſt eſſe diſpoſitio ad gratiã, quia huiuſmodi actus eſt naturalis, inferioris ordinis, & conſequẽter improportionatus ad gratiam etiam cum Sacramento; tum quia Concilia omnia ad gratiam ſempræ requirunt diſpoſitionem ſupernaturalem, & ex gratia datã, cuiuſmodi non eſt actus pure naturalis, & ex viribus naturæ habitus; tum quia Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. tam perfectam contritionem, quam imperfectam, quæ tamen ſufficiat ad gratiam ſimul cum Sacramento, vult eſſe donũ Dei, & ſpiritus Sancti; cuiuſmodi proprie non eſt illa attritio pure humana. Vtrum autem huiuſmodi deteſtatio ex motiuo humano dicenda ſit attritio, lis eſt inter Doctores, Suarius ſupra nu. 3. & Nugnus item vbi ſupra dub. 1. viſi ſunt, id negaſſe; Canus autem videtur affirmaſſe, nos vero, vt probabilius exiſtimamus, illam deteſtationem peccati ex motiuo humano, quatenus ſcilicet peccatum diſplicet propter ipſius turpitudinem; non eſſe proprie appellandam attritionem; quia

Conc.Trid.

An deteſtatio ex motiuo humano dicenda ſit attritio.

A talis attritio nullam proprie habet vim minuendi, ac deſtruendi peccatum, cum tamen attritionis nomen ſolum illi qualitati attribuendum videatur, quæ aliqualẽ vim habeat deſtruendi peccatum; etſi deinde non habeat tantam, quanta eſſet neceſſaria. Sed quidquid ſit de hoc; illud certum atque indubitatum in omnium ſententia videtur, illam vt ſic, non eſſe ſufficientem diſpoſitionem ad gratiam etiam cum Sacramento, patet ex dictis. In quo non immerito excuſatur Sotus à Nugno contra Suarium, vbi ſupra dub. 2. reprehendebatur enim Sotus à Suario diſput. 5. ſect. 1. num. 4. perinde quaſi conſtituerit ſolam attritionem naturalem ſufficere cum Sacramento ad iuſtificationem; ex quo capite etiam carpitur à Molina de concordia, quæſt. 14. artic. 13. diſp. 14. memb. 5. §. Quęret aliquis: non immerito, inquam, excuſari Sotum ab hac calumnia; quia, quamuis Sotus lib. 2. de nat. & gratia multis capitibus, admiſerit ſufficere cum Sacramento attritionem naturalem ad cõſequutionem gratiæ, numquam tamen excluſit habitus ſupernaturales Fidei, & Spei; quib. potuit Sotus exiſtimaſſe, attritionem illam naturalem ſufficienter eleuare, vt poſſit cum Sacramento diſponere ad gratiam; id quod deinde, ſententia mutata, docuit in 4. diſtin. 17. præcipue quæſt. 2. art. 5. circa medium, vbi expreſſe habet, attritionem, niſi fiat à Deo per auxilium ſpeciale ſupernaturale, non ſufficere etiam cum Sacramento

Male Suarius ponit cõtra doctrinam Soti.

ad

ad gratiam conſequendam; quod habuit ex D.Thom. 1.2. quæſtio. 113.art.3.& queſt.109.art.6.quo loco vniuerſaliter habet, quod homo non poteſt ſe ad gratiam præparare abſque ſpeciali auxilio; attritio autem, per quam cum Sacramento confertur gratia, præparatio eſt ad gratiam, quamuis ſecundum ſe ſine Sacramento nõ ſufficiat; itaque numquam intellexit Sotus, hanc attritionem naturalem, vt ſic, eſſe ſufficientem diſpoſitionem etiam cum Sacramento ad gratiam;quia vt iam diximus,poſuit ille habitus ſupernaturales, tum in intellectu, tum in voluntate,vt patet ex lib.eiuſd. de nat. & grat. quamquam deinde,vt diximus,re melius conſiderata,in 4.ſent.voluerit requiri auxilium particulare, ad hoc vt talis attritio fieret proportionata ad habendam gratiã; & ſi aliter Suarius ſenſerit de Soto,fallitur: Vnde,etſi nunc poſt Conc. Trid.nullo modo defendi poſſit hæc ſententia Soti, vt patet conſideranti Concilij verba ſupra allegata; Ante Concilium tamen non incommode potuiſſet defendi; cum, vt ait Molina vbi ſupra, illa naturalis attritio eleuaretur quodammodo ad eſſe ſupernaturale, & proportionatum ad gratiam ex cõcurſu ſupernaturali Sacramenti & ex habitibus ſupernaturalibus abſque vllo alio concurſu particulari diſtincto. Verum, etſi hæc omnia vera ſint; male tamen Didacus Nugnus loco citato carpit Suarium, perinde quaſi non intellexerit ſententiam Soti; nam

Nugnus male carpit Suarium.

A Suarius, vt potuimus colligere ex ipſius ſcriptis,numquam exiſtimauit in ſententia Soti excludi habitus ſupernaturales,ſaltem ex parte intellectus in habente attritionem naturalem, quibus fieret illa attritio cum Sacramento ſufficiẽs diſpoſitio ad gratiam; quod tamẽ non placuit Suario, & eſt quod ipſe attribuit Soto. Vnde aliud eſt,

B attritionem naturalem, vt ſic, eſſe ſufficientem medio Sacramento ad gratiam, aliud eſt attritionem naturalem ſimul cum habitibus ſupernaturalibus,ſaltem ex parte intellectus ſufficere cum Sacramẽto ad gratiam: id quod tribuit Suarius Soto,non eſt illud primũ, ſed ſecundum,nam reuera etiamſi ex parte intellectus ad ſit huiuſmodi motus fidei ſupernaturalis, &

C & ex parte voluntatis interueniat motus ſpei ſupernaturalis, & motus timoris ſeruilis etiam ſupernaturalis, neceſſe eſt, quod attritio hæc humana procedat ex auxilio ſpeciali,vt cum Sacramento peccator iuſtificetur, vt manifeſte colligitur ex Concilio Trid. ſeſſione 14.capitulo quarto vbi loquens de attritione, ſic habet.

D *Illam vero contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ, & pænarum metu communiter concipitur, ſi voluntatem peccandi excludat cum ſpe veniæ, declarat non ſolum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verum etiam donum Dei eſſe, & Spiritus Sancti impulſum, &c.* Ex quibus Concilium non

non obſcure docet, attritionem excitatam ex timore ſeruili eſſe impulſum ſpiritus Sancti, & ab eo prouenire, & patet manifeſta ratione; quia attritio illa debet eſſe cum propoſito abſoluto, numquã amplius peccandi, vt colligitur ex Concil. Trid. ſed propoſitũ abſolutum huiuſmodi non poteſt haberi ex naturæ viribus, abſque ſpeciali motione ſpiritus ſancti, ergo. legãtur Molina ſupra §. Poſt hanc; Suarius, tum diſputatione quinta, ſectione prima, numero quarto, tum tomo tertio, quæſtione ſexageſimanona, articulo decimo, diſputatio. 28. ſectione ſecunda; quare etſi in ſententia Suarij, Sotus tantum tribuat attritioni illi ex motiuo humano, numquam tamen Suarius exiſtimauit, per Sotum excludi habitus ſupernaturales, ſaltem ex parte intellectus.

Abſurda ſequuntur ex ſentẽtia Vegæ.

Notandum ſecundo, præcipue ea, quæ diximus eſſe contra ſententiã Vegæ vbi ſupra; alias .n. ſequerentur inde multa abſurda; primo, poſſe aliquem ſine fide placere Deo, quod eſt contra Paulum aſſerentem, *Accedentem ad Deũ debere credere*, ad Hebr. 11. & ad Rom. 3 *hominem iuſtificari per fidem*, contra D. Auguſtinum lib. de vera & falſa pænit. ca. 2. vbi, *actus*, inquit, *qui ex fonte fidei non procedit, non poteſt placere Deo ad ſupernaturalem finem iuſtificationis*, quod item repetit lib. 4. contra Iulianum. cap. 8. in fine, & de prædeſtin. SS. cap. 6. & 7. contra Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 8. vbi dicitur, *Fides humana ſalutis initium fundamentum & radix omnis iuſtificationis, &c.* Secundo, poſſe aliquem iuſtificari ſine Chriſto, qui nulli prodeſſe poteſt ſine fide, vt patet ex ſecunda ſecundæ, quæſtione prima, articulo ſeptimo. Tertio poſſe aliquem iuſtificari ſine ſpe veniæ contra D. Ambroſium libro primo, de pænitentia, capitulo primo, vbi, *nemo*, inquit, *bene agit pænitentiam, niſi qui ſperauerit indulgentiam*; Quarto poſſe aliquem iuſtificari ſine amore Dei, & ſine charitate, contra Diuum Auguſtinum lib quarto confeſſ. vbi, *neminem*, inquit, *poſſe ſine amore Dei veniam conſequi, ſine quo nemo vnquam gratiã inuenit*, & illud eiuſdem Auguſtini relat. de pænit. diſtinctio. ſeptima, capitulo Nullus; *Quem pænitet*, inquit, *oportet non ſolum timere Iudicem, ſed etiam diligere, quia ſine charitate non poteſt eſſe ſalus, &c.* Hæc autem ſequi probatur, quia vult Vega ibidem, poſſe aliquem ex motiuis humanis iuſtificari, etiam ſi inuiſibiliter ignoret Deum, ergo ad iuſtificationem ex Vega non requiritur fides, neque ſpes, neque charitas; quæ omnia ſunt maxime abſurda, vt propterea multi ex Theologis hanc Vegæ ſententiam vocarint erroneam, & periculoſam.

Paul. ad Hebr. & ad Rom.

D. Aug.

Conc. Trid.

D. Ambr.

D. Aug.

Reſpõdet Vega.

Neque dicas cum Vega ibidem, in obiecto legis naturalis, etiam obiecto honeſto, & laudabili intrinſecè includi Deũ, vnde fit, vt qui peccat contra rationem, conſequenter dicatur peccare cõtra Deũ, & ab illo auerti dicatur, ergo

ergo pari ratione, qui conuertitur ad obiectum naturale, dicetur conuerti ad Deum, etiamſi illum ignoret. confirmatur, quia illa auerſio à bono honeſto etiam ignorato Deo facit hominem reũ damnationis, ergo conuerſio ad illud bonum liberabit illum à damnatione, illumque faciet iuſtum.

Rejcitur reſponſio.

Reſpondetur enim illam ſequelam eſſe falſam, & ratio eſt, quia auerſio à bono honeſto tollit fundamentum finis naturalis, & finis ſupernaturalis; vnde illi vt ſic damnabitur; At conuerſio, licet poſſit ponere fundamentũ, non tamen cætera omnia, quæ ad ſalutem requiruntur; Ad confirmationem reſpondetur, negando etiam ſequelam, quia ex D.

D. Dionyſ.

Dionyſio, bonum eſt ex integra cauſa, malum autem ex ſingulari defectu, liberum autem arbitrium plus poteſt in malo, quam

D. Aug.

in bono ex D. Auguſtino contra Pelag. Vnde lib. de ſpiritu, & litt. capit. 3. ait. *Liberum arbitrium ad nihil valere, niſi ad peccandum*; epiſtola ad Vitalem, *liberum*, inquit, *arbitrium ad diligendum Deum peccati granditate perdidimus*, lib. 3. contra duas epiſtolas Pelag. cap. 8. ait *liberum arbitrium captiuatum, nonniſi ad peccandum valere; ad iuſtitiam vero nonniſi adiutum gratia Dei*, lib. 3. hypognoſt. & libro primo de corrept. & gratia, ait, *ſine gratia nullum prorſus bonum homines faciunt*, Et tandem libro primo retract. cap. 15. *voluntas*, inquit, *nondum liberata gratia Saluato-*

A *ris, tota potius cupiditas, quam voluntas eſt appellata.* Ex Concil. Arax. capitu. 22. *nemo*, inquit, *habet de ſuo, niſi peccatum, & mendacium; virtutem & iuſtitiam a Deo*; Et Can. 25. *prorſus*, inquit, *donum Dei eſt, diligere Deum.* Et horum adæquata ratio communiter redditur à Theologis, & optime explicatur à Bottarello ſu-

Conc. Arax.

B pra tract. primo, capit. 30. quia ſicut totius gratiæ origo, tota eſt à Deo, ſic peccatum totum eſt a voluntate hominis: & ex his poſſumus reſpondere ad alia & ſimilia argumenta, ſi dicamus, licet in auerſione à fine naturali includatur etiam auerſio à fine ſupernaturali; conuerſionem tamen ad finem ſupernaturalem nõ poſſe pertingere, niſi etiam ipſa fiat

C ſupernaturalis, propter rationem iam ſupra allatam, quia ſcilicet ſemper debeat eſſe proportio inter diſpoſitionem & formam, cuius illa eſt diſpoſitio.

Rejcitur ſẽtentia tum Soti tũ Caietani.

Sequitur ex dictis vnum; attritionem illam naturalem ex ſententia Scoti. 4. diſtinct. 14. quæſt. 2. vbi ponit quamd. attritionem ex virib. naturæ in ordine ad Deũ,

D ſiue contritionem ex ſententia, Caietani in tomo primo Opuſcu. Opuſ. 4. quæſtio prima, vbi concedit, quamdam contritionem informem, quæ poteſt haberi virib. naturæ; nullo modo poſſe iuſtificari, ſiue ſit in fideli, ſiue non; & ratio eſt, quia ille actus nullo modo, neque ex parte obiecti, neque ex parte principij eſt ſupernaturalis, ergo non poteſt iuſtificari; ſequela patet ex Concilio

Concil. Milevit. Arax. Tride. ſt.

Arax.

Digitized by Google

Arax. Mileuit. & Trident. vbi ſup. nam ad gratiam requiritur diſpoſitio ſupernaturalis, ſed illa attritio, vt ſic, non eſt huiuſmodi, ergo. minor probatur, nam tam in ſententia Scoti, quam in ſententia Caietani, illa attritio ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum omnes ſuas conditiones haberi poteſt viribus naturæ, ergo. confirmatur, quia ad actum contritionis antecedenter requiritur gratia excitans, & concomitans, & conſequenter gratia iuſtificans, ergo non poteſt eſſe informis, neque haberi viribus naturę; certum autem eſt, neminem poſſe iuſtificari ex viribus naturæ; legendi ſunt Sotus libro ſecundo de natura, & gratia, capit. 14. Medina, 1. 2. quæſt. 109. art. 6. ad 4. Ioan Medin. C. de pęnit. quæſtio. 5. tract. 7. Coſmas Philiar. lib. 2. de ſac. pęnit. cap. 18. qui multa contra horum ſententiam ſcripſerunt, interim tamen melius nobis viſus eſt Scotus, illam Caietani contritionem, appellaſſe attritionem.

Hinc obiter poſſumus colligere, illum, qui ad Sacramentum accedit cum dolore ex ſolo motiuo naturali, ſi ignoret quidem indiſpoſitionem ſuam non ponere obicem actualem, qui ſit nouum peccatum, ponere tamen obicem habitualem; peccatum enim habituale non debito modo retractatum, eſt ſine dubio impedimentum ad gratiam obtinendã; dolor autem de peccato, vt iam toties diximus, qui non ſit ex motiuo ſupernaturali, non eſt proportionata diſpoſitio ad obtinen- A dam gratiam in Sacramento.

Deteſtatio peccati propter metum gehennæ qd.

Notand. tertio, deteſtationem peccati propter metum gehennę, poſſe quidem dici attritionem, per ſe tamen, & immediate nullam habere vim iuſtificandi, vt patet manifeſte ex Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. & tenet iam communis ſchola Theologorum: dici quidem attritionem, infra patebit; non iuſtificare autem per ſe, B primo, patet ex ſcripturis, quę ad iuſtificationem requirunt pęnitentiam, id eſt, contritionem, charitatem, & amorem Dei; ſecundo ex ipſa definitione Concilij Tridentini paulo ante citati: tertio ex SS. Patribus, qui laudant quidem hunc timorem gehennæ, ſed non vt veram iuſtitiam, ita Clemens Alexand. 2. ſtromat. *Fides*, inquit C *eſt prima ad ſalutem inclinatio, poſt quam timor, ſpes, & pænitentia.* S. Baſil. in Pſal. 32. & 33. *Timor*, inquit, *ſalutaris, qui ad ſanctitatem deducit, & anima diuinitus inſitus eſt qualis exiſtat, ſi cupis audire, attende, &c.* S. Ambr. in Pſal. 118. ſerm. 4. 15. & 21. docet, *Sanctos martyres in agone martyrij conſtitutos timore gehennæ, an*- D *te oculos mentis propoſitæ, vincere ſolitos earum pænarum timorem, qui à perſecutoribus & carnificib. ingerebatur*, S. Auguſtinus, in primam Canon. Ioan. *Si nullus*, inquit, *eſt timor, non eſt, qua intrat charitas*, alia loca SS. Patrum infra afferemus, cum iterum de eadem re redibit ſermo.

Conc. Trid. — *Cle. Alex.* — *S. Baſil.* — *S. Ambr.* — *S. Aug.*

Neque obijcias ſcripturas, quæ aliquando proponere videantur nobis hanc pęnitentiam ex metu

Iſa.26. 2.Reg.12. Matth.12 Ioan.3. Pſal.7. Luc.3. Iſa.13.

gehennæ, perinde quaſi ipſa, vt ſic, iuſtificationem det, Iſa.26. *à timore tuo concepimus ſpiritum ſalutis*, 2.Reg.12. Dauid ex timore agit pænitentiam, & iuſtificatur, Matth.12. *Viri Niniuitæ ſurgent in Iudicio, &c.* Ioan.3. ex huiuſmodi pænitentia Niniuitæ dimouentur à malo; Imo aliquando uidentur ſcripturæ, nos prouocare ad pænitentiam ex huiuſmodi metu pænarũ, Pſal.7. *niſi conuerſi fueritis gladium ſuum, vibrabit, &c.* Luc.3. *Quid genimina viperarum, &c.* Iſa.13. *Niſi pænitentiam egeritis, &c.*

Conc. Trid.

Nam dicimus hæc omnia loca ſcripturæ, & alia huiuſmodi, ſolum probare, quod infra concedemus, hunc ſcilicet timorem eſt honeſtum, & vtilem, & inchoare pænitentiam, id quod docet Concil.Trid.ſeſſ.6. capit.6. Prædicatur autem pænitentia metu pænæ, timoris, quia cum timor ſit magis ſenſibilis, magis etiam mouet, vt etiam ſupra dictum eſt.

S.Baſil. S.Ambr. Auctor.

Neque ſecundo obijcias SS.Patres, qui dixiſſe videntur, timorem eſſe veram ſanctitatem, & iuſtitiam, vt dicere viſi ſunt, Baſilius in Pſalm.33. ſupra relatus, D. Ambr.in Pſal.100. & Auctor de vocat.gent.lib.ſecundo.c.9.

Dicimus enim Sanctos Patres eſſe exponendos eodem modo, quo diximus intelligendas eſt ſcripturas, etſi igitur hæc attritio per ſe non iuſtificet, attamen ſimul cum Sacramento ſufficiens eſt ad gratiam: vt patebit ex dicendis, de hac enim nos in ſequentibus loquemur.

A Vnica concluſio: contritio, & attritio partim conueniunt, partim differunt.

Loquimur autem hic de vera attritione, quæ ſimul cum Sacramento ſufficit ad gratiam: & de vera contritione, quæ prouenit ex charitate, & ex ſe ſufficit ad gratiam recipiendam.

B Hanc concluſionem probabimus; dum, & conuenientiam, & vtriuſq; differentiã aſſignabimus.

In quib. conueniunt contritio, & attritio.

Conueniunt igitur primo, quia tam contritio, quam attritio debent deteſtari peccatum propter Deum; ſic Toletus lib.3. ſup.ca.4. num.9. Coſmas Philiar. lib.2. de Sacram.pænit.c.18. & alij communiter, ſequuti ſcholaſticos antiquiores.

C Conueniunt ſecundo, quod tam contritio, quam attritio dicãt dolorem, & deteſtationem peccati, cum propoſito actuali, ſeu virtuali euitandi in poſterum; ita vt vtraque debeat excludere cõplacentiam peccati: nam ſi aliquo modo ſit illius complacentia, nunquam poterit eſſe ſufficiẽs diſpoſitio ad gratiam, etiam cum Sacramento; vnde etiam attritio debet auertere ab omni propoſito com-

D mittendi peccatum mortale, capi. Si propterea, capit. Si cui de pœnit. diſtinct. prima, ſic docent Gabr. in quarto diſtinctio. 14. quæſtio. 2. cum communi.

Conueniunt tertio, quod vtraque debet eſſe ſupernaturalis, vt ſint ſufficientes diſpoſitiones ad gratiam; id quod de contritione omnes concedunt; de attritione autem idem neceſſario aſſerendum

dum

dum eſt, vt iam diximus, & patet ex Medina 1.2. quæſt. 109. art.6. ad 4. & alijs ſupra relatis, & Concil. Trid. vbi ſup.

Sotus in 4. diſtin. 17. quæſtio. 2. artic. 5. & Ioan. Bottarellus vbi ſupra capitulo 104. aſſignant aliam conuenientiam; vt ſcilicet, tam contritio, quam attritio peccata deteſtentur ſuper omnia deteſtabilia.

Sed aſſignata conuenientia nō placet; nam attritio, aut id non habet, id quod etiam ipſemet Sotus, neſcio quo pacto, docuerat libro ſecundo de natura, & gratia, cap. decimo quarto, & tenent communiter Doctores; Caietanus in ſumma verbo Contritio, Toletus vbi ſupra numero ſexto, Iacob. de Graff. libro primo caſuū conſcientiæ, capit. 2. numero nono, aut ſi habet, non eodem modo habet, vt aduertit Suarius ſupra diſputat. 5. ſectio. 1. numero 10. & Coſmus Philiar. libro ſecundo de ſacramento pęnitent. capitulo 18. & patet ratione, quia cum attritio ſit ex timore pęnę, ergo plus diſplicet pęna, quam culpa, ergo non ſuper omne deteſtabile deteſtatur culpa, iuxta illud, propter quod vnumquodque tale, & illud magis, &c. licet hæ deductiones non ſatis placeant Didaco Nugno ad 3. partē quæſtione quarta, articulo ſecundo dubio primo, §. In ſolutione; verum de huius ſententia infra dicemus: Hoc autem, quod nos diximus, debet intelligi ex natura rei. Vnum hoc loco aduertunt aliqui ex Toleto, vbi ſupra numero 8. quod, etſi

Onuph. de Panit.

A hæc deteſtatio ex natuta rei, quæ reperitur in attritione, non ſit ſuper omne deteſtabile: attamen non debeat eſſe ſic cognita; nam attritio ſic cognita, id eſt, quatenus quis cognoſceret, ſe non deteſtari peccatum ſuper omne deteſtabile, non eſſet ſufficiens diſpoſitio ad ſacramentum, & gratiam; igitur ſufficit attritio, putata

B contritio, quod forte voluerunt Sotus, Coſmas Philiarchus, & alij, quos ſupra in contrarium citauimus; quod an verum ſit, infra videbimus. Neque vero malum eſt, timere culpam propter pœnam; quando pœna non ſit vltimus finis, ita vt, ſi non eſſet pœna, offenderetur Deus; nam reuera ille timor haberet ſeruilitatem, quam infra dicemus eſſe malam, *Non eſt malum timere culpam propter pœnas.*

C nam hic finis, vt ſic, non aufert omnimodam complacētiam peccati: quare cum pœnæ timor non ſit vltimus finis, etſi ſit proximum aliquod motiuum, non ſit, vt ſit malus, quia ille tandem timor refertur in Deum; neque enim aliud ſic intenditur, quam effugi, atque euitari pœnas, vt tandem habeatur Deus, ſic habent

D Gabr. in 3. diſtin. 31. quæſtio vnica, articulo primo, Medina 1.2. quæſtio. 42. artic. 2. & Suarius ſupra diſputatio. 5. ſectio. 2. numero 7. & 8. Igitur hæc ſunt in quibus conueniunt, & contritio, & attritio.

Differunt autem primo, & quidem eſſentialiter in obiecto, quia contritio habet pro obiecto principali, offenſam Dei, vt eſt ſuper omnia diligibilis: attritio au- *In quib. differant contritio, & attritio.*

tem habet timorem humanę correctionis, aut ſeueritatem diuinę iuſtitiæ, aut peccati turpitudinē, illa deteſtatur peccatum, quatenus ſimpliciter eſt offenſa Dei, hæc autem quatenus etiam peccatori nocua; ſic inter alios habent Sotus libro 2. de nat. & gratia, capitulo 14. Ioan Bottarellus ſupra, cap. 105. & alij.

Sequitur primo ex his, vt contritio includat ſaltem virtute dilectionem Dei ſuper omnia, non ſic attritio, ita habent Medina, C. de pænit. tract. 1. quæſt. 5. Viguerius de Sacramento pænit. verſic. 10. Sotus libro ſecundo de natura & grat. c. 14. citato.

Cōtritio nū quam eſt informis, poteſt autē attritio.

Secundo ſequitur, actum contritionis nullo modo poſſe eſſe informem, poſſe autem attritionem; ſic habent ſanctus Antoni. 3. part. titul. 14. capit. 18. Medina, C. de pęnit. loco citato, Coſmus Philiar. & Bottarellus vbi ſupra, & Suarius diſputat. 4. ſect. 7. num. primo: & ratio eſt, quia actus contritionis, vt iam diximus ex S. Thom. tertia par. quæſtione 85. artic. 2. ad 1. & 1. 2. quæſt. 13. ar. 5. ad 1. & ſequuntur Sotus de natu. & gratia loco iam citato, Coſmus Philiar. lib. 2. de ſacramento pęni. cap. 19. Tabiena verbo Contritio numero 3. Medina vbi ſupra, quęſtio. 4. pertinet ſecundum ſuam eſſentiam ad habitum charitatis ſupernaturalis, quidquid dixerūt Canus, & Viguerius vbi ſupra, ergo vel elicitur ab habitu charitatis, & ita erit formatus; vel certe quia affert remiſſionem peccati, & ipſam iuſtificationem, coniungitur cum ipſa charitate; quod confirmari poteſt, quia, qui habet actum contritionis, verè Deum amat, & diligit ſuper omnia; ex lege autem diuina, & habetur Prouerb. 8. & 10. *Deus diligentes ſe diligit*; Vnde S. Aug. tract. 5. in epiſtolam Ioannis, *Dilectio*, ait, *ſola diſcernit inter filios Dei, & filios Diaboli*; quæ quoniam non ſunt in attritione, quidquid dixerit Bottarellus ſupra, cap. 105. vbi vult attritionem ſpectare ad habitum charitatis, vel melius dixiſſet cum Suario ſupra diſput. 5. ſect. 1. num. 10. potius ſpectare ad aliquam inferiorem virtutem, ideo datur attritio informis, non autem contritio.

S. Thom. *Prouer. 8. & 10.* *S. Auguſt.*

Differunt ſecundo, reſpectu cauſæ, quia contritio, vt ait D. Auguſtinus de ver. & falſa pæniten. cap. 17. naſcitur à timore filiali, attritio vero à ſeruili; vel vt habet Gab. in 3. diſt. 35. quæſt. vnica art. 1. illa ab amore filiali, hæc vero ex amore ſui; & licet contritio quandoque à timore ſeruili initium ſumat, vt ſupra innuimus; quoniam tamen, vt habetur prima Ioan. 4. *Charitas foras mittit timorem*, quem locum exponens Caſſian. collat. 11. cap. 13. & ſequitur Gregor. de Valentia in 1. 2. diſput. 3. q. 9. puncto primo, ait intelligi de timore gehennæ, qui eſt timor, quidam imperfectus (Quomodo autem charitas dicatur expellere hunc timorem, poſtea dicemus) ab hoc tamen timore ſeruili gradum facit ad filialem, iuxta illud Iſa. 29. *à timore tuo concepimus, & peperimus ſpiritum ſalutis*, cum ta-

S. Auguſt. *1. Ioan. 4.* *Caſſian.* *Iſa. 29.*

Digitized by Google

tamen attritio ſemper in eodem timore ſeruili perſiſtat, vt habet Canus 3.p.ſupra, & ſequitur Bottarellus loco ſupra citato, qui tamen timor ſeruilis, etſi ex amore ſui fiat, ſi tamen habeat cætera requiſita, id eſt, ſi ſit ſine contemptu
S. Auguſt. Dei, vt habet S. Auguſtinus lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 28. bonus eſt, & laudabilis, vt etiam fatentur & Gab. loco iam cit. concluſ. prima, Medina 1.2. quæſt. 109. art. ſecundo, & infra magis patebit. Diximus autem a timore ſeruili gradum fieri ad filialem, quod intelligendum eſt, non quod maneat idem habitus, aut actus, qui prius fuerit ſeruilis, deinde fiat filialis, ſed per mutationem ſpecificam, vel habitus, vel actus a prioribus, vt docte aduertit Gabr. loco citato in 3. diſtin. 35. quæſtione vnic. art. primo.

Differunt tertio ex effectibus, nam attritio ex ſe non eſt ſufficiens diſpoſitio ad gratiam, niſi cum ſacramenti receptione, at vero contritio ex ſe eſt ſufficiens diſpoſitio ad illam, eo modo, quo
Conc. Trid. aſſerit Concil. Tridentin. ſeſſio. 14. cap. 4. dicens, *Docet præterea, etſi contritionem hanc aliquãdo charitate perfectam eſſe contingat, hominemque Deo reconciliare, priuſquam hoc ſacramentum actu ſuſcipiatur, &c.* Ex quibus clare patet illam non facere remiſſionem peccatorum ex ſe; at vero facere contritionẽ eo modo, quo aſſerit Concilium; legatur Canus p. 3. relect. de pænit. Medina, C. de pænit. q. 5. ſub finem, Toletus lib. 3. ſup. capitulo 4. num. 7. huius autem diffe-

A rentiæ cauſam aſſignat Medina ibidem, & patet ex dictis, quia contritio eſt cum dilectione Dei ſuper omnia, quæ proxime diſponit ad gratiam, non ſic attritio; legatur Viguerius de Sacramento pænitentiæ cap. de cont. verſ. 10. & hinc colligimus, bene D. Thomã *D. Thom.* aſſeruiſſe de verit. q. 28. art. 8. & ſequuntur Paludanus in 4. diſt. 17. q. 1. art. 1. Sotus libro ſecundo de
B natura, & gratia cap. 14. & in 4. d. 17. q. 2. art. quinto, Viguerius de Sacramento pænitent. §. 4. cap. de cont. ver. 10. Coſmus Philiar. libro 2. de ſac. pænit. cap. 19. Bottarellus de cont. tracta. 1. cap. 109. Suarius ſup. diſput. quinta, ſect. prima, numero 13. & alij communiter, contritionem ſemper cõcomitari gratiam, non ſic attritionem, quæ ſe-
C cum compatitur peccatum.

Tabiena verbo Contritio nu. ſecundo, affert aliam differẽtiam, inter cõtritionem, & attritionem, vt contritio fiat a ſolo Deo particulari gratia agente; Attritio vero fiat quidem ab eodem, ſed tanquam ab vniuerſali cauſa agente.

Verum non placet, quia videtur id repugnare Cõcilio ſupra allegato, vbi aſſerit attritionem eſſe donum Dei, & impulſum Spiritus Sancti, ergo ad illam requiritur *Reijcitur ſententia Tabienæ.*
D Deus, non vt cauſa vniuerſaliter ſolum agẽs, ſed etiã particulariter; cum ad illam, vt iã ſupra probauimus, cum ſit donum ſupernaturale, requiratur auxilium ſpeciale.

Sequitur primo, contritionem eſſentialiter differre ab attritione, cum illa ab hac diſtinguatur ex obiecto, & motiuo; quæ duo ſuf- *Contritio, & attritio eſſentialiter diſtinguuntur.*

ficienter ponũt diſtinctionem eſ-ſentialem inter habitus.

Sequitur ſecundo ex Nugno ſup.dub.3. Attritionem,quæ cum ſacramento ſatis eſt ad gratiam in duplici genere cõtineri, aut enim eſt ex metu pænarum,aut ex con ſideratione turpitudinis peccati: ad primum genus pertinet dolor de peccatis non ſolum elicitus ex metu pænarum inferni,ſed etiam ex metu amittẽdi beatitudinem; licet enim hic dolor oriatur ex quodã amore beatitudinis;nihilominus tamẽ eſt imperfecta attritio, quia nõ eſt ex charitate,& amore in Deum, ſed potius ex quadã cõcupiſcentia proprij boni. Ad ſecundum genus attritionis pertinent omnes actus doloris de peccatis, qui vel eliciuntur ob turpitudinẽ, quam peccata habent contra ſingulas virtutes, præter charitatem, dummodo tamen imperentur ex aliquo fine ſupernaturali, quid quid dicat Nugnus, vbi ſup. vel vt ſunt iniuria Dei, qui tamen non ſint propter Deum ſumme dilectum;ad hoc inquam genus attritionis pertinet, vt patet ex dictis, vt ſic enim, quia eſt ſine dilectione Dei,non habet vim ex ſe ſufficiẽtem ad iuſtificationem, nec deſtruendi totaliter peccatum extra ſacramentum; cum ſacramento autem habet talem ſufficientiam, vt dictum eſt.

Reijcitur Nugnus. Sequitur tertio, male Didacum Nugnum ſupra quæſt.4. articulo ſecundo,dub.vnico,inuehi contra Suarium,qui dixerit 3.par.quæſt. 85.diſp.5.ſect. ſecunda, numero ſeptimo, Attritionem importare

A maiorẽ dolorem de pæna, quam de culpa; propterea quod, inquit Nugnus, ſequeretur hoc inconueniens,quod homo, etſi magis doleret de pæna, quam de culpa,adhuc iuſtificaretur, ſi vt ſic accederet ad ſacramentum; quod tamen vult ipſe eſſe inconueniens: ſed hoc Nugnus (ex noſtra quidem ſententia) aut non debuiſſet deducere ex Suario, aut ſi voluiſſet

B deducere, non erat in cauſa,vt vocaret illud Suarij deductum, inconueniens: & primo quidem, quod id non debuiſſet deducere Nugnus; probatur,quia iam bene Suarius explicauerat ibidẽ, quomodo attritio illa ex metu gehennæ, quæ per ſe honeſta, & laudabilis eſt, ſufficiens ſit cum ſacramento ad iuſtificationem;nam li-

C cet peccator per illum actum actualiter magis deteſtetur pænã, quam culpam; nihilominus tamen non impedit ille actus, neque excludit,quin ille homo ſimpliciter loquendo, præcipuè vero ex alijs concurrentibus, vt bene ipſe ibidẽ explicat, & virtute magis deteſtetur culpam, quam pænam; nam motiuum illud pænæ,

D per quod peccator refugit culpã, non ſumitur, vt finis vltimus, in quo affectus ſiſtat,ſed vt finis proximus, qui vere, & omnino pro tunc amoueat animum ab interno affectu peccati, vt propterea hic finis proximus, qui eſt huiuſmodi timor gehennæ,non excludat finem vltimum, qui eſt Deus, ad cuius gloriam illud elici intelligitur.

Secundo, quod non ſit abſurdum,

Digitized by Google

dum, quod ex Suario colligit Nugnus, probatur, nam reuera ex hac cauſa, attritio, quæ eſt ex metu gehennæ, dicitur imperfecta, quia non eſt immediate propter Deum ſumme dilectum; vt propterea; neque poſſit, vt ſic, eſſe ſatis ad gratiam, ſed tantum medio ſacramento, ſi tamen excludat voluntatem peccandi cum alijs requiſitis a Concil. Tridentin. ſeſſio. 14. capitulo quarto. Quare non apparet cur attritio eo modo, quo Suarius conſiderat, non poſſit eſſe diſpoſitio ſatis cum ſacramento; cum vt ſic ex Concil. Tridentin. ſit actus ſupernaturalis, ex motione Spiritus ſancti proueniens; Quare in hoc non debuit reprehendi Suarius a Nugno.

Conc. Trid.

Ad illud autem, quod deducit Nugnus contra Suarium, quia ſequeretur, deteſtationem eſſe magis de pæna, quam de culpa, &c. reſpondetur eſſe magis de pæna ſecundũ Suarium, vt eſt finis proximus, non vt eſt finis vltimus; vt propterea illa deductio non debeat dici mala, & inconueniens à Nugno.

Sequitur quarto ex dictis, nos ſatis moueri ad examinanda neſcio quæ dubia, quæ ad præſentem materiam maxime facere videntur; examinabuntur autem a nobis propoſitis dubijs, ſic enim facilior erit expeditio illorum.

A

DVBITATIO PRIMA.

An ſit neceſſarium, vt attritio, quæ eſt pænitentia imperfecta, ſaltem ſecundum exiſtimationem pænitentis debeat æſtimari contritio, vt cũ Sacramento pęnitentiæ poſſit iuſtificare.

B

Dubitatio grauis eſt.

SOtus libro ſecundo de natura, & gratia cap. 15. & 14. & in 4. diſt. 18. q. 3. art. 2. Anton. Cord. lib. 1. quæſt. 2. Vegha lib. 13. in Concil. Tridentin. cap. 34. ad 3. obiectionem, Victoria relect. de poteſt. eccleſiæ q. 2. num. 9. & 10. Toletus lib. 3. inſtruct. Sacerd. c. 4. nu. 9. videntur affirmare requiri attritionem, putatam cõtritionem ad effectum ſacramenti recipiendum.

C

Negant id requiri S. Tho. 3. p. q. 79. art. 3. ad 2. & q. 80. art. 4. ad 2. & in 4. d. 24. quæſtione 1. artic. 3. quæſt. 1. ad 2. Scotus in 4. diſt. 14. quæſt. 4. & d. 17. quæſt. 1. Adrian. q. 5. de pæniten. Silueſter in ſum. verbo Cõfeſſio, primo. quęſt. 24. & verbo Cõtritio, primo, quæſtio. 1. Canus relect. de pæniten. par. 5. in reſponſ. ad 2. Nauarrus in ſum. capitulo primo, num. 42. qui male citatur a Suario vbi ſupra num. 7. in

D

Digitized by Google

in contrarium; dicit enim Nauarrus, pænitentem debere tantũ accedere cum dolore, quam putet in Sacramento eſſe ſufficientem, & in virtute Sacramenti poſſit eſſe contritio, licet per ſe contritio nõ ſit, ex quibus patet Nauarrum exiſtimaſſe attritionem, quæ ſufficit ad Sacramenti ſuſceptionem, ſufficere ad gratiam recipiẽdam, etiamſi cognoſcatur in illo priori eſſe ſolum attritio, ipſe enim Nauarrus numero illo 42. ex multis attritionibus ſolam illam, ait, ſufficere ad Sacramentum, quæ virtute ipſius Sacramenti poſſit fieri contritio, ergo Nauarri ſententia non eſt, vt requiratur iſta putata contritio ad Sacramentũ: ſic etiam ſenſit Paludanus in 4.d.17.q.8.ar. 2. Suarius ſup. diſput.20.ſect.1.a num.10.

Reſpõdetur ad dubitationem: pęnitentiam imperfectam efficacem, & procedentem ex ſupernaturali motiuo, eſſe ſufficientem ad iuſtificationem in ſacramento pęnitentiæ; etiamſi non putetur vera, & perfecta contritio, ſed potius cognoſcatur, ſicut re ipſa eſt, attritio.

Dicimus in concluſione, Procedẽtem ex ſupernaturali motiuo, nam vt etiam dictum eſt, attritio, quæ in ſacramento eſt ſufficiens diſpoſitio ad gratiam, debet eſſe in eodem ordine ſupernaturali, in quo eſt ipſa gratia, & deducitur ex Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 4. *Conc. Trid.* vbi imperfectam contritionem, quæ attritio dicitur, & diſponit hominem ad gratiam in ſacramento impetrandam, dicit eſſe donum A Dei, & Spiritus ſãctus impulſum, & ſeſſ. 6. can. 3. concludit tandem, *neminem ſine gratia poſſe pænitere, ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur*; Quod, vt aduertit Suarius ſup. diſput. 20. ſect. 2. num. 8. non ſolum intelligitur de iuſtificatione, quæ fit extra ſacramentum, ſed etiam quæ fit in ſacramento, idem etiam cõfirmatur ex Concil. Arax. ſecundo prę- *Cõc. Arax.* B ſertim cap. 5. & 8. ex quibus ſatis concludi poteſt motiuum attritionis non eſſe humanum, aut temporale; ſed diuinum, & ſupernaturale; hoc enim ſolo voluntas vere auertitur a peccato, & patet ex Concil. Tridentin. ſeſſ. 6. vbi tra- *Conc. Trid.* ctans de iuſtificatione, ait, ad hoc motiuum requiri gratiam excitãtem, & adiuuantem, ergo tale motiuum eſt ſupernaturale.

C Probatur autem primo noſtra concluſio, ratione; Nam, vel attritio, vt ſic ſufficit ad iuſtificationem in ſacramento pænitẽtiæ, vel non ſufficit, niſi ſit putata contritio; ſi primum, iam nulla erit difficultas, ſi ſecundum, vel id erit, quia eſt aliqua obligatio accedẽdo ad illud ſacramentum cum perfecta contritione, vel quia illa exiſtimatio D faciat veram diſpoſitionem; cum antea non eſſet: nõ primum, quia, vt ſacramentum pænitentiæ operetur ſuum effectum, non eſt neceſſaria diſpoſitio talis, quæ hominem de ſe reconciliet Deo, antequam ipſum ſacramentum actu recipiatur, vt colligitur ex Concil. *Conc. Trid.* Trident. ſeſſ. 14. cap. 4. vbi cum dixiſſet contritionem aliquando reconciliare hominem Deo ante receptio-

ceptio-

Digitized by Google

ceptionem ſacramenti; ſubiungit, pænitentiam imperfectam, qualis per ſe non poſſet ad iuſtificationem perducere peccatorem, eum tamen diſponere, vt gratiam in ſacramento recipiat: neque ſecundum, quia exiſtimatio illa per ſe non poteſt diſponere ad iuſtificationē, cum falſa ſit, nam reuera non eſt contritio; ſed ſola putata contritio: deinde exiſtimatio noſtra nō facit, vt res aliter ſit, quam ſit a parte rei, ergo ſi a parte rei nō eſſet ſufficiens, neque etiam putata erit ſufficiens.

Secundo probatur eadem concluſio, non eſt neceſſaria exiſtimatio ſanctitatis iā adeptę ante vſum huius ſacramenti, ergo neque eſt neceſſaria ęſtimatio, per quam attritio putetur eſſe perfecta contritio; conſequentia patet, nam contritio perfecta hominem Deo cōciliat, ante vſum ſacramenti, quare ſi ante ſacramētum attritio putari deberet perfecta contritio, putari etiam deberet vltima, & ſufficiens diſpoſitio ad ſanctitatē ante ſacramentum: ſi ergo exiſtimatio ſanctitatis adeptæ non eſt neceſſaria ad bonum vſum ſacramenti pænitentiæ; neque eſt neceſſaria exiſtimatio contritionis charitate perfectæ; Antecedens illud probatur, ſcilicet, quòd exiſtimatio ſanctitatis iam adeptæ non ſit neceſſaria ante vſum ſacramenti pęnitentiæ, quia hæc exiſtimatio ſanctitatis præſentis ſolum præmittitur ad ſacramentum Euchariſtiæ, & alia ſacramenta, quam prærequirunt ſubiectum iam gratum, non ad cōfeſſionem, vt patet, quia

A ſacramentum confeſſionis primo inſtitutum eſt ad conferendam primam gratiam, & remittenda peccata ex Concil. Tridentin. ſeſſ. 14. cap. 1. Non ſic ſacramentum Euchariſtiæ, quod non poteſt aſſumi, niſi ſaltem ſit probabilis exiſtimatio ſanctitatis, iam adeptæ; alias non excuſaretur à nouo peccato, vt habet S. Thomas ſupra q. 79. artic. 3. ergo ſacramentum pæ-

Conc. Trid.

S. Thom.

B nitentiæ etiam ſine exiſtimatione ſanctitatis iam adeptæ, ac proinde ſine contritione perfecta, poteſt dare primam gratiam.

Obijcies, perfecta contritio lege naturali eſt neceſſaria ad iuſtificationem, lex autem naturalis nullo modo eſt improbata per legem Euangelicam, neque per inſtitutionem ſacramētorum, ergo etiam eadem perfecta contritio erit neceſſaria in receptione ſa-

C cramentorum ad iuſtificationem, vnde vt quis procuret ſalutem ſuam, debet illam procurare per actum, quem putet eſſe contritionem.

Reſpondetur ex Suario ſupra diſput. 20. ſect. prima numero 19. nunc ex maiori quadam gratia, quam habemus ex Chriſti meritis ſupra legem naturæ, ſufficere attritionem verā cum ſacramento ad gratiam. licet extra ſacra-

D mentum ad eamdem requiratur contritio; Itaque aliud eſt loqui de diſpoſitione ad gratiam in ſacramento, aliud extra ſacramentum, argumentum factum procedit de diſpoſitione extra ſacramentum, vt propterea de lege ordinata nemo extra illud iuſtificetur, niſi

perfecte

Digitized by Google

perfecte cōtritus, ad modum quo explicat Concil.Trid. ſeſſ.14.c.4. quemadmodū in lege veteri nemo iuſtificabatur ſine hac contritione,& perfecta cōuerſione eiuſdem ex eod.Concil.ibidem.

Conc.Trid.

Reijcitur Toletus.

Colligitur vnum contra Toletum ſup.lib.3. cap.4. num.8.& 9. hominem perfecte attritum cum voluntate excludente omne peccatum mortale, vt ait Concil. Tridentin. ſeſſ. 14. cap.4. (vel norit ſe eſſe ſolum attritum, vel nō norit) ſemper eſſe ſufficienter diſpoſitum ad gratiam cum ſacramēto:& ratio iam patet ex dictis, quia vt ſic attritio eſt ſatis ad gratiam cum ſacramento; Vnde non requiritur, vt ſit putata contritio: ſed maior difficultas eſt, ſi quis vere carens ſufficiēti diſpoſitione attamen accedat ad ſacramētum, putans ſe vere habere ſufficientem dolorem; Vtrum id ſufficiat ad gratiam conſequendam etiam medio ſacramento. Vnde ſit

Conc. Trid.

Non requiritur putata aliqua contritio.

DVBITATIO SECVNDA.

Vtrum ſuppleatur ſufficiens diſpoſitio per exiſtimationem, qua quis putet ſe habere verum dolorem, cum tamen illum non habeat ad digne recipiendum ſacramentum.

A Vegha lib.13.in Concil. Tridentin.cap.34. Canus relect. de pænit. parte 5. exiſtimant id ſufficere.

Poteſt autem probari hæc ſententia, quia cum exiſtimatio eſt probabilis, & inuincibilis, pænitēs excuſatur a peccato, ac proinde non videtur ponere obicem gratiæ, quæ per virtutem ſacramenti

B poteſt conferri, ergo.& confirmatur, quia in alijs etiam ſacramētis, licet ſit neceſſaria diſpoſitio ſanctitatis, nihilominus tamē illius defectus per probabilē exiſtimationem aliquando excuſatur, ita vt ſequatur etiam effectus ſacramenti.

Richardus Taper cōtra Luthe. art.3.non longe a principio, Sua-

C rius ſup.diſput.20.ſect.4.num.16. affirmant id non ſufficere.

Reſpōdetur ad dubitationem; Defectum doloris requiſiti ad iuſtificationem virtute ſacramenti non ſuppleri per probabilem exiſtimationem illius.

Probatur autem hæc concluſio, quia diſpoſitio neceſſaria ad iuſtificationem per quam voluntas cenſeatur emēdata, & abieciſ-

D ſe iniquitatem, & quæ excludat voluntatem peccandi, omnino requiritur, vt patet ex Concil.Tridentin. ſeſſ.14. capitulo primo; cum etiam ante baptiſmum, ait, requiri pænitentiam, qua peccatores peruerſitate abiecta, & emendata Dei offenſionem cum peccati odio, & pio animi dolore peccata deteſtentur, & capitulo quarto contritionem, quam dicit

Conc. Trid.

fuiſſe

fuiſſe omni tempore neceſſariam A aſſerit eſſe deteſtationem, & dolorem de peccato cum propoſito non peccandi; ſi autem reipſa non ſit in voluntate dictus dolor, & deteſtatio, certe neque erit per probabilem huiuſmodi exiſtimationem, cum ſit falſa, ergo. non negaremus tamen hanc exiſtimationem, ſi ſit inuincibilis, poſſe excuſare a nouo peccato, vt ad notauit etiam Suarius ſupra diſputat. 20. ſectio. ſecunda, numero 4.

Sequitur ex his, dolorem, qui ſufficit in ſacramentis, eſſe debere abſolutam, & efficacem deteſtationem de omnibus peccatis, ex aliquo motiuo pietatis, cum propoſito non peccandi; quod ſi aliqua ex his conditionibus in dolore reipſa deſideretur, etiamſi C exiſtimetur eſſe, per virtutem ſacramenti non conferri gratiam; perinde enim eſt huiuſmodi exiſtimata attritio, ac non attritio; ſicut homo pictus vere eſt non homo.

Ad argumenta autem iam in contrarium allata; dubitatione ſequenti ſoluenda a nobis erunt. ſolutio enim pendet ex ipſius ſolutione: Sit igitur

DVBITATIO TERTIA.

An ſi quis accedat ad Sacramentum cum dolore abſentiæ doloris ſufficientis virtute Sacramenti conſequatur gratiam.

Breuiter reſpondetur ad dubitationem, falſum eſſe aſſerere, ſi pænitens accedat ad ſacramentũ cum ſolo dolore abſentiæ doloris, virtute ſacramenti conferri gratiam, B quando ſcilicet, reipſa non ſit ſufficiens, atque efficax dolor in ſe.

Probatur concluſio, nam conſtat ex Concil. Tridentin. locis citatis, eſſe neceſſariam pænitentiam, per quam peccator Dei offenſam, & præterita peccata deteſtetur, cum autem dolor ſolum ſit de carentia doloris de peccatis, per hoc non ſit dolor ſufficiens de peccatis præteritis; ille enim dolor ſimpliciter, & vere non eſt ſufficiens, ergo neque dolor exoptatus erit ſufficiens. *Conc. Trid.*

Aduertendum tamen eſt, ſi pænitens hunc dolorem experiatur, etiamſi ipſi non appareat dolor de peccatis; ex illo tamen, tam ipſe, quam confeſſarius ſecure, & prudenter exiſtimare poterit, reD ipſa eſſe etiam aliquem dolorem ſufficientem de peccatis, dolor enim non habendi attritionem, indicium eſt voluntatis ſufficienter deteſtantis peccata attritione; cum autem extet hæc voluntas, & conſideratio de peccatis, nihil poteſt impedire, quo minus reipſa tamquam actus imperatus, ſequatur dolor ſufficiẽs de ipſis peccatis, & de diuina offenſa.

Et

Digitized by Google

Et ex his patet, quid ſit dicendum ad argumenta allata in ſecunda dubitatione: dicimus enim illum, qui exiſtimat ſe habere ſufficientem dolorem ad ſacramentum pænitentiæ, excuſari quidem à nouo peccato ſacrilegij, recipiendi indigne ſacramentum, ac proinde non ponere obicem actualis peccati; ponere tamen obicem peccati habitualis, nondum debito modo retractati, neque enim, vt iam innuimus, ex exiſtimatione diſpoſitionis ſufficientis fit, vt diſpoſitio ſit reipſa ſufficiens, cum ex ſua ratione ſufficiens non ſit, exiſtimata enim diſpoſitio, vt iam diximus, non eſt diſpoſitio, vt habet Suarius ſup. ſectio. 2. numero 3. 4. & 5.

Ad confirmationem dicimus, eſſe diſparem rationem in alijs ſacramentis, quæ primo inſtituta ſunt ad augmentum gratiæ, in quibus ſcilicet diſpoſitio antecedentis ſanctitatis ex diuino præcepto eſt neceſſaria; In his enim ſacramentis, non obſtante carentia diſpoſitionis neceſſariȩ ad augmentum gratiæ, poteſt eſſe diſpoſitio attritionis ſufficientis ad primam gratiam ex opere operato; nam ignorantia illa, qua homo eſt deceptus, cum putaret ſe eſt diſpoſitum ad augmentum gratiæ, excuſat a peccato non ponendi talem diſpoſitionem: quare fieri poteſt, vt per hæc ſacramenta detur per accidens prima gratia, at vero carentia diſpoſitionis, quæ requiritur ad effectum ſacramenti pænitentiæ, ac proinde ad primam gratiam, eſſe non

A poteſt ſine illa diſpoſitione, quæ reipſa requiritur ad primam gratiam; quare ex exiſtimatione ſola diſpoſitionis ſufficientis ad hoc ſacramentum, numquam ſequi poteſt effectus gratiæ, & hinc etiã fit, vt ad ſacramenta, quæ ſunt inſtituta ad augmentum gratiæ, non poſſit quis accedere cum ſola attritione, quæ non putetur contritio; eſt enim ad hoc ſacramentum accedendum, cum exiſtima-

B tione probabili antecedentis ſanctitatis; ad ſacramenta vero baptiſmi, & confeſſionis, quæ ſunt inſtituta per ſe ad primam gratiam, ſancte, & pie dicitur aliquis accedere ſine exiſtimatione contritionis, etiamſi cognoſcat dolorem tantum eſſe attritionem; vt patet ex priori dubitatione, li-

C cet enim homo in tali caſu non accedat cum opinione ſanctitatis antecedentis, neque diſpoſitionis per ſe ſufficientis ad iuſtificationem ex opere operantis, accedit tamen cum diſpoſitione ſufficienti in ſacramento ad primam gratiam, ad quam dandam ſacramentum eſt inſtitutum, ſola enim obligatio eſt accedendi ad ſacramentum cum diſpoſitione, quæ

D cum eodem ſacramento ſit ſatis ad primarium effectum, de quibus dicemus in vltima diſputatione huius libri, in qua agendum erit de contritione in ordine ad ſacramentum pænitentiæ. Interim tamen hæc ſatis ſint.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO QVARTA.

An attritio poſſit fieri contritio.

SAtis celebris eſt quæſtio, & facile ſolubilis ex dictis; ſed quoniam multi Doctores ſunt, qui licet affirmēt attritionem eſſentialiter differre a contritione; attamen adhuc aſſerere videntur, attritionem poſſe fieri contritionem: ideo illud hoc loco examinandum eſt; Vtrū bene, & conſequenter ſit dictum.

Prima ſententia eſt aſſerentiū, attritionem poſſe fieri contritionem; In qua tamen videntur eſſe plures modi dicendi.

Primus videtur Scoti in 4. d.14. quæſt.2.ar.3.& Illuſtriſſimi Caiet. tomo 1.opuſcul.tractat.4.q.1.qui cum exiſtiment contritionem, & attritionem differre accidentaliter, & extrinſece, ſcilicet, ſecūdum quamdam intenſionem, & remiſſionem, conſequenter videntur affirmare eundem actum, qui eſt contritio, per maiorem intenſionem, & durationem fieri contritionem.

Secundus videtur Halenſis 4.p. q.17.mem.5.art.primo, Alb.Mag. in 4.diſt.16.art.8. & ſequuntur illum Coſmas Philiar.libro 2.de ſacrament.pæniten. capitulo 18. Iacob. de Graff. libro 1. ſup.num.8. qui cum dicant attritionem in eo ſolum differre a contritione, quia ſcilicet contritio ſit cum gratia, & charitate; non ſic attritio; poſuiſſe etiam viſi ſunt, attritionem ſine eſſentiali ſui mutatione fieri contritionem, per ſolum aduentum gratiæ.

Tertius modus videtur S.Bonauenturæ in 4. d.17. art.2.q.3. Richardi d.17. art.1.q.2. Viguerij de ſac.pænit.cap.de contri. verſic.10. qui ponunt attritionem, & contritionem differre, quia illa elicitur a pænitentia informi, contritio vero a formata; Vnde conſequenter videntur velle attritionem poſſe fieri contritionem, aduenīēte pœnitentia formata. S. Bonauēt.

Quartus modus videtur Ledeſmæ 2.par.4.q.20.art.1.qui aſſerit, attritionem poſſe fieri contritionem, per additionē alicuius actus exterioris, ſine quo non poteſt dici homo vere contritus, & diſpoſitus ad gratiam.

Vltimus videtur aliorum, qui cum ponant actus quoſdam morales poſſe tranſire ex vna ſpecie in aliam, manente eadem entitate phyſica, & etiam adueniente nouo motiuo, affirmant eadem ratione, attritionē poſſe fieri contritionem, manente eadem entitate attritionis; huncmodum videtur innuere Ioan.Med.C.de pœnitent.vbi ſupra.

Secunda ſententia eſt D.Thomæ in 4.d.17.q.2.art.1.q.3. Gab. d.16.quæſt.prima, art.3.dub.1. & in 3.diſt.35.q.vnica artic. primo. Paludani diſt.17.quæſt.1.num.10. Cani 3.p.relect.de pæniten. Ioan. Med.tract.de pœn.q.5.Rodriquez libro Caſ.conſc.cap.50.num.6.Didaci Nugni ſup. quæſt.1. articulo 3.dub.primo; Bottarelli de eff.cōt. tract.1. S.Thom.

Digitized by Google

tract. 1. a cap. 105. Soti in 4. d. 17. q. 2. a. 5. & aliorũ, qui aſſerunt nullo modo attritionẽ poſſe fieri contritionem.

Prima concluſio: formaliter, & propriè loquendo attritio non poteſt fieri contritio.

Probat Sotus, vbi ſupra cõcluſ. prima hanc concluſionem, quia inquit, attritio procedit ex viribus naturalibus, contritio vero ex virtute infuſa, ergo.

Sed hæc ratio nullo modo placet, vt patet ex dictis, nõ enim datur attritio, quæ ſimul cum ſacramento diſponat ad gratiam, quæ ſit ex viribus naturalibus.

Probatur igitur primo, quia vt iam ex ſuperioribus conſtat, attritio, & contritio ſunt actus formaliter diſtincti, ergo vnus non poteſt tranſmutari in alium: probatur ſequela, nam quæ ſpecie differunt, vnum non tranſit in aliud, vt de ſe patet, antecedens patet, quia obiecta, & motiua illorum, vt iam poſuimus, ſunt diſtincta, ergo.

Secundo probatur cõcluſio ex confutatione aliorum modorum.

Et primo quidem attritio priori illo modo non poteſt fieri contritio, tum quia ad contritionem ſufficit ſola ſubſtantia actus, nulla concepta aut intentione, aut duratione, vt infra probabimus, tum quia, vt etiam innuit Suarius ſupra diſputa. 5. ſectio. 3. numero ſecundo, Ioan. Medin. C. de pænitent. tractat. primo, quæſtione quinta, Nugnus ſupra, nulla intenſio, aut duratio poteſt aſſignari, quæ poſſit mutare attritionem in contritionem, cum ſpecie differant, ergo.

A

Neque poteſt attritio fieri contritio, ſecũdo illo modo, quia cum, vt iam diximus, hi duo actus eſſentialiter diſtinguantur ex obiectis, & motiuis, nullum eſt aſſignabile accidens, & conſequenter, neque ipſa gratia, quæ poſſit vnius naturam in alterius naturam mutare, proprie, & formaliter loquendo; diximus formaliter loquendo, nam ſi velimus

B

improprie loqui, non erit nobis multum elaborãdum, ſi quis cum Cano, Soto, Ioan. Medin. & alijs concederet, attritionem poſſe fieri contritionem, quatenus ſcilicet attritio adueniente gratia ſacramentali reciperet bonitatem, atque honeſtatem contritionis, vt belle explicat Suarius vbi ſupra,

C

numero 14. legatur D. Th. in 4. d. 17. quæſtione ſecunda, articulo 1. quæſt. 3. *S. Thom.*

Neque tertio modo dici poteſt, attritionem fieri contritionem, nam pænitentia non dicitur formata, niſi ab ipſa gratia, ſed vt iam ex dictis patet, gratia non poteſt tranſmutare vnam naturam in aliam, ſi ſpecie differant, quemadmodum ſunt attritio, & contritio, vt habetur ex D. Thom. in 4. diſtinctione 17. quæſt. 2. artic. 1. quæſt. 3. ergo. *D. Thom.*

D

Neque etiã quarto modo, nam nõ poteſt intelligi, quomodo per ſolam actionẽ exteriorem idem dolor internus, qui nunc eſt attritio, deinde fiat contritio; Accedit, quod huiuſmodi actio exterior nõ eſt aſſignabilis, vt bene arguit

Digitized by Google

guit Suarius ſupra à numer. 7. Sed quidquid ſit de hac actione; illud certum eſt, neque hanc actionẽ, quæcumque ſit illa, poſſe ſubſtantialiter mutare, quæ ſpecie differunt, ſicuti differunt ex dictis attritio, & contritio; legatur Io. Medin. contra hunc modum vbi ſupr. C. de pęnit.

Neque tandem vltimo modo poteſt attritio fieri contritio, nã, qui ſunt in ea ſententia, primo falſum ſupponunt, neque enim manente eadem entitate numerica poteſt vna qualitas mutare ſuam ſpeciem; tum quia non bene philoſophantur, nam ſi motiua ponantur diuerſa, & actus erunt ponendi diuerſi, vt arguit Gabr. in 3. diſt. 35. quæſt. vnica, art. 1. Itaque cum attritio, & contritio ſpecie differant, & habeant motiua ſpecie diſtincta, nunquam vna poterit tranſmutari in aliam, quidquid dicat Medina, C. de pęnit. ſupra, & ex his patet concluſio noſtra.

Secunda concluſio, ſi formaliter, & proprie loquendum ſit, potius dicendum eſt hominem attritum fieri contritum.

Hanc concluſionem ſimul explicabimus, & probabimus; duobus enim modis poſſumus illam intelligere, licet alter ſit magis proprius, & germanus ſenſus illius.

Primo enim poſſumus dicere, hominem attritum fieri cõtritum extrinſece, quatenus nulla facta mutatione in actu attritionis intelligitur illi aduenire gratia ſacramentalis, dando illi effectum contritionis, ergo eſt remiſsio pec-

A catorũ, modo alias explicato; ita viſi ſunt expoſuiſſe Sotus, & Medina locis ſupra cit. ſed hic ſenſus durior eſt.

Secundo, & magis placet, poſſumus intelligere, vt quemadmodũ in bona philoſophia bene dicimus, calidum fieri frigidum, quia ſubiectum, quod nunc habet calorem, deinde recipit frigus, non tamen dicimus ipſum calorem fie-

B ri frigus, quia ſunt diuerſa ſpecie; ſic dicendum eſt in re noſtra, quia homo, qui nunc habet attritionem, & dolorem imperfectum, tranſit ad perfectum, & conſequenter ad contritionem: ideo bene dicimus, hominem ex attrito fieri contritum ex gratia ſacramẽtali. Atque hæc de hac quæſtione.

C

QVAESTIO VLTIMA.

An Attritio ex metu gehennæ ſit bona, an mala.

MIttimus hoc loco Lutheranos, qui aſſerebant cõtritionem ex timore ſeruili facere

D hominem hypocritam, & magis peccatorem, quos refert, & confutat, vt alios omittamus, Illuſtr. Bellarm. libr. 2. de pænit. c. 17. contra quam hæreſim iam habemus definitionem Concil. Trid. ſeſs. 14. c. 4. & aliorũ, quæ ſupr. adduximus. *Conc. Trid.*

Notan. primo, de timore tractari a Magiſtro ſentent. in 3. diſt. 34. quam ibidem ſequũtur Scholaſtici, & à Thom. 1. 2. q. 41. & 42.

Digitized by Google

D.Thom. ſequuti D.Thom. ibidem; præcipue tamen tractatur de hoc timore, vt facit ad rem noſtram 2.2. in materia de ſpe. q.19. art.4. crediderimus autem; non ea ratione tractari de timore à Scholaſticis, & alijs, perinde quaſi ſit appetitus quidam, conſequens apprehenſionem ſenſitiuam mali alicuius imminentis, difficilis ad ſuperandum; ſed quatenus dicit fugam mali in voluntate, per quam, vel B auertitur quis à Deo, vel ad illum conuertitur; in quo ſenſu egiſſe videntur de timore, Durandus in 3. diſt. 34. q.4. Richardus in 4. diſt. *S.Bonau.* 14. q.2. S.Bonauent. in 3. diſt. 33. q.2. art.2. Gabr. ibidem artic.1. & Medin. 1.2. quæſt.41. & 42. enumerantur autem à Scholaſticis, loco ſupra citato nonnullę ſpecies *Species timoris.* huius ſic accepti timoris, ſcilicet, vt alius ſit mundanus, ſiue humanus; alius ſeruilis, alius initialis, alius caſtus, ſeu filialis, de quorum diſtinctione, & obiectis alibi dicitur: nobis aũt hic ſat erit, definitionem, ſeu deſcriptionem illorum breuioribus afferre.

Timor mundanus *Caſſiodorus.* Notan. ſecundo, timorem mũdanum, vt ab hoc incipiamus, ſic deſcribi à Caſsiodoro, in pſal. 127. Durando, & alijs vbi ſupra, eſſe illum, quo quis timet pati pericula carnis, vel perdere bona mundi, D propter quod delinquimus: dicitur tamen hic timor mundanus, non ex eo præciſe, quod mala, atque incommoda huius mundi timeantur; nam ſi Deus illa inferat, vel immediate, & per ſe, vel mediate, & per ſuos miniſtros, iuſte timeri debent, ac poſſunt; ſed

A quia hic timor inducat ad peccatum, vt aſſerunt Doctores infra citandi; timor autem ſeruilis, qui *Timor ſeruilis.* & dici poteſt mercenarius, deſcribitur à Diuo Auguſtino ſuper *S.Auguſt.* pſalm. 127. & refertur a Magiſtro, & Scholaſticis vbi ſupra, eſt ille, quo quis ex metu pęnæ auertitur à peccato; dicitur autem ſeruilis, vt ait Durandus vbi ſupra, ab effectu, quatenus ſcilicet inclinat hominem ad aliquid faciendum, vel relinquendum ex timore pęnæ. Timor caſtus, ſeu amicalis, ſeu *Timor caſtus, amicalis, filialis* filialis, ex eodem D.Thom. 2.2. q. 19. artic.2. eſt, quo timetur culpa, *D.Thom.* vt eſt Dei offenſa; & de hoc timore diſputant Durandus in 3. diſt. 34. q.4. nu.8. Gab. ibidem diſt. 35. quæſt. vnica artic.1. Medin. 1.2. q. 42. Vtrum autem, & quo differat *Quo differant timor amicalis, & ſeruilis.* hic timor à ſeruili, optime declarat exemplo S.Auguſtinus ſuper C pſalm. 118. ſermon. 12. exemplo, *S.Auguſt.* inquam illarum duarum mulierum, quarum altera cauebat adulterium timore pęnæ, altera vero timore viri legantur ſupradicti DD. qui ſatis copioſe allatũ exemplum, & afferunt, & declarãt. Initiales *Initialis.* denique timor, de quo multa habent Durand. ſupra, Gabr. q. vnica, artic. primo, loco iam citato, eſt, quo timetur pęna, & culpa, ſimul; & eſt medius inter ſeruilem, & caſtum; in eo enim, quo timetur pœna, participat de ſeruili, quo vero timetur culpa propter Deum, participat de filiali.

Mundanus timor ſẽper eſt malus. Notan. tertio, timorem, quem diximus mundanum, ſemper eſſe malum, vt habent Magiſter vbi ſupra, S.Thom. 2.2. quæſt. 19. *S.Thom.* art.3.

Digitized by Google

art. 3. & ſequuntur Gabr. in 3. diſtinct. 35. articulo primo, Richardus ibidem diſtinc. 34. quæſtio. 2. Medina C. de pęnit. tract. 1. quæſtion. quarta, Bellarminus libr. 2. de pęnit. cap. 17. & 18. & communiter omnes, & licet hic timor incutiat neſcio quid peccatori, vnde moueatur, quia tamen illum non mouet ad reſipiſcendum, ſed potius ad peccatum perpetrandum, eſt enim, vt inquit Gabr. vbi ſupr. artic. 1. notab. 1. alicuius diſconuenientis temporalis; propter cuius fugam deſeritur Deus; vel vt inquit D. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 19. articul. tertio, quia procedit à mala radice, ab amore ſcilicet huius mundi; vel, vt dicunt Durandus, & Richardus vbi ſupra, quia finem ſuum ponit in rebus mundanis, quo ſcilicet homo inquit Richardus, facit quod non debet facere, & omittit quod debet facere, vt ſic pęnam fugiat tēporalem, quæ omnia in vnum fere coincidunt; ideo ſemper hic timor malus eſt, habet enim ſemper obiectum malum, & ſemper cum illo coniunctus eſt, vt docent Gabr. vbi ſupra, concluſ. ſecunda, Bellarmin. libr. ſecundo de pęnit. capitul. 18. neque enim hic timor excludit voluntatem peccandi; vnde bene quidem Concil. Trid. ſeſsion. 6. can. 8. laudat metum gehennæ, ſed qui excludat peccatū; contra hunc timorem legendus eſt D. Auguſtinus, ſerm. 18. de Verbis Apoſtoli, & S. Baſilius hom. 33. in pſal. 33. vt bene dixerint hunc timorem eſſe damnatum a Chriſto, Matt. 8. *quid timidi eſtis, parū*

S. Thom.

Conc. Trid.

S. Auguſt.
Baſil.

Matt. 8.

A *fidentes*, vt etiā ibi exponit Theophilactus, dicens, loqui Chriſtum de timore, qui multa pericula affert. Matt. 10. *nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autē non poſſunt occidere, &c.* vt patet ex expoſitoribus in eum locum, & nos infra afferemus, qui item aſſerunt, hunc timorem habuiſſe Petrum, cum Chriſtum negauit: Vnde placet nobis aſſimilari hunc ti-
B morem hyemi, iuxta illud ex Cātic. 2. *Iam n. hyems tranſiit, imber abijt, & receſſit, &c.* cum. n. hyems ſit abſque calore, imo imbris uehemētibus plenus, ita hoīem perturbari ſolet, vt illū aliquando in varias inducat anguſtias: ſic hic huiuſmodi timor abſque calore charitatis, ſæpe ita animum exagitat, ac conturbat, vt illum fere in vltimū
C deſperationis deducat; legatur Michael Ghiſlerius Romanus, in Cātic. c. 2. ver. 11. Iure autem comparatur hic timor mundanus hyemi; nam quemadmodum hic nō aliunde cauſatur, niſi quia magis Sol elōgatur a noſtro Hemiſphærio; ideo, quia Chriſtus, qui eſt noſter verus Sol elongatur per iſtū timorē, dicitur hic timor, hyems; præterea hyems ob maximam
D frigiditatem, quam habet, vt hominis ineptas reddat manus ad operationes; ac pedes, ita conſtringat, vt vix expedite poſſint ſuum iter efficere: ſic timor mundanus, quia facit, ne homo bonum operetur, atque vt in peccata labatur, cauſat, dicitur hyems; tertio hyems efficit aquas congelatas, vt nullo fere vſui inſeruiant, ſic hic timor dicitur hyems, quia impe-

Theophil.

Matt. 10.

Cant. 2.

Timor mundanus comparatur hyemi.

dit hominem, vt nulli poſſit prodeſſe, ſed ſolum obeſſe: De his plura legito apud eundem Ghislerium loco ante citato. Illud obiter hic adnotandum videtur, huiuſmodi timorem ſemper quidem eſſe malum, aut mortale, aut veniale pro ratione mali, ad quod inducit; in quo tamen non placet ſententia Valentiæ 2.2. q. 19.puncto tertio, vbi docet mundanũ timorem ſemper eſſe mortale peccatum; quod non videtur, quomodo deduci poſſit ex definitione allata ex Caſſiodoro, vbi ſupra. neque dicat Valentia deduci ex D.Thoma, qui ait, per timorẽ mundanum, hominem recedere a Deo; nam dicimus non omnem receſſum eſſe ſemper peccatum mortale, quia aliquando poteſt eſſe receſſus non à gratia, ſed ab eius voluntate, & præceptis, id, quod ſtare poteſt cum gratia, cũ hęc non repugnet peccato veniali; eſt exemplum, ſi quis aliquem leuiter detrahentem audiret, & illi aſſentiretur, ne illius gratiam amitteret, ſine dubio ille id faceret ex timore mundano, & tamẽ quis dixerit illum peccaſſe mortaliter? Atque hęc de his ſpeciebus timoris, & de timore mundano, reliquum eſt, vt veniamus etiam ad explicandum alias huius timoris ſpecies.

Reijcitur Valentia.

S. Thom.

De timore naturali.

Prima concluſio: timor naturalis, qui eſt paſſio quædam naturalis, nullo modo cenſendus eſt malus.

D.Thom.

Hanc concluſionem habemus ex D.Tho.in 3.d.34. q.8.ar.2.Gabr.d.35.q.vnic.art.1. Bellarm.libr. A 2.de penit.c.17.& alijs cõiter.

Quid per timorem naturalem.

Per timorem autem hunc naturalem intelligimus illum, quo quis nociuum omne naturaliter refugit, qui, vt ait Gabr. ibidem eſt generaliter reſpectu cuiuslibet nociui apprehenſi, vt poſſibiliter futuri, ſiue ſit temporale, ſiue perpetuum, ſiue ſpirituale, ſiue corporale.

B Probatur igitur primo concluſio, nam huiuſmodi paſſiones, vel poſſunt conſiderari in eſſe phyſico, vel in eſſe morali, quocunque autem modo conſiderentur, non ſunt ex ſe malæ: probatur minor, & quidẽ in eſſe phyſico non eſſe malas, imo bonas, & ad multa bona a Deo eſſe ordinata, nemini poteſt eſſe dubium.

In genere aũt moris ex cõi ſnĩa ſunt indifferentes, vt patet, ergo.

C Secundo probatur concluſio, quia ſi conſiderentur hmõi paſſiones ex obiecto, quod habent, ſunt neceſſariæ, vt patet, ergo nullo mõ ex ſe ſunt malę. Confirmatur, quia hmõi paſsiones ſunt veluti materia, & obiectũ virtutis, ſed qđ tale eſt, nõ põt eſſe malum, ergo.

D Vltimo probatur, quia, vt inqt Gabr. vbi ſup. Chriſtus Dominus aſſumpſit hũc timorẽ naturalẽ, ſicut & alios pęnales effectus, ergo nõ poterit eſſe ex ſe malus, vt patet. Sequitur ex Gabr. loco cit. cõcl.1. hunc timorẽ naturalẽ abſtrahere ab eſſe formato, & informi, quia põt illi vtrũq. accidere, neq; illi vtrũq; repugnat, quia naturale eſt oĩbus hoĩbus timere mortem, ad quod impertinẽs eſt, vt ſint, uel non ſint in charitate, ſed poteſt illi

illi vtrumque accidere.

Seruilitas mal. ſemper eſt. Secunda concluſio; ſeruilitas timoris ex ſuo genere mala eſt. pro cuius concluſionis intelligentia.

Notandum eſt, in timore duo nos poſſe conſiderare, primo ſubſtantiam actus, ſecundo conditionem illam, quæ dicitur ſeruilitas, à qua dicitur timor ſeruilis, & quę veluti forma illi actui adiacet; itaque ſi primum conſideremus, certe nemo negauerit, entitatem illã eſſe bonam, & nullo modo malã; *S.Thom.* ſic habent S.Thom.2.2.quæſt.19. artic.4. Durand. in 3. diſtinct.34. quæſt.4. ver.9. Durandus ibidem quæſt.4. Bannes 2.2.quæſt.19.artic 4.& ratio eſt, quia vt ſic habet obiectũ bonum ſimpliciter morale, id eſt, pęnam fugiendam, ſi vero alterum conſideremus, certe conditio illa mala eſt, & peccatũ; *S.Auguſt.* vt docuit D.Auguſtinus in primã Can.Ioãnis, & concion.15. ſuper illa verba; *confige timore tuo carnes meas* neque diſſentiunt Scholaſtici, Gabriel in 3.diſt.35. q.vnica art.1.concl.2. Durand.in 3.d ſt. *S.Bonau.* 34.q.4.nu.9. S.Bonau.q.2.art.2.& ratio ſuadet, nam, vt diximus, non excludit voluntatem peccandi, ergo eſt mala huiuſmodi ſeruili- *Conc.Trid* tas: & confirmatur ex verbis Concilij Trident ſeſs.14.c.4. vbi id ſatis manifeſte habetur: Solum reſtat, vt explicemus, quæ ſit iſta ſer- *Quid ſit iſta ſeruilitas.* uilitas, id quod bene explicatur à Durand.in 3.diſt.34.q.4.nu.9.& Bellarm.lib.2.de pęnit.cap.18.& *D.Thom.* deſumptum eſt ex D.Thoma vbi ſupra, vt huiuſmodi ſeruilitas non ſit quid intrinſecum, & eſſentiale A ipſi timori; ſed ſit veluti quoddã accidens, ad eum modũ, quo accidit fidei, nunc eſſe formatam, nũc informem, accidit enim; aliquem, qui eſt in peccato, timere pęnam, & tamen non recedere a peccato; Vnde ille dicitur ſeruiliter timere pęnam, quia magis timet pœnam, quam culpam, quod peſſimum eſt, vt habet inter alios Gabr.in 3.diſt.35.q.vnica, art.1.con-B clus.3.

Sequitur, non omnem timorẽ ſeruilem eſſe malum, nam vt volunt Durandus vbi ſupra numero nono, & Gabr.ibidem concluſion. quarta, etiam ex charitate poteſt quis timere pęnam, charitas autẽ non omnino expellit timorem, vt docet Sanctus Thomas vbi ſupra, & Sanctus Auguſtinus lib.de Sancta Virginitate, cap.38. quid-C quid dicat Richardus ſupra quæſtione ſecũda, ad 1. ſed ſolum expellit, charitas illam ſeruilitatem, quæ de ſe mala eſt, vt habet Bannes vbi ſupra, vnde dicitur Ioan.2. *Timor Domini, non eſt in charitate*, quod item docent Gabriel vbi ſupra, Medina parte ſecũda, quæſtion.42. articulo ſecundo. vel dicamus charitatem expellere timo-D rem gehennæ, non quia malus ſit, ſed quia minus bonus, & imperfectus eſt, vel quia huiuſmodi timor non poteſt ſtare cum charitate perfecta, licet poſsit cũ imperfecta, ſi enim charitas perfecta ſit, iam expellit omnem timorem ex Gabriel vbi ſupra poſt tertiam concluſionem. vel denique quia charitas non proficiſcitur ab huiuſmodi timore, ideo

Non omnis timor ſeruilis eſt malus. *S.Thom.* *S.Auguſt.* *Ioan 2.*

Digitized by Google

dicitur hic cum illa non poſſe conſiſtere, vt hēnt Bannes ſup.art.10. & alij citati, patet igitur ſeruilitatem illam timoris per ſe excludi a charitate, ſicut frigus, vel hyems ab eodem calore; Vnde illud ex Cant.2. *iam hyems tranſiit, &c*.

Cant.2.

Tertia concluſio: Attritio, id eſt, Deteſtatio peccati propter metū gehennæ, eſt actus laudabilis, quamuis imperfectus.

S.Thom.

Hanc concluſionem hēnt Sanctus Tho.3.p.q.85.art.5. Halenſ. 3.p.q.74. m.2. & 3. Gabr.in 3.diſtinct.35. quæſt.vnica art.1.& artic.3.dub.1. Durandus diſt.34.q. 4.ſupra Sotus in 4. diſt.14. quæſt. 2.art.5. Io.Med.C.de pęnit.tract. 1.quæſt.4. Molina de concord.q. 14.art.13.diſput.14.m.5.Domin. Bannes 2.2.q.19.art.4. concluſ.3. Bellarm. de pęnit.lib.2.c.17.Suarius 3.p.q.85. diſput.5.ſection.2. num.7.

Probatur autem cōcluſio quoad eam ſcilicet partem, qua dicitur, quod Attritio eſt imperfectus actus; quia ſcilicet ex ſe, neque iuſtificat, neque ex ſe ſufficit ad iuſtificationem etiam cum ſacramē to, niſi alij coniungatur, vt habet Concil.Trident.ſeſs.14.cap.4.Pro cuius intelligentia

Notandum eſt, dum Concil. Trid.loco cit.ait, Attritionem cum ſpe veniæ eſſe donum Dei, & diſponere ad iuſtificationem, ſignificare ipſam attritionem, de qua ibi eſt ſermo, etiam conſideratam ſecundum ſe, eſſe donum Dei; quamuis ſecundum ſe, niſi cōiungatur cum ſpe veniæ, non diſponat ſufficienter ad iuſtificationē;

Conc.Trid.

A Actus enim non dicitur Dei donum ex eo, quod aliquis alius actus, exiſtens in eadem potentia ſit ſupernaturalis, & Dei donum, niſi ipſe ſecundum ſuum eſſe dependeat à gratia; Contra vero actus diſponendi ſufficienter, qui cauſalitatem quamdam ſignificat, potius quam dependentiam, cōuenire poteſt actui doloris per coniunctionem cum alio actu ſpe

B randi veniam; ſæpiſsime enim duæ cauſæ ſe mutuo iuuant ad aliquem effectum cauſandū: Cum ergo Concil. Trident. ibidem cū particula copulatiua, ait, Attritionem cum ſpe veniæ eſſe Dei donum, & diſponere ſufficienter ad iuſtificationem in Sacramento, ſignificare voluit, actum diſponēdi ſufficienter conuenire attritio-

C ni, cum dependentia ab actu ſperandi, eſſe enim donum Dei ſecundum ſe etiam conuenit illi dolori, de quo loquitur Concilium, quare illa duo ſunt diſtincta, eſſe ſcilicet actum laudabilem, & donum Dei; & eſſe imperfectum, vnde ex eo habet attritio eſſe imperfectum, quia niſi alteri coniungatur, neque eſt ſatis ad gratiam.

Secundo probatur concluſio,

D quoad eamdem partem; quia ille actus, vt ſic, non poteſt habere rationem perfecti, & virtutis, quia vt ait Durandus vbi ſupra, Virtus ſolum inclinat ad agendum propter amorem boni, & propter euitationem turpis, ergo cum attritio non operetur propter aliquid ex his, non erit actus virtuoſus, & conſequenter neque perfectus. Confirmatur ex Bānes 2.2.q.19.

art.6.

Digitized by Google

art.6.virtus augetur aucta charitate, at vero attritio huiuſmodi minuitur aucta charitate, teſte Auguſt.lib.83.qq.q.36. vbi ſignum, inquit, prouectus charitatis, eſt imminutio timoris, ſignum perfectionis, nullus timor, legatur D. Tho.2.2.q.19.art.10.

S.Thom.

Probatur vltimo ex Gabr. vbi ſupra art.1.not.2. quia attritio nō procedit ex amore boni æterni, ſed ex amore ſui, ergo eſt actus imperfectus.

Secundo probatur concluſio quoad ſecundam partem, Attritionem ſcilicet eſſe actum bonū. Primo ex ſcripturis, quas ſupra ad idem retulimus, & præterea, quia videmus ipſas nos ſemper ad huiuſmodi timorem hortari. Prouer. primo. *Initium ſapientiæ timor Domini*, Eccleſiaſt.25. *Beatus homo, cui donatum eſt habere timorē Dei*, quo loco intelligi illum imperfectum timorem, qui ante dilectionem eſſe poteſt, indicāt ſubſequentia verba, ibidem; *Timor Domini initium dilectionis*, & licet Medina 1.2.q.42. artic.primo, hæc duo citata loca, non tam de timore pęnæ, quam de reuerentiali, qui potius pertinet ad cultum diuinum, intelligat; nos tamen ſimul cum eodem ibidem, adhuc poſſumus illa eadem explicare de timore pęnæ, accedente conſenſu patrum, vt videbimus infra.

Prou.1. Eccleſ.25.

Iſai.26. *à timore tuo concepimus ſpiritum ſalutis*, de quo etiam D.Paulus ad Roman.8. *Non accepiſtis ſpiritum timoris iterū in ſeruitute.*

Iſa.26. Paul.ad Roman.

Matth.10. *Timete eum, qui poteſt corpus, & animam perdere in gehennam*. Igitur cum ſcripturæ nobis commendent hunc timorē, neceſſario fatendum eſt eſſe bonum, & laudabilem.

Matt.10.

Secundo probatur eadem pars ex Patribus, qui fere ſemper loquuntur de hoc timore, cum dicunt hunc timorem eſſe initium ſapientiæ & introducendi iuſtitiam.

Chryſoſtomus homil.15.ad populum Antioch. facit hunc timorem gehennæ in homine iuſto, veluti militem ſtrenuum, ac fortem, qui magno animo inimicum deuincit.

S. Chryſ.

Proſper contra Caſsianum capitul.8. dum impugnat illam Caſſiani ſententiam, collat.13.cap.9. Quod ſcilicet homo poſsit viribus naturæ deſiderare, liberari à peccatis, *Anima*, inquit, *priuſquam a merito notitiam ſuæ calamitatis accipiat, &c.* poſt multa, ſic habet, *hoc etiam initium primum eſſe debere ex gratia.*

Proſper.

S.Ambroſ.in Pſalm.118. ſerm.21. *multum commendat hunc timorem gehennæ, eumque aſſerit plurimum potuiſſe in ſanctis martyribus ad toleranda tormenta.*

S. Ambroſ.

Sanctus Hieronymus ſcribens ad Euſtochium, hoc ipſum de ſeipſo fatetur, *hunc* ſcilicet *metum gehennæ multum feciſſe, vt tantam ſolitudinem toleraret*.

S.Hieron.

S.Auguſtinus ſerm.10. ad fratres in eremo aſſerit, *timorem, qui pœnitentiam concipit, compunctionem parit, compunctio autem veniam importat.*

S.Auguſt.

Digitized by Google

Idem etiam habet in Pſal.118. q.25.De Gratia, & lib.arb.cap.18. legatur Roffenſis art.6.contra Lutherum.

Tertio probatur concluſio ex Concilio Trident.tum ſeſs.14.capit.14.tum ſeſs.6.can.8. vbi commendatur huiuſmodi timor, ſi excludat peccandi voluntatem.

Quarto probatur ratione,nam, vt docuerunt Sācti Patres,& Scholaſtici, S.Gregorius homil.19. in Ezechielem, S.Auguſt.lib.primo de Serm. Domini in montem capit.9.de Gratia, & lib.arb.cap.18. tract.9.in epiſ.Ioannis Halenſis 3. part.ſummæ Theol. quæſt.76.m.2 Bonauentura 3.ſent. diſtinc 34. par.2.art.2.Gabr.diſtin.35.quæſt. vnica,art.1.not.2.& art.3.dub.primo, hic timor ſeruilis continetur ſub timore, qui ab Iſaia,capit.11. enumeratur inter dona Spiritus Sancti, licet aliud videatur Diuo Thomæ ſecunda ſecundæ, quęſt. 19.articul.9.quem ſequuntur Richardus in 3.diſtinct.34. quæſtio. ſecunda,Bannes in ſecunda ſecundæ quæſt.19. art.9. legatur Gabr. de hac ſententia D.Thom.in 3.diſtinct.35. quæſt.vnica, art.tertio, dubio primo, ille enim timor, de quo Iſaias,vtrumque timorem,& ſeruilem,& filialem comprehendit, vt conſtat ex allegatis Scholaſticis,& vltimo ex Bellarmin.libro ſecundo,de pęnitent.capitulo 18.continetur pręterea hic timor ſeruilis ex iiſdem Doctoribus ſub illo timore, de quo Prouerb. primo, *initium Sapientiæ timor Domini*, ergo cum huiuſmodi timor ſeruilis ſit donum Dei, ſit initium ſapientiæ, non poterit non eſſe bonus.

S.Greg.
S.Aug.
S.Bonau.
Iſa.11.
D.Thom. [illegible]
Prou.1.

Dices, in Chriſto fuiſſe omnia dona Spiritus Sancti in quo tamē non fuit huiuſmodi timor ſeruilis, ergo non videtur bonus.

Reſpondetur ex Gabr. in 3.diſtinct.35.quæſt. vnica art.3.dub. 1.Bellarmin.libr.2. de pęnit.capit. 18. neque in Chriſto fuiſſe timorem caſtum, proprie loquendo, nam cum hic timor ſit, quo timemus, ne forte Deum offendamus, nō potuit eſſe in Chriſto, qui optime ſe noſcebat eſſe impeccabilē, & tamen nemo negarit, timorē caſtum eſſe donum Spiritus Sancti,ergo ex quo timor ſeruilis nō fuerit in Chriſto, non eſt arguendum, non eſſe bonum; nam in Chriſto ſolum videntur ponenda ea, quæ carent omnimoda imperfectione, cuiuſmodi non eſt hic timor ſeruilis; nam licet bonus ſit,& vtilis,non tamen eſt ſine imperfectione,cum ſolum ſit præparatio ad gratiam.

Secundo probatur eadem concluſio ratione, quia odiſſe peccatum ex metu gehennæ, eſt ex obiecto quid bonum, quia excludit voluntatem peccandi, & habet debitam materiam cum debitis circumſtantijs, ſed hic timor ſeruilis includit illud odium, ergo eſt bonus.

Confirmatur, quia talis timor introducit hominem ad charitatem, illumque cuſtodit, ne labatur ab illa, præcaueatque peccatum, ergo bonus eſt. Vt merito hic timor dicatur ſignaculum. In Cant.cap.8. *Pone me, vt ſignaculum*

Cant.8.

lum ſuper cor tuum: nam hic timor, vt quoddam ſignaculum poſitum ſuper cor hominis cuſtodit, ne labatur in peccatum, illumque in charitate conſeruat, ſi habeat, & ſi non habeat ad illam præmoueat, ſic exponit politiſsimus expoſitor in eum locum verſiculo 6. Michael Ghiſlerius Romanus.

Tertio etiam probatur à ſimili, ſicut enim timere miſerias, ac calamitates huius ſęculi, laudabile eſt, ac bonum, ſic etiam laudabile erit timere pęnas inferni, ex Concilio Tridentino, ſeſsione ſexta, canon. 8.

Conc. Trid.

Sequitur primo, falli Richardũ in 3. diſtin. 34. quæſt. 2. vbi aſſerit hunc timorem, quo peccator cohibet ſe à peccato, & dicitur ſeruilis, non eſſe inter dona ſpiritus Sancti, quia, inquit, dona ſpiritus Sancti ſemper ſunt cum charitate, neque in homine poſſunt eſſe ſine illa, cum ex ea homo fiat dignus, vt vniatur ſpiritui Sancto, recipiendo donũ ipſius; fallitur, inquam, quia, vt inquit Gabriel, in 3. vbi ſupra, dona ſpiritus Sancti non habent formaliter, vt faciant hominem ſanctum, neque adhoc, vt recipiatur in ſubiecto, requirunt in ipſo ſanctitatem; ſunt enim dona ſine pœnitentia; quare ex hoc, timor hic ſeruilis non definet eſſe donũ ſpiritus Sancti.

Sequitur ſecundo, quo differat timor ſeruilis, à timore mũdano, (loquimur autem hic de timore ſeruili, vt excludit voluntatẽ peccandi) licet enim vterque timor poſſit eſſe coniunctus cũ peccato; mundanus tamen, ita eſt cum illo

A coniũctus, vt illius ſit cauſa, quod non accidit in timorẽ ſeruili; pręterea timor mundanus ita cũ peccato coniungitur, vt cum habeat illius complacentiã, omnino repugnet charitati, neq. ad illã poſſit eſſe diſpoſitio, vt patet ex dictis, non ſic aũt ſeruilis; quippe qui, & peccati excludat complacentiã, & ad charitatem diſponat, id quod sãctus Auguſt. tract. 3. in 1. can. Ioã. explicat exẽplo ſetæ introducentis

B filum in corium, quemadmodum enim, inquit, ſeta nõ ſufficit ad conſuendum corium; ſufficit tamen ad introducendũ filum, ſic huiuſmodi timor ſeruilis, licet nõ hẽat charitatem, ſufficit tamen, ſi cętera adſint, vt diximus, ad introductionẽ eiuſdem, vt adueniente charitate iã bene expellatur tota illa ſeruilitas, & imperfectio timoris.

C Sequitur tertio, deformitatẽ, & ſeruilitatẽ, quæ eſt in timore ſeruili, non ponere differentiã aliquã eſſentialem ab alio timore ſeruili, qui hmõi ſeruilitatem excludit, quidquid in contrariũ ſentiat Gabr. vbi ſupr. art. 3. dub. 1. tum quia deformitas, ac ſeruilitas illa, nõ eſt differentia aliqua eſſentialis, qua diſtinguantur duo aliqui habitus ſed accidentalis, qua vnus, & eidẽ habitui realiter ſuperadditur, vt

D patet in habitu fidei, cui eidẽ realiter accidit, vt nunc ſit formata, nunc informis: tũ quia alias timor ſeruilis ſemper eſſet malus, ſi ſeruilitas eſſet de intrinſeca rõne ipſius, itaq. male vr̃ philoſophari Gabr. loco cit. ex eo ꝙ ponat illos timores, tãq̃ duos diſtictos habitus,

cum

cum tamen vnus, & idem ſit, cui accidit informitas, & ſeruilitas, ſicuti etiam accidit bonitas, & laudabilitas, vt habet S.Thom.2.2.q.19.artic.4. & ibi Bannes.

Sequitur quarto ex Durando in 3.diſtinct.34.q.5.num.4.vſque ad 9.ab hoc timore ſeruili differre timorem caſtum, & filialem, quia obiecta illorum ſunt eſſentialiter diſtincta; nam obiectum filialis eſt malum culpæ, ſeruilis vero eſt pęna gehennæ; Confirmatur auctoritate Diui Auguſtin.tract.9.in Can.Ioan.circa medium, vbi facit timores filialem, & ſeruilem, aliũ, & alium timorem; Confirmatur ſecundo auctoritate aliorum Scholaſticorum, qui ab hac ſententia non diſcrepant; legantur Richar. vbi ſup.q.2.Bannes art.5.

S. Auguſt.

An timor initialis filialis, & caſtus differant.

Sequitur quinto, quid obiter dicendum ſit de timore initiali, & filiali, ſeu caſto; hos ſcilicet timores non differre inter ſe eſſentialiter, vt habent inter alios Richardus, & Bannes, ſequuti D.Tho. vbi ſupra, ſed ſolum differre, vt imperfectum differt à perfecto in eadẽ ſpecie, quidquid in contrarium doceat Gabriel in 3.diſt.35.q.vnica notab.3.Durand.diſt.34.queſt.5.numer.6. & ratio eſt; cum enim timor initialis medius ſit inter ſeruilem (loquimur autem de ſeruili, qui excludat deformitatem) & filialem, & participet de vtroque, vt ſupra probauimus, & ſit quidam timor caſtus, ſed imperfectus, non poteſt a ſeipſo, vt perfecto, eſſentialiter diſtingui, vt propterea bene colligatur, vt colligunt Richardus in tertia diſtin-

A ctione 34. quæſtione quarta, Gabriel, Bannes, & alij communiter vbi ſupra, quia timor initialis non poteſt eſſe cum charitate perfecta, ſed cum imperfecta, non poſſe remanere in patria, vbi nullum eſt imperfectum; poſſe autem remanere timorem filialem, quia ſemper eſt cum charitate perfecta, iuxta illud Pſalmi; *Beati qui* B *ambulant in domo tua Domine, in ſæculum ſæculi laudabunt te*; de quo legatur S.Bonauentura in 4.d.14.q.2.art.6.id quod Suarius 3.p.quæſt.7.diſputat.20.ſect.2.ait, tamquam quid de fide, certum eſſe; hunc ſcilicet timorem filialem manere in patria, & fuiſſe in Chriſto, iuxta illud Iſaiæ 11. *& replebit eum ſpiritus timoris Domini, &* Pſalm.18. *timor Domini ſan* C *ctus permanet in ſæculum ſæculi*; quomodo autem maneat in patria hic timor; quis actus illius ſit; quodnam obiectum habeat; explicat ibidem Suarius longioribus; interim tamen nobis videtur dicendum, hunc timorem pro vt fuit in Chriſto, & nunc eſt in beatis, in nullo alio conſiſtere, niſi in eo, vt cum Beati contemplantur D magnitudinem conſiliorum Dei, refugiant illa comprehendere, iuxta illud Apocal.15.vbi, ex quo dicuntur Beati decantare, *magna, & mirabilia ſunt opera tua Domine*, ſubditur; *Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum?* vnde patet fuiſſe in prædictis hunc timorem, quia vere fuit in ipſis quidam obedientiæ affectus ad Deum, tanquam ſupremum Dominum; de quo Lucas; cap.7.

Timor initialis nõ manet in patria, ſed filialis manet.

S. Bonau.

Iſa.11.

Pſal.18.

Quo timor filialis maneat in patria.

Digitized by Google

cap.7. dixit, *accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum*, & affirmant D. Thom.2.2. quæſtio. 19.art.11. Gabriel in 3.diſtinctione 35.quæſtio. vnica, articulo primo, & articulo ſecundo, dubio ſecundo; certum autem eſt, hunc timorem eſſe ex obiecto, & fine bonum, & potuiſſe, vt ſic, eſſe in ipſis, & idem docet S.Doctor 3.part. quæſt.7.artic.6.ad 1.cum verſetur circa eminentem, & ſupremam poteſtatem, exhibendo illi reuerentiam.

D.Thom.

Excuſatur Suarius contra Nugnũ

Sequitur vltimo, inuehi Didacum Nugnum ad 3.part. de contritione, qu.1. articulo ſecundo, dub.3. contra Suarez, quia hic 3. item p.quæſt.85. diſput.5. ſect.2. num.13. docet aliarum pęnarum temporalium timorem, à timore gehennæ, eſſe ſufficientem diſpoſitionem ad gratiam cum Sacramento, ſi tamen ille timor ſit diuinus, & ſupernaturalis; inuehitur autem, perinde quaſi Suarez non memor ſui, ſibi ipſi contradixerit, vt patet legenti; nam, inquit Nugnus, cum Suarez iam cõceſſerit, nullum dolorem naturalem, etiã eleuatum per alios actus ſupernaturales ad eſſe ſupernaturale, fieri poſſe veram attritionem, nec ſufficere cum Sacramento ad gratiã, niſi ſit intrinſece, & ex ſe ſupernaturalis, vt patet ex Suario vbi ſupra, tum alibi, tum nume.11. conſequenter debuiſſe inferre, quod cum huiuſmodi dolor pœnarum temporalium, non ſit intrinſece ſupernaturalis, ſed ſolum ex adiũctione ad alios actus ſupernaturales, non eſſet vera attritio, & cõſequẽter non ſufficeret cũ Sacramẽto ad gratiam, & tamen numero 15. aſſerat ipſe Suarius, huiuſmodi dolorem pęnarum temporaliũ ſufficere ad gratiam cũ Sacramento, ergo ſibi ipſi contradicit. Verum non videtur, quo pacto ſic de facile tantus vir arguatur huius vitij; ſed hoc, quam verum ſit, alijs relinquamus iudicandum; interim tamen, etſi multum elaborauerimus in hoc, non potuimus tamen huc vſque hanc noſſe in Suario contradictionem; nam certum eſt ex eodem Suario, vt patet ex toto illo numer.11. loci ſupra citati; illum requirere ad ſupernaturalitatem habitus, præter gratiam excitantem, & concurſum ſupernaturalem, etiam motiuũ aliquod ſupernaturale, quibus ad eſſe ſupernaturale habitus eleuetur; ex quo bene ipſe, & cohærenter potuit deinde nu.15. inferre, timorẽ pęnarum aliarũ temporalium, vt ſic, fieri poſſe ſupernaturalem, & item ſufficientem ad gratiam cũ Sacramento; ſicuti timor gehennæ ſufficit hoc modo, vt patet ex ijs, quæ ipſe Suarius dicit eodem citat. numero 15. ſic enim habet. *Itaque quamuis pœnæ temporales ſint; ſi tamen conſiderantur, vt inflictæ à Deo, & vt nobis indicant iram eius, & quodammodo inchoant diuinum ſupplicium, niſi emendemur, ſub ea ratione poſſunt mouere ad ſupernaturalem attritionem, quæ optime reducitur ad illam, quæ eſt ex metu gehennæ, &c.* Quid clarius potuit dixiſſe Suarius? quo, indicaret omnia, quibus ille timor fieret ſupernaturalis,

Excuſatur Suarius.

turalis, & conſequenter ſufficiens diſpoſitio ad gratiam cum Sacramento; Vnde ad argumentum Nugni, quod format contra Suariũ, reſpõdetur, falſum eſſe, quod aſſumitur in maiori; nam dolor, & deteſtatio naturalis, ſi eleuetur eo modo, quo ponit Suarius, & nos ſupra diximus, iam non naturalis, ſed ſupernaturalis erit, & ſic etiã dicimus ad ſequelam eiuſdem argumenti, dolorem, & deteſtationem peccati ex metu pœnarum temporalium fieri ſupernaturalem, modo iam explicato, ex motiuo ſcilicet ſupernaturali, & concurſu ſpeciali ſupernaturali, & alijs ſupra adductis. Atque hæc de hac priori ſectione, quæ fuit de contritione ſecundum ſe.

SECTIO II.

De Proprietatibus, & Conditionibus Contritionis.

QVAESTIO PRIMA.

An requiratur ſingularis contritio in ſingulis peccatis deteſtandis.

Quæſtio hæc longe facilior, & clarior fiet, ſi aliam prius explicauerimus, & eſt, An ad conterendum de peccatis, neceſſarium ſit præmittere examẽ, quã quæſtionem ſemper difficilẽ no- A uimus, vt non facile quid ſit dicendum, appareat. Nos tamen ea, quę ab aduerſarijs dicentur, fideliter afferemus, ac confutabimus; vt ſic faciliimum fiat, cuique veritatem inſpicere, in re tam perplexa. Eſt igitur

DVBITATIO PRIMA.

B

An ad eliciendam contritionem peccatorum prærequiratur aliquod examen.

Supponimus autẽ primo. Contritionem, vt patet ex ijs, quæ diximus, pertinere ad voluntatem, præſupponere tamen aliquid in intellectu; conſiderationem ſcilicet, & memoriam de peccatis commiſsis, vt C illorum deinde elicere poſsit dolorem, iuxta illud Ezech. 18. *conſiderans peccata ſua &c.*

Supponimus ſecundo, ad contritionem ſupponi fidem, & cognitionem ſupernaturalem, eſt enim contritio actus ſupernaturalis elicitus, vt iam patet ex dictis non propter dolorem pænarum, ſed propter Deum ſumme dilectum; D ad quod certum eſt, non ſatis eſſe, ponere ſolam cognitionẽ fidei in intellectu, ſed oportere præterea habere aliquam cognitionem peccati a ſe commiſsi, & hinc oritur ratio dubij: quæ, & quanta debeat eſſe cognitio peccatorum, vt ad ipſa contritio ferri poſsit. Vtrum ſcilicet ſatis ſit cognitio quædam confuſa, & dubia,

Digitized by Google

bia, an requiratur peculiaris, & diſtincta omnium peccatorum, & qua ratione.

Alij affirmant, requiri ſcilicet ad remiſsionem peccatorum mortalium per contritionem, diſtinctam cognitionem omnium illorum, volunt enim hi Doctores, præceptum contritionis antecedenter obligare ad examen conſcientiæ, ita S. Thomas tum in 4. diſtinct. 17. quæſt. 3. art. 2. ad 2. tũ 1. 2. q. 113. art. 5. ad 3. tum 3. part. q. 87. art. 1. tum denique q. 28. de verit. art. 5. ad 4. Adrian. q. 3. quæ eſt de baptiſmo, Canus relect. de pęnit. p. 3. Sotus in 4. diſt. 17. quęſ. 2. artic. 3. Medin. C. de pęnit. tract. primo, quæſtio. 3. Silueſter verbo Contritio nu. 5. Angelus ibidem nu. 4. Rodriquez cap. 48. de contrit. Coſmas Phil. de Sacramento pęnit. libr. 2. cap. 20. Didacus Nugn. in addit. ad 3. p. q. 2. art. 6. concluſ. 2. Citantur alij in hanc ſentẽtiam; ſed hi potius de contritione in ordine ad confeſsionẽ loquuntur, ad quam certum eſt ex communi præquiri hoc examen, neq; de hac hoc loco quæritur.

S. Thom.

Poteſt autem probari hæc ſententia; primo, ex ſcripturis Pſalm. 6. *lauabo per ſingulas noctes lectũ meum, lachrimis meis ſtratum meum rigabo*. vbi Gloſſa ait, *per ſingulas noctes intelligi ſingula peccata, ſuper quibus ſingularibus flere debemus, ad hoc vt lauetur lectus*, id eſt, conſcientia hominis, ergo ſupponit hoc examen neceſſarium; nam prius eſt de illo cogitare, tum ex illo moueri ad fletum.

Pſal. 6.

Gloſſa.

Pſalm. 76. *cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui*. Pſal 76.

Iſa. 38. *recogitabam tibi omnes annos meos, &c.* Iſa. 38.

Ezec. 18. *Si impius egerit pænitentiam ab omnibus, &c.* quæ omnes auctoritates videntur indicare, hoc examen faciendum, ergo. Ezech. 18.

Probatur ſecundo ex SS. Patribus, & primo eſt

S. Chryſoſtomus libro primo de compunctione cordis capitulo ſecundo, *hoc eſt*, inquit, *quod expoſcitur à nobis, vt ſemper recordemur mala noſtra & ad animum reuocemus, & conſcientiam geſtorũ noſtrorum habeamus ante oculos noſtros, vt pro ijs ſupplicemus Deo.* Item libro ſecundo, circa finem, *oportebat*, inquit, *nos ſemper non ſolum nos ſcire exomologeſim, & confiteri, quia in nobis multa delicta ſunt, verum, & vnumquodque peccatũ, & maius, & minus quaſi in libro, ita in corde noſtro habere deſcriptum, idque frequentius recognoſcere, atque ante oculos ponere, & tamquam hæc nuper admiſſa, lugere, &c.* quo loco loqui Chryſoſtomum de confeſsione, quæ fit Deo, non quæ fit ſacerdotibus, teſtatur Canus vbi ſupra. Item homil. 4. de Lazaro, *ſingulis*, inquit, *horis, & diebus renouemus apud nos hoc iudicium, ſententiam aduerſus nos ipſos feramus, omnique modo conemur confiteri Deo, &cæt.* Item homilia ſexageſima in Geneſ. ſub fine, *& ne*, inquit, *peccata, quæ nobis videntur parua, contemptim prætereamus, ſed* S. Chryſoſt.

Digitized by Google

ſed quotidie à nobis rationes repetantur, & verborum, & ſpectationum, & pœnas de nobis ipſis ſumamus, vt nos a futuro ſupplicio liberemus. & item homil. 9. ad Hebræos, à medio fere per totum.

S. Auguſt. Auctor.

Sanctus Auguſtinus lib. 50. homil. capit. 9. & Auctor de vera, & falſa pęnit. cap. 9. 14. & 17. & refertur cap. Conſideret, de pœnit. diſt. 5.

S. Gregor.

S. Gregorius hoc idem videtur dixiſſe, tum 4. moral. capit. 15. *In tenebras ergo*, inquit, *vertitur, cũ culpa in ipſo delectationis exordio, ad quem perditionis finem rapiat, videtur, in tenebras ergo diẽ vertimus, cum noſmet ipſos diſtricte punientes, ipſa delectationis praua blandimenta per diſtricta pœnitentiæ lamenta cruciamus, & cum flendo inſequimur, quidquid in corde taciti ex delectatione peccamus, quia enim fidelis quiſque cogitationes exquiri ſubtiliter non ignorat, Paulo atteſtante, &c.* cum iis quæ ſequuntur, &c. quod item repetit lib. 8. cap. 11.

Tertio probatur ratione, quia in omni lege pęnitentia interna requiritur propter externam, externa autem pęnitentia in omni lege requirit aliquam expreſſionem peccati, ergo etiam pęnitentia interna.

Secundo etiam probatur, quia nulla eſt ratio, cur dicatur hoc examen eſſe neceſſarium ratione confeſſionis, & non ratione contritionis, ergo ſi propter confeſſionem illud examen eſt neceſſarium, erit etiam propter contritionem.

A Tertio, quia, vt arguit Didacus Nugnus vbi ſupra, vt homo dẽat habere veram contritionem, debet etiam conari ad habendũ dolorem maiorem, iuxta conſiderationem ſuorum peccatorum; ſed id fieri non poteſt, niſi ſit aliquod examen, ergo. probatur antecedens, quia tunc homo fit iudex ſui ipſius.

B Vltimo videtur id voluiſſe Cõcil. Trid. ſeſſ. 14. c. 4. vbi explicans illa verba citata ex Iſa. 38. *recogitabo tibi omnes annos meos, &c.* interpretatur illa de conſideratione peccatorum præmittẽda ante pęnitentiam, ergo ex mente Concilij videtur præmittendum hoc examen ad contritionem. Conc. Trid. Iſa. 38.

Alij negant illud examen eſſe neceſſarium ad contritionem, ita C videntur ſenſiſſe Illuſtriſs. Caiet. tum 1. 2. q. 113. art. 5. ad 3. tum 3. p. q. 87. art. 1. tum q. 2. de contritione ad 3. p. Tho. de Argent. in 4. d. 17. q. 1. art. 2. Petrus Sotus lect. 13. de pęnit. circa finem. Nau. in Manual. c. 1. n. 25. Maior. in 4. d. 17. q. 3. Andreas Vega lib. 14. in Conc. Trid. c. 25. Ledeſma 2. p. 4. q. 1. art. 3. Bottarellus tract. 3. de efficacia D contrit. c. 14. Suarius ſup. diſput. 4. ſect. 6. & alij.

Notan. primo, cum quærimus, An pęnitentia debeat eſſe diſtincta de omnibus peccatis, non agimus de pęnitentia in ordine ad Sacramentum cõfeſſionis, in quo tamquam pars Sacramẽti, eſt cauſa gratiæ ex opere operato, hæc enim pęnitentia ſine dubio eſſe debet cum diſtincta cognitione multitudinis peccatorum, & conſequen-

Digitized by Google

ſequenter cum examine præuio illorum ſecundum facultatem pę nitentis,eſt enim hęc diſtincta cognitio neceſſaria ad integritatem cõfeſſionis, vt ſuo loco,Deo fauente,oſtendemus;ſed de pęnitentia, quæ poteſt impetrare veniã peccatorum ex opere operantis, antequam Sacramentum actu ſuſcipiatur,& dicitur contritio: An ſcilicet ad hanc prærequiratur illa diſtincta cognitio peccatorum, illorumq; omnium præuiũ examen.

Notan.ſecundo,certum eſſe,vt ſit pęnitentia perfecta,ideſt,vt reconciliet hominem Deo ante Sacramentum, eſſe debere aliquo modo de omnibus peccatis commiſsis, & præterea etiam debere neceſſario coniungi cum aliqua intentione non peccandi incompoſſibili cum tranſgreſſione legis diuinæ, vt indicãt verba Ezec.18. *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt,&c.* illæ particulæ *ab omnibus peccatis,&c.& cuſtodierit omnia mandata,&c.* aperte indicant, pęnitentiam,quæ impetrat veniã eſſe debere de omnibus peccatis, & præterea incompoſſibilem cũ voluntate peccandi, vt bene definiat Concil.Trid.ſeſs.14.c.4. contritionem,eſſe animi dolorem, ac deteſtationem de peccato commiſſo,cum propoſito non peccandi de cętero, vt ſupra dictum eſt.

Ezec.18.

Conc.Trid.

Vnica concluſio. certum videtur ſine examine conſcientiæ, cũ ſola contritione vniuerſali, poſſe aliquẽ puncto tẽporis iuſtificari.

A Quod ad poſtremam partem cõcluſionis,iuſtificationem.ſ.poſſe fieri inſtanti temporis,eſt communis ſententia Theologorum, quã habet S.Tho.1.2.q.113. art.7. & ſequuntur S.Bonauent.in 4.d.16. artic.3.q.1 Sot.lib.2. de natura,& gratia,c.14.Medin.1.2.q.111. art. 2.& cęteri Scholaſtici cõmuniter, & præterea

S.Thom.

S. Bonau.

B Probatur auctoritate ſacrę Scripturæ. Ezec.33. *Impietas impij nõ nocebit ei,in quacumque die conuerſus fuerit.*& cap.18. iam dixerat, *in quacunque hora ingemuerit peccator;* quæ indicant inſtantaneam mutationem peccatoris, iuxta communem omnium expoſitionem.

Ezech.33.

& cap.18.

Iſa.30.*cum reuerſus ingemueris ſaluus eris.*

Iſai.30.

C Eccleſ.c.11.*facile eſt, in oculis Dei ſubito cohoneſtare pauperem,* id|eſt,iuſtificare, quæ item indicãt iuſtificationem peccatoris fieri a Deo in inſtanti.

Eccleſ.11.

Probatur pręterea eadem pars auctoritate SS. Patrum.

S.Bern.ſerm.de Magdalena,*feſtinanter,*inquit, *& ſine vllo interuallo coniunguntur lachrimæ peccatricis,& miſericordia Saluatoris,*

S.Bernard.

D quis aũt neſciat iuſtificationẽ Magdalenæ,etſi haberet plurima peccata,fuiſſe in inſtanti.

S.Chryſoſt.hom.80. loquẽs de conuerſione Petri, *eadem,* inquit, *nocte,qua Chriſtum negauit, fuiſſe veniam peccatorum aſſequutũ;* vt ſic indicaret, & conuerſionem ipſius fuiſſe inſtantaneam.

S. Chryſoſt.

Item in epiſtola ad Theodorũ

lapſum,

Digitized by Google

lapſū,& refertur in c. Talis, de pœnit.d.2. *Deum*, inquit, *non deſpicere pœnitentiam quantulãcunque, & quamlibet breui tempore geſtã.*

S. Leo. S.Leo epiſtola 91. *miſericordia*, inquit, *diuinæ non poſſumus tẽpora definire, apud quem nullas patitur moras vera conuerſio.*

Celeſtin. Celeſt. deniq; Papa epiſt.2.c.2. *vera*, inquit, *ad Deũ cõuerſio mẽte potius eſt æſtimanda, quã tempore.*

Probatur denique vnica rõne, quia nullo modo eſt negandũ diuinæ virtuti, atque omnipotẽtiæ, quin ſuã gratiã in inſtanti introducere poſsit in hominem, ergo neq. eſt negãdũ quin poſsit hominẽ peccatorẽ in inſtãti iuſtificare.

Quoad priorem partem cõcluſionis, quod ſcilicet examen non prærequiratur ad contritionem,

Reijcitur Nugnus. Probatur primo ex communi ſententia, quidquid dicat Nugnus vbi ſupra, nam nemo eſt, qui neget huiuſmodi examen ſaltẽ non requiri in ſubitis iuſtificationibus, vt habent etiam, qui ſunt in contraria ſententia, Sotus, Coſmas Phil. & ipſe Didacus Nugnus vbi ſupra cum alijs, ergo poteſt homo iuſtificari ſine examine conſcĩæ.

Reſpondet Didacus, id eſſe per accidens; regulariter tamen requiri aliqđ examẽ, & aliqđ tẽpus.

Contra, ſufficit nobis, quomodocunque illud ſit, vt poſsit dari vera contritio, quæ iuſtificet ſine aliquo examine, vt poſsimus affirmare illud examen non requiri neceſſario per ſe, & eſſentialiter ad contritionem; nam certum eſt, ſi huiuſmodi examen neceſſario, & per ſe requireretur, nullo modo poſſet dari contritio, quæ iuſtificaret ſine illo; hoc enim eſt de intrinſeca ratione illorum, quæ per ſe cõueniunt alicui rei, etiam motali, vt ſine illa, nunquam poſſint eſſe, quemadmodum non datur homo ſine rationalitate, & riſibilitate; quia per ſe illi conueniunt, licet non eodem modo: recte igitur nos poſſumus colligere, quia datur contritio iuſtificans hominem ſine præuio examine; hoc examen non neceſſario, neque per ſe prærequiri ad illam. qũo aũt hmõi examen ſe habeat ad contritionem, infra dicemus.

Secundo probatur eadẽ pars, quia neque ex ſcripturis, neque ex ſanctis Patribus, neque ex Cõcilijs poteſt probari neceſsitas huius examinis, vt bene deducit Caietanus, & infra conſtabit; Imo, cum iam probauerimus ex ijſdem, iuſtificari impium in inſtanti de facto, videtur neceſſario colligendum, illud examen non neceſſario prærequiri.

Confirmatur, quia conſideratio peccatorum vitæ antecedentis circa ſingula peccata, etiam in ſpecie poteſt contingere in multis caſibus, ſine mora longioris temporis, ergo non requiritur hoc examen, probatur antecedens ex exẽplis adductis de Magdalena, & Petro, quorum conuerſiones fuerunt inſtantaneæ. & præterea patet ex Luc. 19. de Zacheo principe publicanorum, qui veniente ad ipſum Domino iuſtificatus eſt, vt indicant verba illa Chriſti loco citato, *hodie huic domui ſalus facta eſt*; præterea ex Luc. 23. de Luc. 19. Luc. 23.

latrone

Digitized by Google

latrone illis verbis; *Hodie mecum eris in paradiſo*; & tamen in his nullum legitur interueniſſe examen; etiamſi plurimis iiſque grauioribus peccatis premerentur.

Tertio probatur idem, vel hoc examen requiritur ex natura rei, vel quia ex voluntate Dei neceſſario coniungitur cum contritione, non primum, nam etiam qui ſunt in contraria ſententia concedunt perfectam contritionem haberi interdum ſine hoc examine, vt iam dictum eſt: neque ſecūdum, quia nō facile probari poteſt hæc inſtitutio diuina, quidquid dicat Canus, vbi ſupra.

Reijcitur ſententia Cani & Soti. Sequitur primo, nullo modo probari ſententiam Cani, & Soti vbi ſupra, quatenus exiſtimant in omni lege fuiſſe hoc examen, vel in re, vel vita neceſſarium, ratione medij, & ratio eſt, tum quia id ſine vllo fundamento aſſeritur, tum quia hoc examen ſolum præſcribitur & à Doctoribus, & a Concilio Tridenti. ſeſſ. 14. cap. 4. in ordine ad confeſſionem, vt iam pręnotauimus; Vnde colligendum videtur, vt ſicut in lege veteri non fuit neceſſaria confeſſio, ſic neque examen. *Conc. Trid.*

Sequitur ſecundo, neque probari ſentētiam eiuſdem Soti, item vbi ſupra, quatenus vult hoc examen eſſe etiam neceſſarium neceſſitate præcepti, tum quia non facile probare ipſe poterit, quale nam ſit hoc præceptum; An iuris naturalis, an iuris poſitiui; tum quia ſi huiuſmodi prçceptum obligaret, vel obligaret ante iuſtificationem, vel poſt; ſecundum dici

A non poterit, nam ipſe etiam Sotus concedit, vbi quis iuſtificatus eſt, non amplius teneri præcepto contritionis; neque primum, quia ante iuſtificationem nemo obligatur, niſi præcepto contritionis, neque enim aliud requiritur ad iuſtificationem prçter ipſam contritionem, per ſe loquendo; dictum eſt autem hoc examen intrinſece, & per ſe non pertinere

B ad natura, & rationem contritionis; Diximus per ſe, nam per accidens, vt docet Suarius ſupra ſect. 6. nu. 9. & 10. poterit illa recogitatio pertinere ad illam.

Reſpondet Didacus Nugnus, vbi ſupra, id connaturale eſſe virtuti pænitentiæ, id eſt, contritioni, vt habeat tāquam quid neceſſario prærequiſitum hoc examen.

C Contra, nam id cōnaturale eſſe debet pænitentiæ, quo ipſa intrinſece, & per ſe conſtituitur; Iam autem dictum eſt, illam per ſe non cōſtitui ex illo examine, ideo non debet tale examen dici ad illam connaturale; ſed potius accidens illius; licet enim contritio aliquando moraliter illud examen prçhabeat; aliquando tamen illud non *Reijcitur Nugnus.*

D habere, patet ex dictis, quare cum tale examen poſſit adeſſe, & abeſſe, potius accidens; non aliquid eſſentiale, aut per ſe requiſitum, dicendum eſt.

Sequitur tertio, pęnitentiam de peccatis in confuſo, qua homo cogitet ſolum ſe offendiſſe Deum, atque eſſe illi inimicū, eſſe poſſe aliquando ſufficientē, & perfectā ad iuſtificationē extra ſacrum cōfeſſionis, & rō eſt, q̃a hęc pęnitētia de

peccatis in confuſo vere eſt propter Deum, & de omnibus peccatis, & cum voluntate incompoſſibili cum peccato, ac proinde ſufficiens diſpoſitio ad iuſtificationē, quandoquidem eſt ſufficiens retractatio de peccatis, hanc autem pœnitentiam, & eſſe in inſtanti, & ſine præuio examine, quis non videat? & patet ex dictis.

Reiicitur Silueſter. Sequitur vltimo contra Silueſtrum verbo contritio num. quinto, S. Antonin. 3. par. titulo 14. capitulo 18. §. 4. Tabienam verbo contritio. numero 10. veriſſimam eſſe ſententiam omnium Theologorum. Richardi in 4. diſt. 17. ar. 1. quæſt. 5. Soti, q. 2. art. 4. Medinæ, C. de pœnitent. tract. 1. quæſtio. 5. Toleti libro 3. inſtruct. cap. 5. numero 5. vt alios, & antiquiores, & moderniores omittamus, contritionem, quæ ſatis eſt ad iuſtificationem, non debere neceſſario eſſe maiorem, vel minorem, ratione maioris, vel minoris peccati mortalis; Mortalis, inquam, nam ſi loqueremur de mortalibus, & venialibus ſimul, certum videtur pœnitentiam de peccatis mortalibus, eſſe debere maiorem, quam de venialibus, & ratio eſt, quia cum pęnitentia de mortalibus debeat eſſe explicita, vel conſiderentur actu, vel virtute, vt ſuo loco oſtendemus; de venialibus autem ſufficiat virtualis, etiamſi actu peccata conſiderentur, vt docet S. Thom. 3. part. quæſt. 87. art. 1. fit, vt quæ pęnitentia eſt de mortalibus, dicatur maior: Quod autem non requiratur maior pœnitentia reſpectu peccati maioris, loquendo de mortalibus; probatur; tum quia, vel minima contritio ſufficiens eſt ad remittendum peccatum, vel grauiſſimū, vt inter alios innumeros, docent Sotus in 4. d. 17. q. 2. art. 4. Medina, C. de pœnit. tract. 1. q. 5. Gab. in 4. d. 15. q. 1. art. 1. Tabiena verbo contrit. num. 17. Tolet. lib. 3. cap. 5. num. 7. Sequuti D. Tho. in 4. d. 17. q. 2. art. 5. q. 3. & 3. p. queſt. 86. art. 3. & ratio eſt manifeſta, tum quia quæcumque, vel minima contritio, modo retineat naturam contritionis, eſt ſufficiēs, & vltima diſpoſitio ad gratiam, quæ deinde expellit ex natura ſua omnia, & quæcumque peccata mortalia, vt habet S. Thom. loco citato ex 3. par. q. 86. art. 3. & nos fuſius infra oſtendemus; tum quia nulla certa duratio, aut intenſio contritionis requiritur ad remiſſionem peccati, vt probabimus; tum denique, quia ad remiſſionem cuiuſcumque peccati eſt neceſſaria pœnitentia de omnibus peccatis propter Deum, vt iam dictum eſt, ergo quæ pœnitentia ſufficit ad remiſſionem minoris peccati mortalis, ſufficiet etiam ad remiſſionem maioris. Hoc autem, quod diximus, intelligendum eſt de peccatis mortalibus, quoad culpam, non quoad pœnam, nam ſi loqueremur de hac, certum videtur, maiori deteſtatione eſſe vnum peccatum deteſtandum, quam aliud, vt inter alios docuerunt Sotus, & Toletus vbi ſupra; & alibi oſtendendum erit, & ratio eſt, quia maior pœna debetur vni, quam alij peccato; pro qua re

Quomodo contr. poſſit eſſe maior, & minor.

S. Thom.

Vel minima contritio expellit omnia peccata.

S. Thom.

No-

Digitized by Google

Quomodo ad plura peccata dicatur maior. Notan. eſt, quando ſunt plura peccata mortalia, contritionem ſecundum extenſionem ad obiecta materialia, debere eſſe maiorē, quam cum ſolum eſt vnum peccatum, & ratio eſt, quia ſi peccata conſiderentur, neceſſarium eſt, vt pænitentia ſit explicita de illis omnibus, ac proinde, vt habeat hanc peculiarem perfectionem maiorem, quam habeat pænitentia, ſeu contritio, quæ vt ſic ſolum fertur ad vnum peccatum; Vnde illud *S. Ambroſ.* D. Ambroſij in epiſtola ad Virginem lapſam, c. 8. *Secundum grauitatem delicti eſſe debere pænitentiæ magnitudinem.*

Sed iā veniamus ad ſolutionem argumentorum contrariæ ſententiæ.

Et primo reſpondetur ad illa omnia in vniuerſali, argumenta in contrarium facta, vel eſſe intelligenda in ordine ad ſacramentum confeſſionis, ad quod, vt iam innuimus, neceſſario prærequiritur examen peccatorum; quo ſenſu eſſe loquutos crediderimus antiquiores Scholaſticos, qui citantur contra nos: vel eſſe intelligenda de eo, quod melius, atque vtilius eſt, non autem de eo, quod ſit per ſe neceſſarium; vtilius autem eſt, ſi fieri poſſit, peccata omnia in memoriam reuocare, illorumque examen præhabere, vel tertio intelligi poſſe, peccata quidem omnia eſſe deteſtanda, non tamen ita vt hoc per ſe ſit intrinſecum; vel denique ſi opportunitas ſit, eſſe faciēdum huiuſmodi examen, vt infra dicemus.

In particulari autem reſpondetur ad primum ex ſcripturis, & primo quod attinet ad verba illa Pſalmi 6. Prophetam nobis commendare ſingularem conſiderationem, & diſcuſſionē peccatorū, quæ ſingulis diebus facienda eſſet, vt ſic excitaremur ad veram, & perfectam pænitentiam illorum, & ad emendationem eorumdem in futurum; & ad illam Gloſſam poſſumus primo reſpondere, licet cōtritio ſufficienter expellat peccatum, modo iam explicato; attamen ſi tempus ſit, debere deplorari ſingula peccata; ne pænitens iterum labatur in illa; ea enim deploratione fit, vt tollatur inclinatio, ne ſic de facili in peccata labantur: vel dicamus loqui de illis, qui non omnino peccata deteſtantur, vt explicat Thomas de Argent. in quarto diſtinctione 17. quæſt. 1. artic. 2. vnde ex illis nihil ſequitur contra noſtram concluſionem. *Explicatur locus ex Pſal. 6.*

Ad Pſalmum 76. reſpondetur, Dauidem illis verbis id voluiſſe ſignificare, ſe mente, atque animo totum præteritum tempus complexum, ac meditatum eſſe, & animaduertiſſe, quanta ſit Dei prouidentia erga bonos; alia vero, quæ adduntur à Dauide, ſolum addi, vt oſtenderet, ſe conſueuiſſe meditationes multas exercere, maxime vero nocturno tempore, & his ſolere animam ſuam ſcopere. Quod ſi quis adhuc noluerit probare has expoſitiones, & adhuc voluerit, verba illa vere eſſe referenda ad examen peccatorū commiſſorum, vt videtur voluiſſe Illuſtriſſimus Belarm. lib. 2. de pænit. *Ex Pſa. 76.*

Digitized by Google

c.11.cũ alijs; nobis non multũ eſſet elaborandum, vt id illis concederetur, neque tamen inde ſequeretur aliquid contra noſtram concluſionem; nihil enim aliud probaretur, quam ſancta quædam, ac laudabilis conſuetudo piorum hominum, qui ſæpe peccata ſua flere, ac deplorare ſolent, quod nos numquam, aut negauimus, aut ſumus negaturi: tantum enim illud negamus, quod ad contritionem veram non prærequiratur examen aliquod, quod nullo modo aſſeritur a Propheta.

Ex Iſa. 38. Ad Iſaiam ex capitulo 38. Primo poſſumus reſpondere, illa verba non facere contra noſtram concluſionem, neque enim aliud ſonare videntur, vt patet illa conſideranti, niſi quod Dauid illis profiteatur, ſe ſolere ſuos annos præteritos in memoriam reuocare; quos, quia cognoſcebat paruos, atque exiguos, ac multis tribulationibus, calamitatibus, ac miſerijs repletos, ideo ſe iure conqueri. Secundo poſſumus etiam dicere, verba illa Iſaię ſignificare quidem ſingularem conſiderationem de peccatis eſſe vtilem, & piam ad excitandam perfectam pænitentiam, per diſcuſſionem ſcilicet grauitatis cuiuſcumque peccati, nam pænitentia, quę ita excitatur, efficacior eſt ad emẽdationẽ vitæ futuræ; non tamen ſignificare illa verba; ex ſola cogitatione in confuſo, non poſſe elici contritionem perfectam de omnibus peccatis, vt propterea requiratur illud examen de illis, vt iam patet ex dictis.

Ex Ezec. 18. Ad Ezech. ex cap. 18. reſponde- A tur, omnino videri nouum, quod affert Canus; verba illa Prophetæ, facere iudicium, &c. nihil aliud ſignificare, niſi facere examẽ conſcientiæ; Melius ergo dicendum videtur, verba illa ſonare, vel quod pænitentia ſit facienda cum iudicio, vel quod verius videtur ex D. Hieronymo ibidem, quod ibi loquatur propheta de iudicio, quod B quis tenetur facere proximo, vel denique, & quod magis probatur, quod facere iudicium, aliud nihil ſit, niſi bene viuere. *Quid ſit facere iudiciũ.*

Ad argumenta ex SS. Patribus, reſpõdetur primo, illa omnia poſſe intelligi in ordine ad confeſſionem, quod non eſt contra nos, vt iam dictum eſt

Reſpondetur ſecundo, quæ dicuntur a SS. Patribus, non tam eſſe C referenda ad examen conſciẽtiæ, quod ſit faciendum ante cõtritionem, quam ad aſſiduam quãdam peccatorum memoriam, quam homo in hac vita elicere debet, vt ſuã excitet voluntatem ad ſatisfaciendum pro peccatis.

Tertio reſpõdetur fortaſſe a SS. Patribus ea dici ex concilio.

Reſpõdetur vltimo, SS. Patres ſolũ ea dixiſſe, vt ſic intelligeremus, D peccata ſemper eſſe deteſtanda, quod verum eſt, quod tamen ſine illo examine fieri poteſt.

Ad primũ ex ratione deductũ, reſpondetur falſum eſſe in omni lege, pęnitentiam internam fuiſſe neceſſariã propter externam; Imò in lege naturę nulla erat pęnitẽtia externa, quicquid aſſerat Nugnus ſup. q. 86. a. 2. dub. 1. concl. 1. In lege autem ſcripta, etſi erant ſacrificia

externa

Digitized by Google

externa ad expianda peccata, illa tamen ſacrificia per ſe non valebant ad remiſſionem peccati, niſi quatenus poterant excitare internam pænitentiam, ratione cuius poterant iuſtificare, vt alibi oſtenditur; atque ita potius pænitentia externa erat propter internam, & licet in lege veteri eſſet neceſſaria in illis ſacrificijs aliqua expreſſio peccati; non tamen erat neceſſarium, ſingulas peccati ſpecies exprimere, atque enumerare, quod tamen requiritur nũc in noua lege, vt ſuo loco dicemus, Deo fauente.

Ad ſecundum, negatur antecedens, & ratio diuerſitatis eſt, quia ſacerdos in cõfeſſione, vt diximus in priori opuſculo, gerit vicem iudicis; Vnde, vt proferat rectã ſententiam, & iuſta alia retineat, alia ſoluat, & adhibeat, quæ adhibẽda ſunt, debet omnia optime noſſe; id quod habet ex examine, quod a pænitente fit, quæ tamen per ſe non requiruntur in contritione, vt iam dictum eſt; ex quo ſatis patet, cur hoc examen ad confeſſionem adhibendum ſit, non autem ad contritionem.

Reſpondetur ad argumẽtum Nugni. Ad tertium ex Didaco Nugno, iam patet ſolutio, imprimis enim ſupponit ad maius peccatum requiri maiorem dolorem, quod falſum eſſe, iam patet ex dictis, quia minimus dolor ex contritione, ſi ſit perfectus, ſufficit ad delẽdum, vel grauiſſimam culpam; præterea ſupponit in actu contritionis pænitẽtem eſſe ſibi iudicem, quod proprie falſum videtur, neque enim dum peccator conteritur de

Onuph. de Pœnitent.

A peccatis, tenetur omnia in particulari cognoſcere, & ſic de illis dolere, niſi intelligatur, quod pænitens in contritione ſit ſibi iudex, quia debet ſeipſum contritionẽ caſtigare, quod tamen non facit ad rem, quare ad argumentu n poſſumus negare vtramque propoſitionem, &c.

Et quoniam Didacus Nugnus, vbi ſup. ſatis triũphat in eo, quod B exiſtimet pro ſua ſentẽtia habere S. Th. & alios grauiores Scholaſticos. ideo, & ne hoc illi relinquamus, conabimur S. Tho. explicare, ita vt nullo modo fuiſſe contra nos exiſtimemus. *Conc. Trid.*

Reſpondemus igitur primo ad D. Tho. & alios; illos potius fuiſſe loquutos de pæn. in ordine ad cõfeſſionem, quam ſecundum ſe.

C Verum hæc reſponſio, neque nobis ſatis placet, & bene impugnatur a Soto, vbi ſupra ar. 3. nam reuera præcipue de Sancto Thoma non eſt dubium, quin loquatur de iuſtificatione extra ſacramentum, vt patet ex p. 2. vbi ſup. & 3. part. q. 87. a. 1. De alijs vero DD. poteſt eſſe aliqua dubitatio, ſed nihil ad nos.

Reſpondetur igitur ſecundo, *Explicatur D. Thom.* D quoad S. Th. ipſum loqui quidem de iuſtificatione, ſed quæ vt plurimum contingit, & ſicut, cũ de hac loquitur, ſolet S. Doctor enumeraſſe multos alios actus, qui reuera ad ipſam non neceſſario ſpectant, ſic & locis ſupra citatis loquutus eſt; In hac autẽ iuſtificatione (loquimur autẽ hic de illa, quæ fit extra ſacramentũ) quæ eſt in tẽpore, & vt plurimum fit, id communiter

Digitized by Google

accedere ſolet, vt adſit illud examen; non tamen, vt aliquod neceſſarium, & per ſe; ſed tamquam quid, quod accidit illi, ſi fiat in tempore; nam, vt aduertit Caietanus, par. 2. vbi ſup. S. Thomas ſic voluit ſignificare ordinem, quaſi materialem, quo peccator, incipiendo à deteſtatione alicuius peccati in particulari, tādem deuenit ad deteſtationem de omnibus, vt ſit iuſtificetur, vt propterea bene diſerit S. Thom. vbi ſupra, iuſtificationem ex parte diſpoſitionum, fieri in tempore, quare ex eo loco non colligitur neceſſitas huius examinis in contritione.

Et eodem modo poſſumus reſpondere ad alia, quæ ex ipſo adducuntur; licet ad illud ex 3. par. poſſit verius dici, S. Thomam non agere de pœnitentia ſolum ea ratione, qua ſufficit ad iuſtificationem ante ſacramētum; ſed etiam ea ratione, qua confert ad iuſtificationem in ſacramento, ad quam neceſſarium eſt, vt cum pœnitentia coniuncta ſit conſideratio ſingularis de omnibus peccatis mortalibus pro facultate, & opportunitate peccatoris, vel ſaltē votum implicitum conſiderandi, modo prædicto, ſingula peccata; quatenus ſcilicet eſt neceſſarium ad ſacramentum confeſſionis.

Et ex his ſatis patet, ad contritionem veram, & perfectam, non neceſſario, & per ſe prærequiri examen aliquod conſcientiæ, aut ante, aut poſt iuſtificationem.

A

DVBITATIO SECVNDA.

An requiratur ſingularis contritio in ſingulis peccatis deteſtandis.

CVm ſatis oſtenſum ſit in ſuperioribus, poſſe hominem iuſtificari ſine aliquo examine peccatorum in ſubitis motibus, & peccatū nullum occurrat, cum generali quadam diſplicentia: conſentaneum nūc videtur, vt inquiramus; Quid, quando peccata occurrunt memoriæ, An tunc ſit neceſſarium ſingula peccata ſingularibus deteſtationibus deteſtari, vt quis iuſtificetur.

B

C

Senſus igitur difficultatis eſt. An cum quis habet memoriam plurium peccatorum, debeat ſingula deteſtari.

Vt autem hanc totam difficultatem aperiamus, ac ſoluamus, illud primo ſciendum eſt, huius dubitationis (in cuius gratiā egimus de priori dubio) duplicem poſſe eſſe ſenſum: Primus eſt, an de facto poſſit aliquis conteri de vno peccato, etiamſi non conteratur de alio; Alter vero, an ſingula peccata poſtulent quaſi ſingulares, & proprias contritiones.

D

Hoc autem loco diſputabimus de hac dubitatione, quoad vtrumque ſenſum, & vt quę a nobis ſunt dicenda, clariora ſint, ac faciliora; inſtituemus dubitationes, in quibus

Digitized by Google

bus ſingillatim de ijs agemus, quæ faceſſunt hanc rem.

Quoad primum igitur. Primo præmittemus nonnulla ex Theologicis, quæ ad præſentem diſputationem facere videntur.

Primo igitur præmittendum, ac diſputandum videtur

An remiſſio peccati poſſit fieri ſine infuſione gratiæ habitualis.

HAlenſis 4.p.q.17.mem.4.ar. 6.Scotus in 2. diſt.28. & in 4.tum d.1.q.6.tum d.14. quæſt.1. art.1.Durandus in 4.d.1.q.7. Gab. d.14.q.1. Almayn.d.16. q.ſecunda S.Bonauent. in 4.d.17. art. primo,q.prima. Ferrarienſ. lib.tertio contra Gent.c.157. aſſerunt poſſe de potentia Dei abſoluta eſſe iuſtificationem impij ſine vlla infuſione gratiæ, ſiue actualis, ſiue habitualis, licet non omnes eodem loquantur modo, neque diſcrepant Sotus lib.2.de natura, & gratia, c. 18.& in 4.d.15.q.1.ar.2.Bart. Medina 1.2.q.113.ar.2.dub.2.Io.Medin.C.de pæn.quæſt.12.niſi quod hi, licet ponant, poſſe quidem iuſtificationem fieri ſine infuſione gratiæ habitualis, ponunt tamen in peccatore actum quemdã ſupernaturalem contritionis, & dilectionis erga Deũ; cum Scotiſtæ, & alij ponant ſolum fieri per dilectionem diuinam extrinſecã, qua Deus peccatum hominis non amplius imputet ad culpam, licet hoc minus placeat Thomiſtis alijs, qui de cætero ſequuntur Scoti ſententiam. Suarius ſup. diſput.9.ſect.4. (S. Bonauēt.)

A a num.15.ſatis conatur, vt probabilem reddat ſententiam Scotiſticam, licet etiam & ipſe aliquo differat. Nugnus denique ad 3. p.q. 86.art.2.dub.2.concl.problematice vtramque ſententiam tuetur. S.Thomas 1.2.q.113.art.2.aperte aſſerit, non poſſe intelligi iuſtificationem peccatoris ſine infuſione gratię habitualis, & ſequitur Illuſtriſſimus Caietanus ibidem, & B Capreol.in 4.d.1.q.2.ad arg. Scoti contra 2. concluſionem. Et licet definitio huius difficultatis proprie pertineat ad alium locum ſupracitatũ ex D. Thoma, quoniam (S.Thom.) tamen hic adiudicauimus interſerendam eſſe hanc difficultatem, ideo breuiter, quid in hac re ſentiamus, afferemus, & explicabimus; ſi tamen primo decretũ Concilij Tridentini hic attulerimus, ex (Conc. Trid.) C ſeſſ.6. cap.7. vbi ſic habet, *Hanc diſpoſitionem, ſeu præparationem iuſtificatio ipſa conſequitur, quæ non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ & donorum, vnde homo ex iniuſto fit iuſtus, & ex inimico amicus, vt ſit hæres ſecundum ſpem vitæ æternæ:* Et poſt D multa, ſic etiam habet. *Demum vnica cauſa formalis eſt iuſtitia Dei, non qua iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit, qua videlicet ab eo donati renouamur ſpiritu mentis noſtræ, & non modo reputamur, ſed vere iuſti nominamur, & ſumus, iuſtitiam in nobis recipientes vnuſquiſque ſecundum ſuã menſuram, &c.* Et poſt aliqua, ſic etiam habet, *id tamen in hac impij iuſtificatione fit,*

Digitized by Google

ne ſit, dum eiuſdem ſanctiſſimæ paſſionis merito per Spiritum ſanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iuſtificantur, atque ipſis inhæret,&c. quæ omnia deinde repetit Cano. 11. Pro quibus

Gratia dupliciter infunditur. Notandum eſt, donum gratiæ poſſe alicui dupliciter infundi, primo per modum habitus permanentis, ſicut de facto infundi in iuſtificatione impij, omnes concedunt, & videtur loqui Conſiliũ loco iam cita. Secundo per modum motionis eo modo, quo Paulus dicitur habuiſſe in raptu lumen gloriæ; Vtrum autẽ in hunc ſenſum poſſit trahi Concil. Tridentin. iam citatum, inferius patebit.

Reſpondetur primo, iuſtificationem peccatoris ex natura rei, ſeu de potentia Dei abſoluta, eſſe non poſſe per illam ſolam extrinſecam denominationem, qua nos Deus diligat, noſtraque peccata non amplius imputet ad culpam.

Hanc concluſionem communiter omnes, exceptis Scotiſtis, habent, S.Th. vbi ſup. S. Bonauent. in 2.d.28.art.1.q.1. Richard. ibidem art.2.q.1. Aegidius.q.2.art.1. Caietanus.1.2.quæſt.113. Barthol. Medin. ibidem, Sotus lib.2. de natura & gratia capitulo 19. & in 4. diſt. 15.quæſt.1.articulo 2.& And. Vega lib.7.de iuſtificat.a capitulo 21. ad 24. *S.Thom.*

Item hæc concluſio eſt contra Lutheranos, vt refert Sotus lib. 2. de nat.& gratia c.19.& 20. qui ſenſerunt homines peccatores fieri iuſtos formaliter per iuſtitiã ſolam, quæ eſt in Chriſto, abſque alia iuſtitia ſibi inhęrente, vnde ſentiunt hi ſolum fauorẽ diuinum per extrinſecam acceptationem efficere homines iuſtos, dummodo credãt ſe eſſe iuſtos.

Probatur autem noſtra concluſio, Primo ex Sacr. Scriptura Ioa.1. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*, quod etiã repetitur 1. Ioan.3. Ioan.8. *Quia omnis, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati*, & poſt aliqua, *ſi ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis*. Vere, ergo non imputatiue, Ioan.17. *Pater ſanctifica eos in veritate.* Ad Rom. 4. *Chriſtus traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram*, ergo noſtra iuſtificatio non ſolum conſtat remiſſione peccatorum per illam non imputationem, ſed etiam animę vita, quæ correſpondet reſurrectioni Chriſti, item ad Ro.5. *Per vnius obedientiam multi iuſti conſtituentur*, non dicit reputabũtur, præſertim, quia opponit ibi iuſtitiã Chriſti peccato Adę, per quod nos vere inficimur peccato. Item c.5. vbi ſic habet D.Paul. *Igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines in cõdemnationem, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ*: ex quibus verbis D. Pauli, ſic poſſumus argumentari, iuſtitia Chriſti per D.Paulum confertur cum peccato Adæ in hoc, quod ſicut peccatum Adæ totam infecit naturã humanam, ita iuſtitia Chriſti cauſaliter ſanctificet omnes iuſtos; ſed Adam per generationem carnalem transfert in omnes homines peccatum originale

Ioan. 1. c.8 *cap.17.* *Ad Rom.4.* *cap.5.* *Paul. ad Ro.*

ginale proprium,& inhærens illis; ergo etiam per regenerationem ſpiritualem Chriſtus Dominus transfert iuſtitiam, & ſanctitatem inhærentem iuſtis, ergo non per iuſtitiam extrinſecam iuſti regenerantur. Minor eſt de fide,& alibi probatur. Item cap.8. *Nihil ergo nũc damnationis eſt ijs,qui ſunt in Chriſto Ieſu*, ergo nihil peccati, ergo non tegitur peccatum, ſed tollitur. Ad Galat. 3. *Si data eſſet lex, quæ poſſet viuificare, vere ex lege eſſet iuſtitia*, ergo apud Apoſtolum,idem eſt iuſtitia, quod viuificatio, ergo iuſtitia eſt per viuificationem. Ex veteri autem teſtamento. Pſalm. 102. *Quantum diſtat ortus ab occidente longe fecit a nobis iniquitates noſtras* & infra, *& iuſtitia illius in filios filiorum ijs qui ſeruant teſtamentum eius*. Daniel 6. *Coram Deo iuſtitia inuenta eſt in me*.

Ad Gal. 3. *Pſal. 102.* *Daniel. 6.*

Probatur etiam concluſio auctoritate Sanctorum Patrum, præſertim vero D. Auguſt. quem maxime putant hæretici ſibi fauere, primo enim ſępius ipſe exponens illud, quod ait Apoſtolus, Chriſtũ eſſe iuſtitiam noſtram, vel nos eſſe iuſtos per iuſtitiam Chriſti, & Dei, explicat diſſertis verbis intelligendum eſſe de iuſtitia, non qua ipſe Deus iuſtus eſt, ſed de ea,qua nos iuſtos facit, & nobis infundit, ita enim habet libro decimoſecundo confeſſ. capitulo 15. Epiſtola 85. quæſtione ſecunda, Epiſt. 106. ad Bonifac. 120. Honoratum capitulo 22. & 30. libro 14. de Trinita. capitulo 12. libro de ſpiritu, & litt. capitulo 9. 11. 18. 32. libro de gratia Chriſti, capitulo octauo, libro 3. contra duas epiſtolas Pelag. capitulo 7. tract. 26. in Ioan. & ſerm. 15. de verbis Apoſtoli. accedit Origenes, qui tum alibi, tum homil. ſecunda in Pſalm. 36. ait, quod ſicut ſumus iuſti participatione iuſtitiæ Chriſti, ita patientes, & ſapientes participatione patientiæ, & ſapientiæ Chriſti. Chryſoſtomus homil. ad Neophitos, ait non ſolum in iuſtificatione hominis remitti peccata, ſed etiam addi iuſtitiam, ſanctitatem infuſam. Cyrillus Alexand. ſæpius ait, nos eſſe iuſtos, & ſanctos per participationem iuſtitiæ, & ſanctitatis, quam habemus a Deo, & Spiritu ſancto, ſic habet libro 11. in Ioan. capitulo 25. Dialogo 6. de Trinit. libro quarto, Theſauri capitulo primo.

S. Aug. *Orig.* *Chryſoſt.* *Cyril. Alex.*

Probatur tertio ex Concil. Tridentin. locis ſupra citatis, & præterea ex Canone 10. vbi ſic habet, *Si quis dixerit homines ſine Chriſti iuſtitia, per quam nobis meruit, iuſtificari, aut per eam ipſam formaliter iuſtos eſſe; Anathema ſit*, & Canon. vndecimo, *Si quis dixerit homines iuſtificari, vel ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti, vel ſola peccatorum remiſſione, ſecluſa gratia, & charitate, quæ in cordibus eorum per Spiritum ſanctum diffundatur, atque illis inhæreat; aut etiam gratiam, qua iuſtificamur, eſſe tantum fauorem Dei, Anathema ſit*. Quibus certe nil clarius dici poterat ad noſtram concluſionem probandam a Concilio Trid.

Tertio probatur ratione, nam ſi pec-

peccatores fierent iuſti formaliter ſola denominatione extrinſeca a iuſtitia, quæ eſt in Chriſto, ſequeretur omnes eſſe æqualiter iuſtos. cõſequens eſt falſum, quia eſt contra Concil. Trident. vbi ſup. cap. 7. vbi habemus, quod Spiritus ſanctus dat iuſtitiam ſingulis, prout vult, & ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem: ſequela patet, nam iuſtitia Chriſti eſt vna, & eadem, ergo ſi ab illa dicuntur formaliter iuſti, quicumque ſunt iuſti, omnes erũt iuſti æqualiter.

Conc. Trid.

Secundo probatur ẽt ratione, ſi per extrinſecam ſolam denominationem peccator fieret iuſtificatus, ſequeretur peccatorem formaliter poſſe dici iuſtificatũ, & nõ iuſtificatum; conſequens eſt abſurdum, ergo & antecedens; probatur illud conſequi, & primo illum eſſe iuſtificatum, probatur ex ſuppoſitione huius ſententiæ, ſi vera eſſet; non eſſe autem iuſtificatum, probatur etiam, quia peccator in ſe formaliter non eſt mutatus, ergo, ſicuti ante non erat iuſtificatus, neque poſtea erit; illum autem peccatorem non eſſe mutatum in hac ſententia, patet, quia tunc aliquis dicitur mutatus, cum aliquid in ſe recipit, quo fit talis, cum antea non eſſet, ſed ex hac ſententia ſupponitur, peccatorem nihil de nouo recepiſſe, quo poſſit dici in ſe mutatus, ergo ſi antea nõ erat iuſtificatus, nec poſtea erit, ergo ſi peccator ſupponatur mutatus, & iuſtificatus, erit per aliquid, quod in ipſo inhæreat, quo formaliter dicatur iuſtificatus, ideſt, per iuſtitiam, ergo cũ ex hac ſentẽtia ſupponatur iuſtificatus, non per aliquid inhærens, ſed per extrinſecam denominationem, erit huiuſmodi peccator iuſtificatus, & non iuſtificatus, quod eſt abſurdum, ergo non per aliquid extrinſecũ, ſed per quid inhærens iuſtus denominabitur talis.

Neq; dicas ex mutatione Dei, aut alterius creaturę poſſe dici peccatorem mutatum, & ex non iuſtificato, iuſtificatum.

Contra, & primo de Deo non poſſumus illud aſſerere; quia in ipſo non poteſt eſſe aliqua mutatio, iuxta id Malach. 3. *Ego Deus, & non mutor*, Vnde peccator ex hoc non poteſt dici mutatus, cum, inquam, in Deo nulla poſſit contingere mutatio, vt alibi oſtenditur; præterea eſto, concedi poſſet aliqua mutatio in Deo (quod tamen impoſſibile eſt) non peccator, ſed Deus per illam formaliter diceretur mutatus: ſi autẽ loquamur de mutatione in aliqua creatura, verbi gratia, ſi Deus ſtatueret ad preces D. Hieronymi acceptare aliquem ad gloriam, & illi condonare offenſam, remittere peccatum, & alia huiuſmodi; quod fieri poſſe, nemo negarit, cũ creaturæ poſſit accidere mutatio; tunc idem argumentum poteſt confici; nam quacumque alia mutatione poſita in alia creatura reſpectu peccatoris, illa mutatio non peccatorem, ſed illam creaturam in qua eſt mutatio denominaret peccatorem propter rationem iam allatam.

Malac. 3.

Neque ſecundo dicas cũ Gabr.

in 4.

in 4.d.14.q.1.a.2. de potentia abſoluta, poſſ. Deum non amplius obligare peccatorem ad pænam, vel extrinſeca denominatione acceptare ad vitam æternam, & ſic tollere peccatum.

Contra, eſto id Deus facere poſſit, nam Deus poteſt de ſua potentia etiam remittere pænam ſine culpa, & poteſt illum extrinſece acceptare ad vitam æternam, ſicut B prædeſtinatus, dum eſt in peccato mortali, per dilectionem prædeſtinantis Dei, acceptus eſt ad vitam æternam; numquam tamen ex hoc peccator ex ſe, & formaliter deſinet denominari peccator ex illa extrinſeca dilectione, & eſt id, quod aſſerimus.

Neque tertio dicas cum Suario ſup. diſput. 9. ſectio. 4. & diſpu. 10. ſect. 1. ſufficere ad id, vt fiat quædā moralis mutatio in peccatore, C quam fieri aſſerit, cum per extrinſecam denominationem peccator dicitur iuſtus.

Contra, quia vt patebit, mutatio phyſice, & formaliter debet fieri in eo, qui formaliter mutatur; vnde cū peccator ipſe formaliter dicatur talis, oportet etiam, vt phyſice, & formaliter ipſe dicatur mutatus, quare nō requiritur ſola mu D tatio moralis: præterea, quæ ratio videtur militari in mutatione reali, & phyſica, eadē videtur in morali, cæteris paribus; ſed in phyſica numquam aliquid dicitur mutatum, niſi per aliquod inhærens phyſicum, ergo neque in mutatione morali dicetur aliquid moraliter mutatum, niſi per formam moralem intrinſece inhærentem;

A quæ nulla eſſet ex contraria ſententia.

Reſpondetur ſecūdo, iuſtificationem peccatoris non poſſe conſiſtere formaliter in actu cōtritionis, aut dilectionis in Deum.

Hæc cōcluſio præcipue eſt contra Durandum in 3. d.19.q.1. vbi ait, peccatum formaliter, & directe tolli per contritionem; concomitanter autem per gratiam.

Probatur autem noſtra concluſio; Primo, ex Concil. Trid. ſeſſ. 6. c.7. cuius verba ſupra retulimus, ex quibus bene deducitur vnicam cauſam iuſtificationis eſſe iuſtitiā inhærentē, ergo ex Concilio non in actu cōtritionis, ſed in ipſa iuſtitia formaliter conſiſtit iuſtificatio. *Conc. Trid.*

Secūdo probatur rōne, quia iuſtificatio formaliter in eo conſiſtit, vt ſimus grati Deo, ſed ille actus cōtritionis id nō facit, ergo. probatur minor, quia actus contritionis formaliter ſolum facit peccatorē diligentem, non autem dilectū, ergo.

Neque dicas. qui diligit Deum, ab eodem diligi, ergo ſufficit actus cōtritionis, & dilectionis; quo quis diligit Deum, vt dicatur dilectus a Deo, & iuſtificatus ex illo Ioa. 14.

Cōtra, nam eſto id veriſſimum ſit, quod aſſumitur, & ex fide credendum, cum habeatur ex ſac. litteris, & Patribus; nam reuera ſi quis diligit Deum, infallibiliter ſequitur, vt ab eodem diligatur. At vero nos in concluſione loquimur in ſenſu formali, neq; enim ſequitur eū, qui diligit, formaliter quatenus. ſ. diligit Deū, ab eodē diligi, neq; id ſignificat ꝓpoſiti ɔ illa; aliud .n. eſt formaliter diligi a Deo, aliud dili-

diligere Deum, vt alibi oſtenditur: Præterea in doctrina S. Thomæ, & omnium Theologorum, iam in ſuperiori ſectione oſtenſum eſt, per actum contritionis nos non iuſtificari formaliter; & in via Thomiſtica quidem, quia actus contritionis eſt à gratia habituali effectiue, ergo in genere cauſæ efficientis prior eſt gratia habitualis, ſed gratia expellit peccatum, ergo in genere cauſę efficientis prior eſt expulſio peccati, quam actus noſtræ contritionis: in via autem Scotiſtica; Actus contritionis non eſt quidem effectiue à gratia habituali, ſed ex auxilio ſpeciali Dei; Vnde in omnium ſententia illud certum eſt, Actum contritionis eſſe ſolum diſpoſitionem ad gratiam iuſtificantem; non autem ipſam iuſtificationem formaliter.

Si dicas, per actum contritionis eſſe iuſtificationem peccatoris, non formaliter, ſed diſpoſitiue.

Id nos damus, quia non eſſet contra nos, id enim ſolum impugnamus per contritionem formaliter non expelli peccatum, & conſequenter neque iuſtificari in eodem ſenſu.

Reſpōdetur tertio, Deum poſſe hominem iuſtificare abſque infuſione gratiæ per modum habitus, de potentia ſua abſoluta.

Hanc concluſionem habent communiter omnes DD. & poteſt probari primo, vt ſe habet lumen gloriæ ad videndum Deum, ita donum gratiæ ad iuſtificādum hominem, ſed lumen gloriæ ad videndum Deum non neceſſario eſt per modum qualitatis, vt patet in Paulo, ergo neque gratia ad iuſtificādum hominem erit neceſſaria per modum qualitatis: maior patet ex paritate vtriuſque, vtrūque enim datur ad eleuandū hominem ad eſſe ſupernaturale; minor conſtat ex iā dictis in diſputatione ſuperiori, & ex viſione Pauli. confirmatur, nam iuſtificatio impij non dependet neceſſario à gratia per modum habitus, ergo poterit fieri per donum gratię, etiamſi non ſit per modum habitus; probatur antecedens, nam idē effectus formalis poteſt à forma prouenire, ſiue ſit per modum habitus, ſiue non, vt patet de lumine glorię, cuius effectus formalis eſt, conſtituere intellectum beati in actu primo ad videndum Deum; & tamen habet hunc effectum ſiue ſit per modum habitus, ſiue per modum motionis; & hinc patet eiuſdem argumenti veritas conſequentis.

Reſpondetur quarto, ex dictis colligi, etiam de potentia Dei abſoluta, non poſſe hominem peccatorē iuſtificari niſi per aliquod donum ſupernaturale, vel illud ſit per modum habitus, vel per modum actus, modo ſit in peccatore inhærenter, modo infra explicando.

Hanc concluſionem habet S. Thom. 1. 2. quæſt. 112. art. 1. & q. 28. de verit. art. 2. ad 4. & art. 9. Capreol. in 4. diſt. 1. q. 2. ad argu. Soti contra 2. concluſionem Caietanus 12. quæſt. 112. art. 1. dub. 2. Sot. lib. 2. de natura & gratia, c. 18. & in 4. diſt. 15. q. 1. art. 2. Ferrarien. 3. *S. Thom.*

contra

contra gent. c. 157. quo loco aſſerit Scotum differe à D. Tho. in ſolo modo loquendi, quod attinet ad præſentem quęſtionē. Item Argent. 1. diſt. 17. quæſt. 1. art. 1. & in ſecundo diſt. 16. & 17. quæſtio. 1. art. 1. Richard. ibidem. q. 1. art. 1.

Pro cuius concluſionis intelligentia, notandum eſt ex D. Tho. vbi ſupra & Capreolo loco etiam citato, multis modis contingere, quod aliqua duo ſecundum ſe non ſint oppoſita immediata, & tamen quod in ordine ad tale ſubiectum habeant immediatam oppoſitionem, ita vt inter illa nullum detur medium; ſicut, verbi gratia, cæcus, & videns ſecundum ſe, non opponuntur immediate, nam inter hæc duo extrema datur medium, abſolute loquendo, etenim lapis, neque eſt cæcus, neque videns, ſed eſt non videns; cæterum in homine, vel catulo poſt nonum diem, cæcus & videns opponuntur immediate.

Probatur igitur noſtra concluſio, Primo, per negationem, nam iuſtificatio formaliter non poteſt intelligi per extrinſecam dilectionem Dei, qua peccatorem diligat, vt patet per priorem concluſionem, neque per actum dilectionis peccatoris, quo Deum diligat, vt patet per ſecundam concluſionem, ergo per aliquid, quod ſit in peccatore, quo formaliter ipſe mutatur ex peccatore in iuſtū, & dilectum Deo, vel illud ſit per modum habitus, vel per modum actus.

Secundo probatur ex S. Thoma locis ſupra citatis, quia priuatio non poteſt tolli, niſi per formam oppoſitam, ſicut implicat, quod cæcitas tollatur niſi per reſtitutionem viſus, ſed peccatum mortale, ſeu macula peccati eſt priuatio gratiæ, vt docet S. Thom. 1. 2. q. 86. ergo impoſſibile eſt, qđ tollatur macula peccati abſq; aliquo dono gratiæ. *S Thom.*

Probatur tertio, quia peccatum mortale eſt contra Deum, non ſolum vt eſt auctor naturæ, ſed etiam vt eſt auctor gratiæ, & ſaltem mediate opponitur illi, ergo impoſſibile eſt, vt reparetur offenſa commiſſa contra Deum, niſi per donum gratiæ, quæ eſt participatio diuinæ naturæ.

Probatur quarto, tranſitus de negatione ad affirmationem eſſe non poteſt, neque intelligi ſine aliqua mutatione facta in altero extremorum, ergo homo ex non grato non poteſt fieri gratus ſine aliqua mutatione reali, vel in Deo, vel in ipſo homine, in Deo autem eſſe non poteſt huiuſmodi mutatio, vt iam diximus, ergo neceſſe eſt vt ſit in homine; alias manebit homo, ſicut antea, iniuſtus, & non gratus, ergo oportet vt aliquid ſit in homine, quo dicatur iuſtus, & gratus, vel illud ſit habitus vel actus.

Vltimo probatur, effectus formalis alicuius formæ ſuppleri non poteſt; ſed eſſe gratum Deo, eſt effectus formalis gratiæ inhærentis, ergo hic effectus non poteſt ſuppleri ab vllo alio, quam ab ipſa gratia inhærente; ſicuti non poteſt album fieri ſine albedine, ergo.

Si

Digitized by Google

Si dicas, gratum eſſe, & charum Deo, eſt quidem effectus gratię inhærentis; ſed in genere cauſæ efficientis, non formalis, ſicut deſcendere deorſum eſt effectus grauitatis, ſed in genere cauſæ efficientis; eſſe vero graue in genere cauſæ formalis, ergo ille effectus ſuppleri poterit per aliam formam.

Contra reſpondetur, falſum eſſe, quod aſſumitur; & ratio eſt, quia gratia eſt forma, & qualitas quædam, ergo debet habere aliquem effectum formalem in eo, in quo eſt, ergo cum ex ſacris ſcripturis, & Patribus non habeamus alium effectum formalem illius, niſi aſſignatum; dicendum erit illum vere eſſe effectum gratiæ inhærentis; ſcilicet quod conſtituat hominem gratum, & dignum vita æterna. confirmatur, quia eſſe gratum Deo, nihil eſt aliud, niſi eſſe ſanctum, & iuſtum corā Deo, ſed homo iuſtus formaliter nō poteſt dici, aut eſſe, aut etiam intelligi ſine iuſtitia, vel habituali, vel actuali inhærente; ſicuti fidelis, neque poteſt dici ſine habitu, aut actu fidei; confirmatur ſecundo, quia ſi non requiritur ex natura rei aliqua gratia inhærens, ergo non eſt, cur Deus faciat hominē gratum per gratiam inhęrentem. confirmatur vltimo, quia alioquin homo eſſet gratus Deo, ac ſanctus, & coram eo iuſtus ex natura rei ſolum per hoc, quod diligatur à Deo, & conſequenter tota hominis ſanctitas, & iuſtitia eſſet in Deo, contra Concil. Trid. quod ſupra retulimus.

Reſpondetur vltimo, iuſtificationem peccatoris de facto fieri per gratiam peccatori à Deo infuſam, & formaliter inhærentem per modum habitus, qua fit dilectus Deo, quare etiam dum dormit, dicitur illi amicus, ac gratus.

Hanc concluſionem de potētia ordinaria, & de facto concedunt omnes citati in tertia concluſione, & præterea etiam uidetur concedere Gabr. in 4. diſt. 14. quęſtio. 1. art. 1. not. 3. & 4. *Gratia iuſtificās eſt per modum habitus.*

Probatur primo ex verbis Concilij Tridentini ſupra relatis, ex quibus ſatis patet, iuſtitiam, qua vult peccatorem iuſtificari, eſſe per modum qualitatis inhærentis. Sed pro intelligentia *Conc. Trid.*

Not. eſt, tres fuiſſe errores Pelagianorum, & item tres Lutheranorum, quos in eo loco Cōciliū damnauit; Primus Pelagianorum erat, quia dicebant gratiam Dei, nihil aliud eſſe, quam naturā gratis acceptā à Deo; ſecundus erat, quia dicebant gratiam Dei eſſe legem diuinitus nobis reuelatam. tertius denique, quia aſſeuerabant, gratiam Dei in nobis eſſe peccatorum, quæ ſemel contraximus, remiſſionem. Errores aūt Lutheranorum fuerunt hi, primus quidem, gratiam qua homines ſunt grati Deo, nihil aliud eſſe, quam fauorem quemdam extrinſecum, quo Deus fauet, & auxiliatur illis; ſecundus vero eſt, homines eſſe gratos Deo, non per gratiam, quæ illis inhæreat, ſed extrinſece per gratiam Chriſti hominibus imputatam. Tertius denique eſt; Nos eſſe gratos Deo, ſola fide, qua credimus per Chriſti iu-

Digitized by Google

iuſtitiam, & gratiam nobis imputatam. ad condemnandos igitur omnes hos 6. errores Conc. Trid. ſeſſ. 6. capit. 7. & Canon. 9. 10. & 11. decreuit, ac definiuit per ſpiritum Sanctum, vnumquemque ſuam iuſtitiam in ſe recipere ſecundum menſuram donationis Dei, quæ cum virtutibus infuſis ſingulis inhæreat, ergo ſecundum Concil. Trident. certius videtur hanc iuſtitiam, qua peccator iuſtificatur, eſſe per modum qualitatis, & habitus inhærentis.

Mens Concil. Trid.

An poſt Cõcil. Trid. ſit de fide gratiam iuſtificantem eſſe habitum.

Si petas, an poſt hanc definitionem Concilij Trid. ex fide credendum ſit; gratiam, & charitatem eſſe habitum diuinitus infuſum, & permanentem, & inhærentem formaliter in homine.

Sotus lib. 2. de nat. & gratia, ca. 18. & 19. & Medina, 1. 2. q. 100. artic. 1. quia exiſtimauit definitionem allatam Conc. Trid. eo tendere, vt deſtrueret Lutheranorũ errorem, quo aſſerebant, homines eſſe, & dici gratos ſolum extrinſece per iuſtitiam, & gratiam nobis imputatam; ideo affirmarunt, mentem Concilij eam eſſe, vt in homine grato, & iuſſo ponatur aliquid formaliter inhærens, vel illud ſit habitus, vel actus; nam inquiunt, ſiue gratia ſit habitus, ſiue actus, ſi ponatur in homine, dici aliquid formaliter ipſi inhærens, & ſic ſaluari mentem Concilij, quæ eſt ſolum, vt confutaret prædictum errorem, vt propterea Concil. conſulto abſtinuerit à vocabulo habitus, licet ijdem affirment, nunc poſt Concil. Trid. temeritatis argui poſſe illum, qui

A contra concluſionem poſitam ſentiret.

Andreas Vega in comment. ſuper Conc. Trid. lib. 7. c. 24. videtur dicere; poſt Concil. Trid. eſſe fide Catholica credendum, licet ante Concilium nulla eſſet in eccleſia definitio fidei circa præſentem difficultatem.

Quid dicendũ ad Concil. Trid.

B Reſpondetur igitur ad dubitationem, iam communem omniũ ſententiam videri Concilium eſſe intelligendum de iuſtitia, & gratia ſanctificante per modum qualitatis inhærentis in ipſo iuſtificato, qua ſcilicet ex non iuſto, ex non ſancto, fit & iuſtus, & ſanctus: quare cenſemus hanc communiorem DD. ſententiam, aut eſſe ipſam definitionem Concilij loco citato aut proximè accedere C ad illam cum præſertim, & ſacræ Scripturæ, ſancti Patres, & aliæ definitiones Cõciliorum eãdem ſatis aperte videantur indicare ſententiam: & ſcripturę quidem id innuunt ex modo loquendi, quo utuntur, cum loquuntur de iuſtificatione hominis per gratiam internam, nam pſal. 50. Baruc. 2. Ezech. 36. dicitur *cor nouũ.* D ad Epheſ. 4. *Spiritus nouus, & homo nouus.* Ad Gal. 6. ad Epheſ. 2. *Noua factura ſeu noua creatura.* Ad Rom. 2. *Circumciſio cordis.* Ad Rom. 6. & 8. *Mors animæ, qua mortua eſt peccato, & eiuſdem vita qua viuit iuſtitiæ.* Ad Rom. 5. *Donum iuſtitiæ.* Ad Rom. 8. & primo Ioan 4. *Spiritus habitans in homine.* Ad Gal. 3. *Induere Chriſtum.* Ioan. 4. *Fons aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam.* Ad Rom. 5. *Charitas*

Pſal. 50. Baruc. 2. Ezech. 36. Ad Eph. 4. Ad Gal. 6. 1 Ioan. 4. Ad Gal. 3. Ioan 4. Ad Rom. 5. Ad Rom. 6. & 8.

Digitized by Google

tur, & docent hominem eſſe iuſtũ per propriam iuſtitiam, quam in ſe habet, per charitatem ſibi inhęrentem, per gratiam hominem ſanari, lauari à peccato, ſatis declarant hanc iuſtitiam, de qua loquimur, eſſe inhærentem, & permanentem. Sunt tertio definitiones Conciliorum, quæ ſatis oſtendũt, quæ fuerit mens Concil. Trident. loco citato nam ex, cap. Maiores de baptiſmo & eius effectu, & ex Clement. 1. de ſum. Trinitat. non obſcure habetur quod in nobis ſit habitus infuſus gratiæ; nã in Cle. cit. dicitur, quod licet id olim fuerit controuerſum, vt adnotauit etiam Bonauentura in ſecundo d. 26. q. 2. & nos infra dicemus, probabilius tamen eſt, & conformius dictis ſanctorum, infundi huiuſmodi habitus, & vt ſic ſentiendũ eſſe, approbat Clementina illa ibidem. Hæc & alia ſimilia, quæ communiter habentur tum ex ſcripturis, tum ex Patrib. & Concilijs, niſi admodum improprie, & metaphorice explicentur, non poſſunt intelligi, aut explicari, niſi vt loquantur de charitate, gratia, & iuſtitia habituali permanente, qua homo non ſanctus, non iuſtus, ſit ſanctus, ſit iuſtus corã Deo, nam proprie illa verba, infundi, inhærere, habitare, manere, quæ paſſim reperiuntur in locis ſupra citatis conueniunt qualitatib. permanentibus, vt docent Scholaſtici tum in 1. diſ. 17. tum in 3. diſt. 27.

Si dicas, non videri debuiſſe Concilium definire, quod antea Eccleſia ſub dubio reliquerat; nam Innocentius III. in cap. Maiores de baptiſmo, & eius effectu, dixit inter Theologos eſſe opiniones, alijs aſſerentibus, paruulis infundi gratiam, & virtutes, alijs negantibus; & in Clement. de ſum. Trin. & fide Catholica, vt probabilior dictis Theologorum, & ſanctorum magis conſona, & concors eligitur opinio, quæ aſſerit gratiam informantem, & virtutes infundi paruulis, ergo Concilium, non cenſendum eſt intellexiſſe, vt ſupra diximus.

Innoc. III. *Clement.*

Contra, primo mirum non eſſe, ſi nũc eccleſia definiat id, quod ante ſub dubio erat, quia ad id habet auctoritatem, vt alibi dicitur. ſecundo, id eccleſiam potuiſſe facere, quia reuera optima habebat fundamenta id conſtituendi, ac determinandi. tertio dicimus loca illa, quæ citantur ex Canonibus nobis nullo modo officere, quia opiniones, quæ loco citato citantur Theologorum quorumdam; non infundi ſcilicet virtutes, erãt de paruulis potius, quam de adultis, de illis autem fuit opinio nonnullorum, illis non infundi virtutes, quia fruſtra darentur illis huiuſmodi habitus, cum illis vti non poſſint ante vſum rationis, certũ aũt ſit, habitus dari propter actus, erant. n. in ea ſnĩa hi DD. vt exiſtimarent, paruulos nonniſi tunc conſequi virtutes ad operandum, cum primo aſſequerẽtur vſum rationis, in quibus tamen omnibus falſi ſunt hi DD. vt alibi oſtẽditur.

Si ſecundo dicas, ut homo dicatur iuſtificatus, ſatis videtur eſſe ponere in illo aliquid, quo acta diligatur à Deo, ergo nõ videtur ne-

ceſſario ponẽda in illo aliqua qua A litas inhærens, & permanens.

Contra, quia vt iam diximus non poteſt intelligi, peccatorem diligi à Deo, niſi vel extrinſece per actũ dilectionis diuinę, quod iam refutatum eſt à nobis per primam concluſionem, vel per aliquid, quod formaliter recipiatur in peccatore; ſed hoc aliquid non poteſt eſſe actus; tum quia nõ poteſt eſſe ille, quo peccator diligit Deum, vt iã dictum eſt in ſecunda concluſione; tum quia, neq; poteſt eſſe alius, qui ponatur in peccatore; quia hic, vt ſic, formaliter non denominat ſubiectum; denominatio enim proprie fit à qua litate, non ab actu; ergo illud aliquid, quo peccator dicitur iuſtificatus, & dilectus, erit qualitas aliqua, quæ illi formaliter inhæreat, & qua etiam cum nihil agit, etiã cum dormit, dicatur dilectus, Deoque gratus.

Si tãdem dicas, quicquid Deus facit per habitus infuſos, poteſt facere ſine vllis habitibus, per ſolum auxilium ſpeciale, vt nos ſupra conceſſimus, ſed Deus facit peccatorem ſibi gratum per habitũ infuſum gratiæ, ergo poterit facere per actus, ſine vllo habitu gratiæ.

Contra, quia illa propoſitio, quæ vera eſt, & admittitur ab omnibus, intelligitur propriè de habitibus, qui dantur ad operandũ, quemadmodum ſunt habitus fidei, ſpei, charitatis, & pænitentiæ, & aliorum ſimilium; qui ſine dubio ſuppleri poſſunt à Deo per auxilium ſpeciale; at vero gratia iuſtificans peccatorem, et qua fit formaliter dilectus Deo, non eſt ex illis habitibus; vnde ruit argumentum factum.

Ex quibus omnibus ſatis patet, noſtram concluſionem veram eſſe, quam etiam probãt argumenta pro prima concluſione facta, præcipue vero primũ ex D. Paulo.

Secundo probatur eadem concluſio, aut homo iuſtificatus eſt cõdignus vita æterna per gratiã habitualem, aut per actualem; non per actualẽ; quia licet ille actus, B vt ſic, ſit ex auxilio ſpeciali Dei, non tamen eſt cõdignus vita ęterna; neque enim actus ſine gratia habituali videtur poſſe tribuere ſanctitatem, & iuſtitiam homini, niſi tamen ex congruitate & diſpoſitiue, ergo per gratiam habitualem inhærentem, qua fit opus C condignum vita æterna, ergo cũ peccator iuſtificatus ſit condignus vita æterna, erit ex gratia habituali, quam habet in ſe. Confirmatur, quia, qui eſt iuſtus, & in gratia, eſt continue & permanenter iuſtus: At actualis iuſtitia non eſt permanens, ergo eſt alia iuſtitia in homine permanens, & nonniſi habitualis, non enim poteſt eſſe externa iuſtitia tantum imputata, ergo. D

Tertio probatur ead. concluſio, quia, vt in rebus naturalibus, ad hoc vt homo exerceat operationes naturales, quibus conſequatur ſuam naturalem perfectionem, debet habere, & principium naturale ad exercendum has operationes, ſic etiam ad exercendum operationes ſupernaturales debet homo habere aliquod principiũ

ſuper-

Digitized by Google

ſupnaturale harũ operationũ, qđ eſt gratia per modum habitus.

Vltimo poteſt etiã probari cõcluſio ex eo, quia fuit ſemper certum in eccleſia, per baptiſmum, & alia ſacramenta in nobis cauſari gratiam ex opere operato, ergo ſaltẽ in paruulis in baptiſmo cauſatur gratia habitualis, ſiquidẽ in ijs non poteſt eſſe actus bonus.

Multa alia poſſent pro hac concluſione adduci, verum quia nos obiter illam pertractauimus, dicta ſufficient: ſi tamẽ aliqua, quæ contra priorem concluſionem à Lutheranis objiciũtur ſoluerimus.

Objicitur D. Paul. ad Co. Objicitur primo contra primã concluſionem auctoritas D. Pauli ex 1. Cor. prim. vbi ſic habetur de Chriſto Domino, *Quod factus eſt nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio*, quibus videtur ſignificari, quod per iuſtitiam Chriſti ſumus iuſti, ſanctificati, & redempti; ergo falſa noſtra prior concluſio.

Ad Phil. Item ad Philip. 3. quo loco explicans D. Paulus, per quam iuſtitiam fuerit iuſtificatus, inquit, *vt inueniar in illo non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Ieſu Chriſti*, ergo iuſtitia Chriſti ſãctificat homines ſimul cum fide, qua credunt ſe iuſtos eſſe.

Tertio iuſtitia Chriſti eſt infinita, ergo ſufficiens ad noſtram ſalutem, ergo ad illã non requiritur aliqua alia iuſtitia nobis inhærẽs, alias fieret iniuria iuſtitiæ Chriſti.

Reſpõdetur ad allegata. Reſpondetur ad primũ, Chriſtum, ſeu iuſtitiam Chriſti dici, & eſſe iuſtitiam, ſanctificationem, & redemptionem noſtram cauſaliter, quia videlicet omnis noſtra iuſtitia dependet effectiue à iuſtitia Chriſti; non autem eſt iuſtitia noſtra formaliter, ſic explicat locum Apoſtoli Chryſoſtom. hom. 5. in eãd. epiſtolam; eodem modo dicitur Chriſtus pax noſtra, &c. vt patet ad Eph. 2. & Pſal. 78. dicitur patientia noſtra, non quidem formaliter, ſed cauſaliter, vt explicat S. Aug. li. 5. de Trin. c. 17. & conſonat cum illo pſalmi, *Quoniam ab ipſo eſt patientia mea.* *S. Chryſ. Paul. ad Epheſ. Pſal. 78. S. Aug.*

Ad ſecundum dicimus, Apoſtolum per illud verbum, meam iuſtitiam, intelligere iuſtitiã ex proprio merito, et à nobis partam, & ſignificat gratiam, per quã iuſtificamur, ex ſola procedere miſericordia diuina, non autem negat Apoſtolus, homines iuſtificari per iuſtitiam ſibi inhærentem, ita iſtũ locum explicat S. Aug. lib. 17. de Ciuitate Dei, & hom. 3. de verbis Apoſtoli. *S. Auguſt.*

Dicimus ſecundo, Apoſtolum ibi loqui de iuſtitia veteris legis, quam appellat iuſtitiam ſuã, quia ipſe erat Hebræus ex Hebræis, & ſenſus eſt, homines non iuſtificari effectiue per iuſtitiam veteris legis, cum illa non mundaret interius animam, ſed ſolum exterius corpus à quibuſdam irregularitatibus, iuxta illud eiuſdem Apoſtoli. *Solum modo in cibis & potibus, & varijs baptiſmatibus, & iuſtitijs carnis*, vbi iuſtitias carnis appellat veteris legis ſacramẽta, quia non iuſtificarent, nec ſanctificarẽt ſpiritũ. ſentit igitur Apoſtolus homines ſolum iuſtificari effectiue per iuſtitiam Chriſti, ſic etiam explicat *Paul.*

plicat S.Aug.li.3 contra duas epiſtolas Pelag.cap.7.

Ad tertium dicimus, quod iuſtitia Chriſti eſt ſufficiens ad noſtrã ſalutem in genere cauſę efficientis, ſed in genere cauſæ formalis, requiritur iuſtitia nobis inhęrens, per quam ſimus formaliter iuſti, ex eo enim quod iuſtitia Chriſti eſt infinita, non ſequitur, quod nõ ſit nobis neceſſaria iuſtitia inhærens, ſed potius ſequitur oppoſitum; ſicut enim homo, non poteſt eſſe formaliter bonus per bonitatem diuinam, quia eſt infinita, & ideo requiritur bonitas participata, p q̃ ſit formaliter bonus, ita proportionaliter reqritur iuſtitia participata à iuſtitia Chriſti infinita, vt peccator fiat formaliter iuſtus.

Sequitur primo, non eſſe omni ex parte condemnandam ſententiam Scoti, & ſequacium ſupra relatam, & reiectam per primam noſtram concluſionem, ſi ſano tamen modo intelligatur, neque.n. voluiſſe videtur Scotus, non requiri, vt aliquid formaliter inhæreat peccatori ad hoc, vt per gratiam iuſtificantem dicatur gratus Deo, ex quo ipſe in ſe ſit formaliter dignus vita æterna: quãtumuis deinde Deus ex potentia, & ſua voluntate antequam illi eſſet eã daturus, ſed ſolũ voluit, vt colligitur ex ipſius argumẽtis, quæ in hanc ſententiã defendendam congeſſit; ad hoc, vt quis ſit acceptus Deo extrinſece, id eſt, dilectus per actum exiſtentem in ipſo Deo diligente, non requiri ex natura rei, vt aliquid in homine dilecto formaliter inhæreat, quia

A inquit, etiam prædeſtinati eo ipſo, quod ſunt prædeſtinati, ſunt Deo accepti, ab eoque dilecti; & tamen aliquando ſunt in peccato mortali; etſi hoc modo explicetur hæc ſententia Scoti, fortaſſe nihil diceret contra nos: ſed de hoc alibi ex quibus ſatis aperte apparet, quantum differat hæc ſententia Scoti ab Hæreticis, qui ſolum ponebant hominis ſanctitatem conſiſtere in ſanctitate & iuſtitia, quæ eſt in Chriſto, quod numquam ſomniauit Scotus. B

Imputari eſt confictũ ab hæreticis. Sequitur 2. hoc nomẽ imputationis, ſeu imputatę iuſtitię in eo ſenſu, quo vſurpatur ab hæreticis, omnino nouum eſſe, & ab ipſis confictum; nam in ſcripturis inuenimus quidem, non reputari, ſeu non imputari peccatum, C & imputari fidem ad iuſtitiam *Pſal 31.* Pſalm.31. ad Rom.4. 2. Corinth. *Ad Rom.4.* 5. at nunquam inueniemus iuſti- *2.Cor.5.* tiam Dei, vel Chriſti nobis imputari ad iuſtitiam, & Patres ad declarandã illam applicationem, qua iuſtitia Chriſti nobis applicatur, non vtuntur communiter nomine imputationis, ſed potius diffuſionis participationis, communicationis, applicationis, D coniunctionis, &c. vt aduertunt Patres in illud Ioan.1. De plenitudine eius omnes accepimus, & Cyrillus Alexand. libro primo in *Cyril. Ale.* Ioan. capitulo 20. Chryſoſt. homi- *Chryſoſt.* lia 13. & Theophilat. in eum lo- *Theoph.* cum Ioan. quamquam Bernard. *Bernard.* epiſtola 190. dixerit nobis imputari ſatisfactiones Chriſti, ſed intelligendum eſſe modo iamiam explicando.

Sequi-

Homo iuſtus eſt iuſtitia Dei.

Sequitur, quomodo poſſit concedi hominem iuſtificari, & iuſtũ eſſe iuſtitia Dei, & Chriſti; dicitur enim homo iuſtus, iuſtitia Dei, non qua ipſe Deus iuſtus eſt, ſed quam Deus in nobis efficit, ſic etiã dicimur iuſtificari iuſtitia Chriſti, quatenus eadem iuſtitia nobis à Chriſto donatur, ſed particulari quadam ratione dicimur iuſtificari iuſtitia Chriſti, quia, & Chriſtus per iuſtitiam ſuam, quã habuit, vt homo; eſt cauſa iuſtificationis noſtræ, & in ipſa iuſtificatione iuſtitia Chriſti nobis applicatur, & communicatur: id quod accidit ex multis cauſis; primo quia Chriſti humanitas ſecundum iuſtitiam, quam in ſe habebat, vt inſtrumentum coniunctum diuinitatis, eſt inſtrumẽtum noſtræ iuſtificationis; ſecundo quia iuſtitia noſtra eſt quædã participatio iuſtitiæ Chriſti tamquam capitis in membra: tertio, quia Chriſtus ſatisfecit pro noſtris peccatis, cuius ſatisfactiones applicantur nobis per gratiam, & ſanctitatem infuſam qua vnimur Chriſto.

Secundo præmittendum, itẽ, ac diſputandum eſt.

Quæ repugnantia ſit inter peccatum, & gratiam habitualem.

Eſt igitur hoc loco

Difficultas, an peccatum habituale, & gratia habitualis repugnent ex natura rei, etiam A ſecundum potentiam Dei abſolutam, an vero ſolum meritorie, & moraliter, & ex potentia Dei ordinaria; & præterea, quæ repugnantia ſit inter illa.

Sotus in quarto diſtinctione prima, quæſtione ſexta, & diſtinctione decimaſexta, quæſtione ſecunda; & diſtinctione decimaſeptima, quæſtione item ſecunda. Gabriel in quarto diſtinctione decimaquarta, quæſt. ſecunda, articu B lo primo, notabili ſecundo, Durandus, diſtinctione prima, quæſtione ſeptima, Baſſolis, diſtinctione decimaquarta, quæſtione prima: ſentiunt gratiam, & peccatum non eſſe contraria ex natura rei.

S. Thom. Sanctus Thomas, prima ſecundæ, quæſtione 119. articulo ſeptimo, & quæſtione centeſimadecimatertia, articulo ſecundo, & C ſecunda ſecundæ, quæſtione vigeſimaquarta, articulo duodecimo, & quæſtione vigeſimaoctaua, de veritate, articulo ſecundo, ad quæſtionẽ. *S. Bonau.* Sanctus Bonau. in ſecundo diſtinctione vigeſimaoctaua, articulo primo, q. 1. in tertio diſtinctione decimaſexta, artic. quinto, quæſtione ſecunda, & alibi etiam. Richardus ibidem articulo ſecundo, quæſtione prima, D licet hi citentur à Didaco Nugno in contrariam ſententiam, ſed falſo; tantum enim docent, peccatũ non excludere gratiam tanquam formam aliquam poſitiuam, non tamen negant, eſſe contraria ex natura rei, tanquam priuationem & habitũ: itẽ Aegidius in 2. d. 28. q. 2. artic. 1. Caietanus, 1. 2. q. 113. art. 2.

Digitized by Google

art.2.& 2.2.q.24.artic.12.Bartholomæus Medina ibidem, Sotus in 4.d.15.q.1.art.2.& lib.2.de nat.& gratia,ca.18.Didacus Nugnus ad 3.p.q.1.art.1.dub.2. neque videtur diſcrepare Durandus in 3.diſ. 19.q.1.aſſerunt illa duo eſſe contraria ex natura rei.

Notandum primo pro ſolutione huius grauiſſimæ difficultatis, in qua ſoluenda videmus plurimos, vel grauiſſimos auctores laborare; iam hæreſim eſſe damnatam Pelagianorum, aſſerentium poſſe peccatorem ſolis viribus naturalibus ad gratiam Dei redire.

Notandum ſecundo certum ēt eſſe apud totam ſcholam Theologorum, peccatorem per gratiam Dei reſtitui ad rectitudinem naturalem, & ſupernaturalem, ita vt ex lege Dei ordinaria non recuperet vnam, quin recuperet etiam aliam; An autem per potentiam Dei poſſit peccator per auxilium ſpeciale reſtitui vni, quin alteri reſtituatur, difficultas eſt, quam breuiter expediemus, ſi prius explicauerimus, quid hoc loco intelligamus, per rectitudinem naturalē, & quid per ſupernaturalem. Igitur rectitudinem naturalē vocamus eam, hoc loco, qua voluntas hominis eſt debite ſubiecta rectæ rationi; & cum fine naturali ipſius hominis coniuncta, & cum Deo auctore & fine ipſius naturæ; rectitudinem autem ſupernaturalem vocamus illam, qua voluntas hominis eſt debite ſubiecta Deo vt auctori, & fini ſupernaturali fidei, ſpei, pœni-

Quid ſit rectitudo naturalis & quid ſupernaturalis.

A tentiæ, ac charitatis: hoc ſuppoſito breuiter dicimus ad dubitationem propoſitam: primo eo ipſo quod agitur contra ordinem, et rectitudinem naturalem, id eſt, contra rectam rationem, agi ſimul contra ordinem ſupernaturalem, id eſt, contra amicitiam, & gratiam Dei, quidquid dicant Caietanus, & Medina, p.2.q.113. B art.2. Fundamentum eſt, quia peccatum mortale eſt contrariū amicitiæ, & gratiæ Dei, ſed qui agit contra rectā rationē, peccat mortaliter, ergo agit contra gratiam, & amicitiam Dei. Secundo dicimus, neq; per potētiam Dei poſſe aliquem reſtitui ordini naturali, quin ſimul, & ſemel reſtituatur ordini ſupernaturali gratiæ diuinæ, vt ſentiunt S.Th. Caietanus, & C Med. vbi ſupra contra Scotum itē vbi ſupra, & ratio eſt, quia implicat peccatum deordinari hominē à fine naturali, & non à ſupernaturali, cum peccatum ex natura ſua vtrique contrarietur, ergo etiā implicabit hominem per gratiam ordinari ad vnum, & non ad aliū finem; implicat enim, vt ex peccatore quis fiat rectus ſecundum D actionem naturalem, quin etiam fiat rectus ſecundum ordinem ſupernaturalem, cum hoc totum fiat per gratiam formaliter inhærentem, quæ ex ſe, & de potentia Dei abſoluta non poteſt, hominem non facere formaliter perfectum: Confirmatur, quia aliàs poſſet quis dici rectus ordine naturali, & tamen inimicus Dei, quod eſſet maximum inconueniens.

Neque poteſt aliquis reſtitui ordini naturali quin et reſtituatur ſupernaturali.

S.Thom.

Notan-

Vnde peccator dicatur talis. Notandum tertio, inter Theologos maximã quæſtionem eſſe, quid ſit illud, vnde homo eſt, & dicitur peccator, tranſeunte actu peccati: Alij enim dixerunt hominem eſſe, & dici peccatorẽ à reatu pœnæ æternæ, quia ceſſante actu peccati, nihil aliud maneat in peccatore, niſi huiuſmodi reatus ad pęnam, ſic dixerunt Scotus in 4. diſt. 14. q. 1. art. 1. & Gab. ibidem q. 1. art. 1. not. 2. Durandus in 4. d. 1. q. 7. & nominales communiter; Vnde ſecundum hanc ſententiã eſſe peccatorẽ, eſt denominatio quædam relatiua, per quã homo obijcitur voluntati diuinæ, qua Deus obligat peccatorem ad pœnã æternam; Alij exiſtimarunt, dici peccatorem, a relatione manente ad actum præteritum, & nondum dimiſſum; ſic maior in 4. diſt. 14. q. 1. vnde vult hic Doctor, ſic dici aliquem debitorem alterius, quia aliquid fecerit, ex quo contraxerit debitum, eodem modo dici Apoſtatam, vel homicidam, quia homicidium commiſerit, vel a profeſſione, quam profeſſus ſit, defecerit. Alij tertio peccatorem eſſe, & dici a priuatione gratiæ diuinę, ita vt peccatorem eſſe, ſit quaſi quædam denominatio priuatiua, ita S. Tho. 1. 2. q. 109. a. 7. & q. 113. art. 2. Bonauent. 2. d. 28. art. 1. q. 1. Aegid. ibid. q. 2. art. 1. Richard. ibidem ar. 2. q. 1. Caietanus. 1. 2. quęſt. 113. art. 2. Medina ibid. Sot. 4. d. 15. q. 1. art. 2. Valent. p. 2. q. 86. diſp. 6. puncto. 1. Alij tandem fecerunt peccatorem dici ab aliquo reali remanente in ipſo peccatore, tranſacto actu peccati, ita viſus eſt ſenſiſſe Didacus Nugnus ad 3. par. q. 86. artic. 2. dub. 2. ad finem, voluit enim Nugnus maculam, quæ remanet in peccatore, ex actu peccati tranſacto, eſſe quoddam reale poſitiuum, & phyſicum.

D. Thom. *S. Bonauẽt.*

Verũ hęc ſnĩa Nugni, vt ab hac exordiamur, ſatis diſplicet, neque enim peccatum eſt formaliter aliquid poſitiuum, vel etiam morale, vt ipſe ponit, nam ſequeretur, Deum eſſe cauſam illius poſitiui etiam moralis, & conſequẽter peccati, quod omnino falſum eſt; pręterea ipſius ſentẽtia falſa eſt, quia contra S. Tho. qui bene 1. 2. q. 86. explicat, quid intelligatur per maculam; cum dicitur, quod peccator per peccatum contraxit maculam, & ait quod per peccatum relinquitur in anima priuatio quædam pulchritudinis ſpiritualis, ſcilicet, gratiæ diuinæ, ergo ex S. Thoma non aliquod poſitiuum relinquitur in peccatore ex perpetrato actu peccati, ſed priuatio: legatur Valent. ſup. de hac macula peccati. Neque etiam ſententia Scoti potuit vnquam placere; quia ſequeretur ex illa, in iuſtificatione impij nõ vere remitti peccatum, ſed ſolam obligationem ad pœnam, quod falſum eſt, & contra Concil. Trident. ſeſſ. 5. Sed neque etiam ſnĩa Maioris ſatis probatur, vt ex dicendi patebit. Vnde ſolum videtur probanda ſententia D. Thomæ, pro cuius intelligentia *S. Thom.* *Conc. Trid.*

Peccator dicitur a priuatione gratia. Notand. eſt, peccatorem dici a priuatione gratiæ diuinæ, quæ includit tria, primo carentiam diuinæ gratiæ, ſecundo non quãcumque carentiam, ſed quæ dicat relatio-

Digitized by Google

etiam expellit à ſubiecto nigredinem, propter formalē oppoſitionem; quemadmodum pictor in priori modo, qui eſt cauſa efficiēs albedinis, ſeu albi; eſt etiam cauſa efficiens expulſionis nigredinis; eſt autem differentia inter vnum, & alterum modum cauſandi, ex eodem S. Thoma ibidem, quod cauſa efficiens agit in rem, quæ ſemper exiſtit; ſicut ignis agit in aquam, quæ præexiſtit, illam corrumpendo; non ſic cauſa formalis, quæ expellit formam, quę non eſt, prius tamen erat; ſicut albedo expellit formaliter nigredinem, viſus cæcitatem, forma ſuam priuationem, ſic igitur peccator per actum peccandi effectiue expellit formam, id eſt, gratiam, quæ vere eſt in ſubiecto, formaliter vero expellitur per peccatū, i. per illam priuationem cum relatione illa ad actum peccati, quæ priuatio cum in ſubiecto eſt, iam non amplius in illo gratia reperitur, ita vt primum inſtans, in quo gratia habitualis eſt in anima, ſit primum nō eſſe culpæ ex D.Thom. ibid. art. 2. ad 10.

Quæ differentia inter cauſam effectiuam, & formalem.

D.Thom.

Reſpondetur igitur primo: Gratiam habitualem formaliter expellere peccatum.

Hanc concluſionem præcipue habet S.Tho. q. 28. de verit. art. ſecundo ad 9.

S.Thom.

Probatur igitur primo ex ijs, q̄ præmiſimus, cū enim ſatis conſtet, peccatum formaliter nihil eſſe aliud, quam priuationem gratię debitæ, cum relatione ad actum pręteritum, ſequitur manifeſte, gratiā, & peccatū opponi formaliter, ſic enim opponūtur forma, & priuatio inter ſe. Confirmatur, ita ſe habet gratia in ordine ad culpam, ſicuti ſanitas ad infirmitatem; albedo ad nigredinē; ſed inter hæc eſt repugnantia formalis; ergo etiam inter illa.

Hæc tamen rationes, nō ita ſunt intelligendę, perinde quaſi inter peccatum, & gratiam ſit formalis oppoſitio, qualis ſcilicet, reperitur inter formas poſitiuas; ſed qualis reperitur inter formam, & ipſius priuationem; quare reperitur quidem formalis oppoſitio inter peccatum, & gratiam, non tamen poſitiua, ſed priuatiua: exempla autem allata de ſanitate, & infirmitate, & de albedine, & nigredine ſolum fuerunt adducta, ad oſtendendum, quomodo illa inter ſe per formalem oppoſitionem opponerentur, & vnum alterum expelleret; neque enim, vt ait Ariſtoteles, exempla, quæ adducuntur ad rem aliquam cōprobandam, ſunt verificanda in omnibus; ſed ſufficit, vt verificentur in ijs, pro quibus afferuntur, & in hoc ſenſu intelligenda eſt noſtra concluſio poſita.

Secundo probatur eadem concluſio exemplis accommodatioribus; ita opponitur gratia habitualis peccato, ſicuti opponitur viſus cæcitati, lux tenebris: ſed hæc inter ſe opponuntur formaliter priuatiue, ergo & illa. ſequela patet ex iam dictis, nullam enim aliam oppoſitionem habent habitus, & priuatio, niſi priuatiuam, ergo cum inter peccatū, & gratiā ſit oppoſitio, quæ eſt inter habitū, & priua-

Digitized by Google

priuationem, erit neceſſario inter illa oppoſitio priuatiua: eſt enim peccatum nihil aliud, niſi priuatio gratiæ, vt toties diximus.

Gratia, & peccatū opponuntur ex natura rei.

Reſpondetur ſecundo; gratiam ineſſe gratiæ, & peccatum mortale opponi ex natura rei, & non ſolum meritoriè, & ex ſtatuto diuino.

Probatur, quia peccatum mortale ex natura ſua habet, quod ſit offenſa Dei, & auerſiuum ab vltimo fine ſupernaturali, ergo ex natura ſua habet oppoſitionem cum gratia habituali, per quam homo eſt gratus Deo; Confirmatur, nam ſi gratia, & peccatum mortale poſſent eſſe ſimul; ſequeretur, quod ſimul, & ſemel homo eſſet gratus Deo, & non gratus, quod diligeretur, & nō diligeretur ab illo, quod tamen implicat.

Gratia, & peccatū nullo modo poſſunt eſſe ſimul.

Reſpondetur vltimo: inter gratiam habitualē, & peccatum habituale eſſe talem repugnantiam ex natura rei, & vnū ita alterum excludere, vt neq; per potentiam Dei poſſint eſſe ſimul.

Priorem partem iam probauimus in tertia propoſitione, vbi oſtendimus inter illa duo eſſe oppoſitionem ex natura rei.

Alteram vero partem probant ea etiam omnia, quæ ſupra adduximus, vt explicaremus in quo cōſiſtat peccatum, & vnde dicatur peccator formaliter; ex quibus ſic poſſumus prædictam noſtrā concluſionem probare.

Priuatio ex natura ſua, & per quamcumque potentiam opponitur formaliter illi habitui; cuius eſt priuatio, illum excludēdo; ſed

A inter peccatum habituale, & gratiam habitualem, eſt huiuſmodi oppoſitio, ergo per nullam potentiam poſſunt eſſe ſimul; ſed vnum alterum excludet; Maior patet, quiá in hoc ſtat vis illorum, quæ opponuntur priuatiue, vt neque Deus, formaliter loquendo, poſſit vnum tollere ſine poſitione alterius, neque alterum ponere, ſine excluſione illius. Cōfirmatur, quia

B vt iam diximus, in moralibus peccatum conſiſtit in priuatione gratiæ debitæ in eſſe, quo peccator eſt inimicus Dei, ſed huiuſmodi priuatio non poteſt tolli formaliter, neque etiam per potentiam Dei, niſi per gratiam, qua homo fit amicus Dei: ergo. Cōfirmatur, quia alias poſſet idem homo eſſe amicus Deo, & non amicus, vt ſupra

C etiam deduximus, ergo per nullam potētiam poſſunt eſſe ſimul. Confirmatur vltimo, quia eſt repugnantia ex natura rei, vt in peccatore ſit dilectio Dei ſuper omnia, ergo probatur antecedens, quia peccator, vt talis eſt, habet priuationem gratiæ, in qua fundatur vera dilectio Dei ſuper omnia.

Obijcitur, quæ opponuntur, mutuo ſe expellunt ab eodem ſubiecto, ſed ante peccatum, cum quis iuſtificaretur, & fieret ex non

D ſancto ſanctus; licet non ex peccatore; gratia infundebatur, & tamen tunc non expellebatur aliquod peccatum, ergo illa duo non ſunt repugnantia ex natura ſua, quod eſt contra noſtram 2. concluſionem.

Caietanus, & Medina vbi ſupra reſpōdent, gratiam, & peccatum

opponi

Digitized by Google

opponi ex natura rei poſt peccatum, non autem ante peccatum; ita vt in natura lapſa, verum ſit, non poſſe expelli peccatum, niſi per gratiam; cum tamen in puris naturalibus potuerit quis per gratiam ſanctificari ſine vlla expulſione peccati.

Contra, quia forma ſecundum naturam ſuam, & rationem non variatur ex hoc, quod præcedat in ſubiecto, aut non præcedat contrariū, vt patet ergo ſi gratia poſt peccatum ex natura rei opponitur peccato, ſemper, & vbique opponetur, quia vt diximus rei natura non variatur ex illo capite.

Gratia ſemper opponitur peccato.

Reſpōdetur igitur ad obiectionem gratiam ſemper opponi peccato, ſicut forma ſuæ priuationi; Verum non inde ſequitur, vt in moralibus forma poſitiua ſemper debeat expellere priuationem; quia fieri poteſt, vt non pręcedat; quare ſatis erit, vt ex natura ſua gratia apta nata ſit expellere illud, ſi inueniſſet; quod igitur tunc in caſu allegato peccatum nō expellatur, eſt per accidens, quia ſcilicet non eſt.

Obijcitur ſecundo, carentia alicuius formæ in ſubiecto, non habet rationem diſtinctam ex hoc, quod forma oppoſita præceſſerit, vt patet in calore & frigore, ergo ſi ante peccatum carentia gratiæ in homine in puris naturalibus exiſtente, non habet rationem priuationis, vt vere nō habet, neq; poterit habere rationem priuationis, etiam poſt peccatum, quia etiam ante peccatum in puris naturalibus carentia gratiæ erat abſentia A formæ in ſubiecto apto, ergo erat priuatio.

Reſpondetur, priuationem in naturalibus ſolum eſſe carentiam formę in ſubiecto apto; At vero in moralibus huiuſmodi priuatio habet aliquid aliud; non enim ſolum eſt priuatio in ſubiecto apto, ſed etiam eſt cum debito habēdi; Vnde, quæ carentia gratię in puris naturalibus nō habebat rationem B priuationis, poſt peccatum commiſſum habet, ante .n. peccatum cōmiſſum in illo ſtatu potius habebat rationem negationis illa carentia gratiæ; quia, vt iam diximus, tunc nō habebat debitum habendi illam: At vero poſt commiſſum peccatum, habet rationem priuationis, quia iam incipit habere debitum habendi illam gratiā, cuius C peccatum eſt priuatio.

Obijcitur tertio, ex natura rei fieri poteſt, vt quis ex inimico fiat non inimicus; licet non fiat amicus, ſicut in naturalibus ex frigido poteſt fieri non frigidum, etſi non tranſeat in calidum, ergo ſicut frigidum ſi tranſit in non frigidum, deſinit eſſe frigidū; ſic qui eſt inimicus Deo, ſi tranſit in hoc, quod eſt, nō eſſe inimicum, deſinet eſſe D inimicus, quātumuis non incipiat eſſe amicus, ergo poteſt tranſire peccator in rectitudinem naturalem, quin tranſeat in ſupernaturalem, & diuinam per gratiam, vt enim, inquit Sotus, vbi ſupra, ex quo deſumptę ſunt hę omnes obiectiones; tranſire in gratiam Dei, eſt tranſire in ipſius amicitiam, & tranſire in rectitudinē naturalem eſt deſinere eſſe inimicum, quod vi-

Digitized by Google

videtur eſſe contra ea, quæ ſupra poſuimus.

Reſpondetur illum, qui eſt inimicus Dei, quatenus talis, eſſe priuatum amicitia Dei, quam deberet habere, propter illam relationem, quam ille habet ad malum actum preteritum, vt propterea repugnantia omnino ſit, vt ſupra diximus, vt inimicus Dei tranſeat in rectitudinem naturalem, quin tranſeat in amicitiam Dei, & licet hominem eſſe rectum ordine naturali, in ſtatu quidem puro naturali, ſit non eſſe inimicum; At poſt peccatum, & vbi homo factus eſt inimicus Dei, quamdiu caret gratia Dei, ſemper eſt cum debito illam habendi, & cõſequenter ſemper manet illa priuatus, ac proinde ſemper in peccato. Deoque inimicus: Quare, cum carentia gratiæ poſt peccatum incipiat habere rationem priuationis, & huiuſmodi priuatio non poſſit tolli, niſi per ſuum poſitiuum, quod eſt gratia, ſit, vt numquam quis reſtituatur fini naturali, quin reſtituatur ſupernaturali, etiam de potentia abſoluta Dei.

Ad argumentum igitur reſpondetur, diuerſam eſſe rationem in frigido, & calido; ab ea, quæ eſt in re noſtra; ratio autem diuerſitatis illa eſt, quia illa duo, ſcilicet frigidum, & calidum opponuntur ſolum cõtraria, neque vnum ex natura rei includit negationem alterius, vt propterea Deus per ſuam potentiam poſſit ſimul conſeruare calorem, & frigus in eſſe perfecto; & tunc non valeret illa ſequela, eſt frigidum, ergo non eſt calidum; quia ſcilicet frigidum non includit negationem caloris; cum tamen peccatum habituale, & gratia opponantur priuatiuè, vt propterea Deus non poſſit facere hominem peccatorem ſimul, & amicum ſuum, quia peccatorem eſſe, includit negationem gratiæ, quemadmodum, neque poteſt facere ſubiectum aliquod ſimul, & ſemel cæcum, & videns; quia cęcitas ſuapte natura includit priuationem viſus. quare alia eſt ratio oppoſitionis contrariæ, alia priuatiuæ, vt illa poſſit a Deo ſuppleri, non ſic altera.

Non eadem eſt ratio priuationis, & oppoſitionis contrariæ.

Si dicas, in humanis poteſt quis inimicus alterius fieri ex inimico non inimicus, licet nõ fiat amicus, ergo, & in diuinis.

Contra, quia diſpar eſt ratio in humanis, ac in diuinis, quoad hoc; nam homo quantumuis: offenderet Regem, adhuc tamen poteſt ex proprijs, & ad æqualitatem ipſi ſatisfacere, & poſita, atque exhibita ſatisfactione ille dignus eſt remiſſione, etiamſi Rex illum noluerit in amicitiam acceptare; non ſic autem in diuinis; quia homo pro culpa in Deum commiſſa numquam poteſt ex proprijs ſatisfacere, ſed neque etiam ad ęqualitatem, ſine gratia ipſius creditoris Dei; qua poſita ſit ipſe dignus diuina amicitia, in eamque recipitur.

Si tandem petatur; quare non poſſit Deus hominem liberare a peccato abſque vlla exhibita gratia; cum de facto Deus poſſit illum liberare ab obligatione faciendi hoc, & illud bonum, & pa-

Digitized by Google

patiendi hoc, aut illud malum.

Reſpondetur, etſi iam ex dictis ſufficientiſſime pateat ſolutio, attamen vt totã hanc difficultatem radicitus euellamus; ſciendum eſt, non vnam, & eamdem eſſe rationem omnium bonorum, ſicuti nec malorũ; Vnde poteſt aliquod bonum, eſſe ſolum bonum, quia præceptum, & malum, eſſe malum, quia prohibitum; & præterea poteſt eſſe aliquod bonũ, non quia præceptum, ſed quia tale eſt ex natura ſua; ſic etiam malum: ad rem igitur noſtrã ſi loquamur de priori bono, & malo, nemini poteſt eſſe dubiũ, quin Deus poſſit hominẽ liberare ab illis, quia tunc Deus hominem liberaret ſolum à præcepto alicuius legis poſitiuæ; At vero ſi loquamur de altero genere boni, & mali; certe Deus, cũ rerum naturas non mutet, non poterit hominem peccatorem liberare a peccato, niſi ſeruato ordine rerum ipſarum; Vnde, quia peccatum habituale ex natura ſua eſt priuatio diuinæ gratię, vt toties diximus, ideo numquam liberabitur peccator à debito recuperandi amicitiam Dei, quin habeat gratiam, per quam tollitur ex natura rei priuatio, quæ erat ex peccato habituali contracta, & ratio, cur ille eſſet in illo debito.

Duplex bonum ſicuti & duplex malum.

Tertio præmittendum, itemq; diſputandum eſt,

An poſſit vnum peccatum remitti ſine alio, quidam apud Gratianum de pænitent. diſtinctione tertia, cano. Sceleratior, exiſtimarunt poſſe vnum peccatum remitti ſine alio; & de facto ita fieri.

Alij contendunt, de potentia quidem Dei abſoluta, poſſe vnum peccatum dimitti, nõ dimiſſo alio, licet de facto non poſſit accidere, vnum dimitti ſine alio; fundamentum eſt, quia exiſtimarunt, tranſacto actu peccati, nihil aliud in peccatore remanere, niſi reatum, & obligationem ad pænam; vnde conſequẽter dixerunt, quia Deus poteſt tollere vnam obligationem pro vno peccato, & non pro alio, poſſe etiam dimittere vnum ſine alio; ita Scotus in 4.d.14.quæſt.1. Gab. ibidem q.1.art.1. not. ſecundo, & tertio. Adrianus q.4. de pæniten. Ioan. Med. C. de pæniten. q. duodecima. Suarius ſup. q.86.art.3.diſput.10.ſect.1.nu.2. & in ipſo art. cit. Didacus Nugnus ad 3. part. ead. q.86.art.3. licet hi omnes non eodem vtantur fundamento, vt patet de Suario, & de Nugno.

Alij vero aſſerunt, neque de potentia abſoluta, poſſe vnum peccatum dimitti ſine alio; ita S. Tho. 3.p.q.86.art.3. S. Antonin. 3. parte tit.14. capitulo 17. §.3. Viguerius de ſac. pænitent. verſic. 8.§.4. Sotus in 4.diſt.15.q.1.art. tertio, pro ſolutione *S. Thom.*

Notan. eſt primo, duplicẽ poſſe eſſe ſenſum huius noſtræ dubitationis; Primus eſt, An vere poſſit vnum peccatum dimitti ſine alio in effectu; Alter vero, an ex parte contritionis, poſſit quis conteri de vno peccato, etiamſi non conteratur de alio; In hac dubitatione explicabimus, & diſputabimus priorem ſenſum, in ſequenti

Digitized by Google

quenti vero alterum.

Notandū ſecundo, ſolutionem huius difficultatis facile colligi ex iam dictis in ſuperioribus dubijs, vt nihil præterea hoc loco videatur prænotandum, niſi quod præſens dubitatio poſſit eſſe, & de facto, & de poſſibili, & quidem hoc loco de vtroque erit à nobis diſputandum, ac definiendum.

Reſpondetur igitur primo, ſi loquamur de facto, certa fide credendū, nullo modo remitti vnum peccatum ſine alio, loquendo de mortalibus.

Probatur primo ex ſcripturis, quæ id videntur voluiſſe. *Amos 5.* Amos quinto, *Odite malum, & diligite bonum, & conſtituite in porta iudicium, ſi forte miſereatur Dominus Deus*, *Iſa. 1.* Iſaias primo, *lauamini mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum, quieſcite agere peruerſe, diſcite bene facere*, &

Infra, *Si fuerint peccata veſtra, vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur.*

Ezech. Ezech. 18. *Si autē impius egerit pænitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia, &c.* &

Ibidem, *Conuertimini, & agite, pænitentiam ab omnibus peccatis veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas*, &

Infra, *Proijcite à vobis omnes iniquitates veſtras.*

Ex quibus apparet Deum velle peccatorem mundari ab omnibus iniquitatibus, adhoc vt ſit iuſtus coram ipſo, & non ab vna, aut altera, remanentibus alijs.

Probatur ſecundo, auctoritate A Sanctorum Patrum.

D. Gregorij hom. 34. in Euang. *S. Greg.* *Quid prodeſt, ſi peccata quis luxuria defleat, & tamen adhuc auaritiæ æſtibus anhelet? quid prodeſt, ſi ira culpas iam lugeat, & tamen adhuc inuidiæ facibus tabeſcat?*

D. Auguſt. (ſi fuerit auctor illius libri) de vera, & falſa pænitentia cap. 9. *S. Auguſt.* B *Quædam*, inquit, *impietas infidelitatis eſt ab illo, qui iuſtus, & iuſtitia eſt dimidiam ſperare veniam.*

Probatur tertio ex multis canonibus, ex cap. Maioris; de Baptiſmo, vbi dicitur peccatum mortale excludere hominem à gloria, ergo cum hæc omne, & quodcumque peccatum excludat, non poterit quis ipſam capeſſere, niſi ple C nam omnium peccatorū habuerit remiſſionem; At remiſſio non fit, niſi per gratiam, quæ eſt ius ad gloriam, ergo gratia excludit omnia peccata, ergo numquam de facto vnum remittitur ſine alio.

Præterea hæc eadem concluſio deducitur ex cap. Quem pænitet diſt. 3. cap. Non poteſt. d. 1. ex cap. Sunt plures d. 5. tādem deducitur etiam noſtra concluſio ex Concil. Trid. ſeſſ. 6. c. 15. *Conc. Trid.*

D Tertio probatur ratione, quia ſaltem de facto in omnium ſententia peccatum non dimittitur, niſi per infuſionem gratiæ, gratia autem ex ſe tollit omnia peccata.

Secundo probatur etiam, quia peccatum nunc nō remittitur niſi quia homo fiat iuſtus, & charus Deo, ſed iuſtitia non poteſt conſiſtere cum aliquo peccato, ergo.

Tan-

Digitized by Google

Tandem probatur idem, quia contritio, quæ eſt vltima diſpoſitio ad gratiam, eſt vera conuerſio in Deum, hæc autem includit neceſſario omnimodam auerſionem ab omnibus peccatis, ergo. Confirmatur, quia gratia, aut eſt ipſa charitas, aut coniungitur cum charitate inſeparabiliter; charitas autem formaliter facit amicum, & amicitia tollit omne peccatum, ergo.

Non poteſt tolli vnum peccatũ ſine alio. Reſpondetur ſecundo; ex natura rei non poſſe tolli vnum peccatum ſine alio.

Probatur concluſio, quia, vt iam patet ex dictis, peccatum formaliter poſt actum tranſactum, eſt in priuatione gratiæ debitæ, cum illa relatione, de qua ſupra; ſed huiuſmodi priuatio ex natura rei nullo modo poteſt tolli, niſi per habitũ oppoſitũ, qui eſt gratia, ergo cum gratia ex ſe repugnet omni, & cuicumque peccato mortali, & originali, non poterit expellere vnum, quin expellat omnia, vt habet *Conc. Trid.* Concil. Tridentin. ſeſſ. 6. iam citat. cap. 15.

Probatur ſecundo, implicat concipere peccatorẽ iuſtificari, & fieri formaliter iuſtum ſine aliquo inhærente, vt iam probauimus, ſed iſtud inhærens non eſt aliud, niſi gratia, quæ repugnat omnibus peccatis, ergo.

Reijcitur Nugnus. Sequitur primo, etſi quoquomodo probaretur concluſio Didaci Nugni, quam habet ad art. 3. q. 86. ſupra; nullo tamen modo probari rationem, qua illam probat; ſic enim habet. *Probabilius mihi videtur, quod per abſolutam potentiam Dei poſſit vnum mortale peccatum ſine alio remitti: Probatur. Peccatum, vt modo ſupponimus, eſt quadam macula poſitiua exiſtens in anima, qua magis intenditur, atque extenditur per nouum peccatum mortale: ſed nulla eſt implicatio cõtradictionis, quod Deus tollat iſtam nouam intenſionem, vel extenſionem manente macula per primum peccatum cauſata, ergo nulla eſt implicatio contradictionis, quod vnum peccatum auferatur ſine altero:* hæc ille. In quibus vere multa diſplicent, & imprimis diſplicet, quia ponit peccatum formaliter conſiſtere in huiuſmodi macula, quod ſupra refutauimus; quia eſſet etiam contra ſentẽtiam D. Thomæ 1. 2. q. 86. art. 7. quo loco, ait id, quod ſupra etiam retulimus, ſi diligentius conſideretur, peccatum formaliter eſſe priuationem ſcilicet gratiæ, ac pulchritudinis debitæ ineſſe in peccatore; Secundum quod diſplicet eſt, quia ponit hanc maculam formaliter, & eſſentialiter eſſe quid poſitiuũ; diſplicet autem, tum quia inde videretur ſequi, Deum eſſe cauſam formalem, & eſſentialem peccati; patet ſequela, quia Deus, vt etiam ſupra diximus, eſt cauſa cuiuſcumque, quod habet rationem entis poſitiui, & cuiuſcumque poſitiuæ formalitatis, ergo cum peccatum ex ipſius ſententia, ſit huiuſmodi entitas, bene ſequitur, eſſe etiam cauſam illius, quod tamen nullo modo eſt concedendum, vt alibi dicitur; tum quia petimus à Nugno, an hæc macula poſitiua, quã ipſe dicit, eſſe formaliter peccatũ, an, inquam, cõſiſtat in indiuiſibili,

Digitized by Google

an non: non primum, quia, vt ipſe ibidem fatetur, illa entitas poſitiua maculæ recipit intenſionem, & extenſionem; ſi aut ſecũdum, contra, quia intenſio in rebus non ſolum phyſicis, ſed etiam in moralibus, ſemper fit in vna, & eadem qualitate, ex gradibus eiuſdẽ ſpeciei additis, prioribus remanentibus, vt patet quando vnus, & idem calor intenditur, vnum & idem peccatum intra eandem ſpeciem fit maius, & intenſius; ſed in re noſtra ex Nugno in hac entitate maculæ ſequeretur fieri intenſionem ex rebus diuerſæ ſpeciei, ergo non videtur poſſe illo modo intendi: fieri autem intenſionem ex rebus eiuſdẽ ſpeciei, patet ex vera philoſophia, vt probatione nõ egeat; quod idem patet eſſe in rebus moralibus, ex Theologia: ſequi autem ex ſententia Nugni, fieri intenſionem ex rebus diuerſæ ſpeciei; probatur, nã ipſe ponit hanc maculam intendi ex nouo peccato, ergo cum peccata poſſint eſſe diuerſarum ſpecierum, intenſio etiam poterit eſſe ex diuerſis ſpeciebus; qualia enim ſunt componentia, talis etiam eſt illorum compoſitio; vnde cum illa entitas poſitiua maculæ intendatur ex nouis peccatis ſpecie diſtinctis, vt nunc ſupponimus, & quodlibet peccatum ſit formaliter macula aliqua poſitiua, erit etiam ipſa intẽſio ex gradibus, id eſt, maculis poſitiuis ſpecie diſtinctis, ergo etiam ipſa entitas erit ex illis intenſa, & graduata, vt ita dicamus; intẽſio enim in qualitate, quemadmodum extenſio in quãtitate, nihil eſt aliud,

A quam ipſa entitas intenſa, aut extenſa realiter; quæ omnia, quantum à vero aberrẽt, nemo eſt, qui non videat; vnde aliud quid excogitandum eſt, quo peccator, ex peccatis multiplicatis, dicatur magis peccator; Tertiũ quod diſplicet eſt, quia ex reſponſionibus, quas ipſe Nugnus ibidẽ poſt concluſionem ſupra allatam adducit, B ad argumenta in contrarium facta; videtur poſuiſſe intenſionem, & extenſionem fieri per acquiſitionem cuiuſdam modi, per quem exiſtimauit ſaluare, quomodo eadem entitas realis formaliter, vt inquit ipſe, intendatur, aut extendatur, & tamen nõ intendatur ex adiunctione nouæ maculæ, ſpecie diſtinctæ; cum tamen ex philoſophia, quam nos tamquam veriſ-C ſimam ſemper amplexi ſumus, ſequuti Gregorium 1.ſent.d.17.q.3. & 4. Scotum q.4. Ioan. Canon. 4. phyſ.q.3. Antonium Andream 8. met.q.6. Albertulũ 5.phyſ. q.9.10. & 11. & Marſilium 3.phyſ.dub.3. videatur omnino dicendum; tam intenſionem, quam extenſionem fieri per acquiſitionem gradus formę ad gradum eiuſdem formę re-D manentis, & quantitatis ad quantitatem; ex ſententia etiam, quæ cõmuniter tribuitur Herueo, quolibeto 2.q.13. & non per acquiſitionem alicuius modi. deinde petimus. An hic nouus modus, quem ipſe excogitauit, ponat nouũ peccatum diſtinctum à priori, an nõ; ſi hoc ſecundum, ergo macula illa nullo modo fuit intenſa, patet quia nihil ponit in eſſe, quo peccator dicatur magis peccator, &

quo

Digitized by Google

quo macula illa prior dicatur intenſior; quia iſte modus, nihil addidit priori; ſi vero hic modus ponat nouum peccatũ, ergo cum peccatum denuo cõmiſſum poſt primum, alterius ſit ſpeciei, & iam huiuſmodi modus acquiſitus ad maculam priorẽ erit alterius ſpeciei, & conſequenter non poterit intendere illam maculam priorem, vt peccator dici poſſit magis peccator. Accedit quod modus, vt modus, non dicit, neque realitatem, neque proprie formalitatem diſtinctam à re, cuius eſt modus, vt patet in ſeſſione reſpectu ſedentis, in figura reſpectu quantitatis, ergo ſi peccator ex vno peccato commiſſo de nouo, nõ acquirat, niſi nouum modum maculæ, neque etiam acquiret intẽſiorem aliquam maculã, qua dicatur peccator magis peccator; cum tamen vere poſt nouũ illud peccatũ commiſſum, dicatur magis peccator. Confirmatur, quia non magis habet rationem maculæ vnũ peccatum, quã alterum, ergo ſi primum habet veram rationẽ maculæ, habebit etiam eamd. rationẽ ſecundũ peccatum de nouo cõmiſſum, ergo magis peccator dicetur, ex eo quia macula maculæ addatur, ſed hoc dici nõ poteſt, quia vt patet ex dictis, ſequeretur fieri intẽſionem ex rebus ſpecie diſtinctis, quod diximus abſurdũ; Confirmatur vltimo, quia ſi peccatum habet rationem maculæ, ergo peccator cõmittendo nouũ peccatum contrahit nouam maculam, ergo nõ ſolum modum maculæ; ac proinde cum contrahat nouum peccatũ diſtin-

A ctum a priori, cõtrahet etiam nouã maculã, diſtinctã a priori, ergo quod de nouo acquiritur a peccatore per nouũ peccatũ diſtinguitur realiter materialiter a priori, & nõ ſolũ formaliter, vt ponit Nug.

Melius itaq; dixiſſet Did. Nug. ſi ſequutus D. Th. exiſtimaſſet peccatũ formaliter cõſiſtere in priuatione gratiæ, modo ſup. explicato; ſic enim affirmaſſet, & bene, quæ B peccata poſt primũ committũtur eſſe illa, quæ faciunt hominẽ magis peccatorem; nõ perinde quaſi priuatio gratiæ, vt ſic, ſuſcipiat magis & minus; ſed quia propter plura peccata fiat homo magis debitor diuinæ gratiæ cũ enim peccator ex vno peccato ſolũ eſſet debitor, ex vno capite; alijs deinde adueniẽtibus peccatis, fit debitor ex C pluribus etiã capitibus .ſ. ex relationibus, quas habet illa priuatio ad plura, & plura peccata præterita, modo iã explicato; quapropter ipſa priuatio, & carẽtia gratiæ pręciſe, & formaliter, vt ſic, non habet differẽtiam ſpecificã, cũ forma poſitiua priuationi oppoſita ſit eiuſd. ſpeciei: vt vero habet relationẽ ad actum præteritum, poteſt habere differẽtiam ſpecificã, quã, vt dictũ D eſt, ſumit ex diuerſis relationibus ad actus pręteritos diuerſę ſpeciei, quib. peccator dr̃ magis peccator.

Sequitur ſecundo, neque nobis placere ſententiam Suarij vbi ſup. quatenus ponit poſſe remitti vnũ peccatũ ſine alio per quamd. moralem remiſſionem extrinſecam; nam præterquã quod quoquo modo verbis vr̃ fauere hæreticis, qui ponebant peccatũ tolli per ſolam *Reijcitur Suarez.*

nõ imputationem Dei, quãquam re omnino differat, quod tamẽ in rebus fidei videtur omnino eccitari debere; coincidit cum ſententia Scoti, vt adnotauit etiam Didacus Nugnus, qui multa loco ſupra citato cõgeſſit contra dictã Suarij ſententiam; nã Scotus, ex quo faciat peccatorẽ denominari à denominatione quadã relatiua, per quam peccator obijcitur voluntati diuinæ, & a Deo obligatur ad pęnam; conſequẽter videtur ponere poſſe tolli peccatum à Deo per ablationem illius denominationis relatiuæ, quæ nihil eſt aliud, quã moralis quæ ſtã remiſſio, quã ponit Suarius, & tamen ipſe ſatis conatus eſt euertere hanc Scoti ſententiã, vt patet ex locis ſupra citatis; prætera patet, hanc Suarij ſententiam falſam eſſe, quia huiuſmodi moralitas, etſi faciat hominẽ extrinſecè iuſtum; numquam tamen intrinſece; cum tamen peccatum, nõ niſi per ſuum poſitiuum, id eſt, per gratiam, & intrinſecè deleatur, vt ſic peccator dici poſſit formaliter, & intrinſecè iuſtus. Accedit, quod ſi verũ eſſet, quod aſſerit Suarius, ſequeretur vnum, & eumd. hominem poſſe dici iuſtũ, & iniuſtum: patet ſequela, quia vt ſupponitur dilectus a Deo, illiq; per dilectionem extrinſecam, & moralem remiſſum peccatum, eſt iuſtus; vt vero in eodẽ homine eſt adhuc formaliter illud, quo peccator denominatur, eſt iniuſtus; ſed hoc videtur omnino impoſſibile, ergo.

Notandum autem eſt, ſi peccatũ poſſet dimitti ſine gratia (quod tamen ſupra negauimus fieri poſ- A ſe) non repugnaret per diuinam potentiam, ſaltem imperfecte; poſſe remitti vnum peccatum, ſine alio; Diximus, ſaltem imperfecte propter auerſionem, & maculam, quia macula, & auerſio non dicuntur perfecte tolli, quamdiu ſubiectum manet auerſum, & maculatum; ſed tamen poſſet tolli per quamdam extrinſecam non imputationem, & fictionem iuris, B ad eum modum, quo in humanis poteſt quis diſpenſare in vna irregularitate, etiamſi maneat irregularis in alia; nam quemadmodum ratione irregularitatis, in qua eſt diſpenſatus, non impeditur ab ordine, ſed impeditur ratione alterius; ita etiam ratione vnius peccati non dimiſſi diceretur auerſus; ratione alterius non diceretur; At vero hoc in noſtra C ſententia, nequaquam dici poteſt; cum iam ex certa ſententia diximus, peccatum formaliter ex natura rei tolli ſolum per gratiam, qua intrinſece homo fit dignus vita æterna, vt iam ſupra fuſius diximus; Vnde ſi ſemel gratia ponatur in homine, iã illa tollit omnia, & quæcumque peccata mortalia: quare vix poſſumus tolerare illorum ſententia, quæ aſſerat, D adhuc ſi peccatum remittatur per infuſionem gratiæ, de potẽtia Dei abſoluta poſſe vnum peccatum tolli ſine alijs; aſſerunt enim gratiam poſſe conſiſtere cum peccato; quo dicto nihil abſurdius dici poſſe exiſtimamus: ſed de hac ſententia alibi. Atque hinc patet quid dicendum ſit ad priorem ſententiam huius difficultatis.

Quoad

Digitized by Google

Quoad alterum ſenſum difficultatis propoſitæ.

DVBITATIO EST

An quis poſſit conteri de vno peccato mortali, & non de alio.

SVpponendum eſt hoc primo loco ex Gabriele in 4. diſtinctione 15. quæſtione prima, a. 1. nos hic loqui de vera pænitentia, qua remittitur peccatum, non autē de pænitentia ſine fructu; nam ſi de hac loqueremur, nulli dubiū eſſet, quin poſſet quis dolere, ac pænitere de vno peccato, quin doleret de alio; Imò de eodem ſibi complacere; At ſolū dubitatio eſſe poteſt de pænitētia primo modo, & de hac nunc inquirimus, vtrum poſſit eſſe cum fructu in ordine ad vnum, & nō in ordine ad aliud peccatum; licet fere ſolutio huius dubij pendeat ex iam in ſuperioribus dubitationibus allegatis; videntur enim omnes hæ dubitationes maximā inter ſe habere connexionem, vt ex ſolutionē prioris a nobis ſupra allatæ, & explicatæ dubitationis fere omnes aliæ videantur dependere.

Medina C. de pænit. tract. 1. q. 5. ait per potentiā Dei abſolutam poſſe per veram pænitentiam remitti vnum peccatum ſine alio.

Corduba lib. primo, quæſt. 15. Thomas de Argent. in 4. d. 15. q. 1. art. 2. Gabriel. q. 1. art. 2. S. Antoni. 3. p. tract. 14. c. 18. §. primo, S. Bonauen. in 4. d. 17. a. 4. q. 3. Emanuel Rodriquez, cap. 48. de contritione

A nu. 5. Suarius ſup. diſput. 4. ſect. 6. nu. 17. Didacus Nugnus ſup. q. 86. ad articulū 3. & alij communiter aſſerunt, non poſſe vnum peccatum dimitti ſine alio vera pænitentia.

Reſpōdetur ad dubitationem; qui recordatur pluriū peccatorum nullo modo poteſt iuſtificari, niſi talem habeat contritionem, quæ
B actu, vel virtute deteſtetur omnia peccata.

Probatur ſimul, & explicatur concluſio, ſi quis enim ita recordaretur peccatorum, vt ſicut cogitatione enumeraret peccata, ita etiam adhiberet ſingulares contritiones, vt ponit Sotus in 4. d. 17. q. 2. a. 3. certum eſt ex communi ſententia illum iuſtificari; nam qui ſeueriſſime loquuntur, nihil prætere
C terea requirunt. ſecundo, ſi quis multa peccata mente complectēs vniuerſali quadam cōtritione deteſtetur omnia, vt conueniunt in vna ratione formali, vt ſcilicet sūt contra Deū; certum etiam videtur hunc iuſtificari, vt habent Tho. de Argent. in 4. d. 17. q. 1. art. 2. Nauar. c. 1. nu. 22. Medina C. de pænitent. tract. 1. q. 5. Toletus lib. 3. inſtruct. ſacerd. cap. 5. nu. 2. Iacob. de Graff.
D lib. primo Caſ. conſc. cap. 5. nu. 20. Coſmas Philiar. de ſac. pænit. lib. 2. cap. 20. & ratio eſt, quia cum hic habeat actum contritionis, qui præſupponit dilectionem Dei, ſine dubio erit amicus Dei; conſequenter iuſtificabitur; nam vel minimus gradus contritionis, vt ſup. diximus ex D. Thom. in 4. d. 17. q. 2. art. 5. queſt. 3. vel etiam innumerabilia peccata expellit; ter- S. Thom.

tio ſi quis habens memoriam multorũ peccatorum deteſtetur vnũ, & circa aliud neutro modo ſe habeat, & quaſi differat pænitẽtiam in aliud tempus, aſſerimus, cum Gab. & D. Antonino, & alijs vbi ſupra, iſtum nullo modo iuſtificari contra Medinam, & ex parte etiã contra Suarium, quatenus diſput. 10. ſect. 1. nu. 7. affirmat de potentia Dei abſoluta per veram contritionem poſſe tolli vnũ peccatum mortale ſine alio. his explicitis

Probatur primo noſtra concluſio ex ſacris ſcripturis, quæ ſatis aperte ſignificant charitatem facere perfecte Dei amicum, 1. Petro primo, *Vniuerſa delicta operit charitas*, Ioan. 14. *Qui diligit me, diligetur a Patre meo*, Iacob. 4. *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis*, Prouerb. 8. *Ego diligentes me diligo*; ex quibus ſic poſſumus argumentari: perfecta contritio nunquam eſt ſine charitate, ſed hæc delet omnia peccata, ergo etiam contritio, ergo non poterit eſſe reſpectu vnius peccati, & non alterius: contritionem autẽ delere omnia peccata, tamquam diſpoſitionem neceſſario coniunctã cum gratia, iam ſupra oſtenſum eſt.

1. Petri 1. Ioan. 14. Iacob. 4. Prouerb. 8.

Secundo probatur ex Sanctis Patribus, qui ſignificãt charitatem non poſſe conſiſtere cum peccato, ſic S. Aug. epiſt. 7. ad Simplic. *Libertas*, inquit, *liberũ facit hominibus, charitas amicum Deo*; & tract. 5. in p. Canon. Io. & lib. de Gratia Chriſti cap. 2. idem fere dicit. Ioa. Chryſoſt. homil. 7. in poſteriorem ad Timoth. S. Hieronymus ad Epheſ. 4. & 5. Gregorius homilia 37. in Euang. S. Bernardus epiſt. 105. hoc idem habent.

S. Auguſt. S. Chryſoſt. S. Hierony. S. Gregor. S. Bernard.

Tertio probatur ex facto Chriſti, qui, vt ait D. Aug. Luc. 17. totum hominem in ſabbato ſanauit, & corpus ab infirmitate, & animam a peccato, quo indicatur hominẽ debere dolere de omni peccato, vt ſic ſanus fiat à Deo. legantur in hunc locum Lyranus, & Gab. in 4. d. 15. q. 1. a. 3.

D. Auguſt.

Quarto probatur ex cap. Sunt plures de pænit. diſt. 3. & cap. Quẽ pęnitet ibidem, ex cap. Nõ poteſt d. 1. ibidem, ex cap. Fratres noſtros. diſ. 5. & ex cap. Qui vult, d. 6. item de pæniten. ex quibus clare patet, oportere peccatorem ſimul de omnibus criminibus pænitere, & non de vno tantum ſi velit vere pænitere. quare vera pænitentia fertur circa omnia peccata, quę occurrũt.

Quinto probatur ratione, actus perfectæ charitatis eſt actus amicitiæ cum Deo; amicitia autem neceſſario excludit animum inimicum, ergo excludit omne peccatũ, ſed contritio eſt ex charitate, ergo excludet etiam omne peccatũ, ergo non poterit cum ipſo conſiſtere; Cõfirmatur, quia ſi charitas eſſe nequit ſine remiſſione omniũ peccatorum, & contritio naſcitur ex charitate; neceſſario ſequitur, vt etiam contritio eſſe nequeat ſine remiſſione omnium peccatorum.

Probatur ſecundo etiam ratione, formalis pænitentia eſt neceſſaria ad iuſtificationem, quoties peccata actu occurrunt memoriæ, alias non diceretur vera pænitentia, ſed in præſenti caſu ponimus peccata actu occurrere me-

memoriæ, ergo actu omnia debet deteſtari vera pænitẽtia, ergo non poteſt deteſtari vnum, quin alterum etiam deteſtetur peccatum.

Suarius ſupra nu.7.negat iſtam ſequelam, nã ait, & ſi contritio debeat eſſe omnino de omnibus peccatis, quia id petit ipſius contritionis natura; quia tamen ipſa nõ eſt cauſa formalis remiſſionis peccati, ſed ſolum diſpoſitiua, ideo poterit Deus ſua potentia, vt contritio ſit ad vnũ peccatum, & non ad aliud.

Reijcitur Suarez. Contra, nam cum contritio ſit ex natura ſua cauſa diſpoſitiua, & vltima, ad quam infallibiliter conſequitur gratia, videtur neceſſario ſequi, ſicut per nullam potentiam poteſt gratia cõſiſtere cum aliquo peccato, vt ſupra diximus, cũ ſint oppoſita priuatiuè, ſed omnia, & quæcumque expellat, ſic etiã ipſa contritio eadem omnia expellat diſpoſitiue, neque cum aliquo illorum poſſit conſiſtere, loquendo ſemper de mortalibus.

Si dicat Suarius, poſſe Deũ non eſſe contentum hac, vel illa cõtritione, ac proinde ſic poſſe non remittere aliquod peccatum, etiam remiſſo alio in eod. peccatore.

Contra, quia tantum inde concluderetur, Deum extrinſece poſſe non remittere peccatũ; non tamẽ intrinſece, quia intrinſece peccator vere pænitens, & contritus eſſet dignus formaliter remiſſione omnium peccatorũ; etiamſi actu non remitterentur à Deo; queadmodũ Deus ex potentia ſua poſſet homini exiſtenti in gratia finali, actu non dare gloriam; attamẽ ex hoc nõ deſineret ille eſſe, & denominari formaliter dignus ipſa gloria, cum formaliter habeat pignus ad gloriam.

Vltimo probatur eadẽ concluſio; quia, vt infert Gabriel in 4.d. 15.q.1.a.2. ſi contraria ſentẽtia eſſet vera, ſequeretur, eumdem hominem eſſe amicum, & inimicum Dei. patet ſequela, quia quatenus habet ſfauorẽ Dei, eſſet illi amicus, quatenus adhuc eſt in peccato, eſſet inimicus, quod implicat, ergo.

Neque fundamentum, quod habet Medina, quod ſcilicet non ſemper teneatur quis de peccato cõteri, vt propterea poſſit de vno, & non de alio fructuoſe conteri, quidquam valet; nam, quidquid ſit de præcepto cõtritionis, certum eſt, vt dicemus, eamdem eſſe rationem, & præcepti charitatis, & præcepti contritionis; Vnde ſicut fieri poteſt, vt in aliquo caſu quis non teneatur præcepto contritionis, quod docuit Suarius ſupra diſput.15. ſect.5. num.2. & deſumptum eſt ex D. Tho. in 4. diſt.17. q.3. artic.1. quæſt.4. Bonauentura ibidem articulo 4. quæſtione 3. & alijs antiquioribus, & nos dicemus infra; ita etiam fieri poteſt, vt non teneatur præcepto charitatis: legantur Canus parte quarta. Vigue rius de Sacramento pænitentiæ, verſ.11. Quare licet abſolute loquendo non teneatur quis actu deteſtari peccata, quoties de illis cogitat; ſuppoſito tamen, quod velit iuſtificari, neceſſariũ eſt omnia peccata deteſtari, neq; enim negari poteſt in actu charitatis, q ex ſe habet vim iuſtificandi, ſaltẽ virtualiter includi diſplicentiã omnium pecca-

D. Thom. *D. Bonauẽt.*

peccatorum, quod neque negauit Medina vbi ſupra.

Non poteſt vere quis cõteri de vno mortali & non de a io, ſi plura habeat.

Sequitur primo, nullo modo, neque per vllam potentiam poſſe aliquem cum fructu conteri de vno peccato, quin conteratur de alio, quia contritio vera, & pęnitẽtia perfecta id habet, vt cũ ſit proxima diſpoſitio ad gratiã, quæ formaliter repugnat omnibus peccatis, eaque expellit; expellat etiam, & ipſa diſpoſitione omnia peccata, eaque omnia tollat, neque poſſit cum fructu ferri in vnũ, & non in aliud peccatum.

D. Auguſt.

Quomodo actus imperfectus pænitentiæ poſſit eſſe de vno, & non de alio peccato.

Sequitur ſecundo, aliquẽ actum imperfectum pænitentiæ virtutis eſſe poſſe de vno peccato, quin ſit de omnibus, quod viſus eſt indicaſſe D. Aug. lib. de vera, & falſa pæn. c. 9. & refertur in cap. Sunt plures, de pænit. d. 3. & ratio eſſe videtur, quia peccata ſunt diuerſa obiecta materialia, in quibus ratio iniuriæ, & offenſæ Dei eſt indiuidualiter diuerſa; nihil autẽ repugnat, quo minus voluntas moueatur ad determinationem vnius obiecti materialis propter rationem indiuidualiter contractã in tali obiecto, ergo nõ repugnat quo minus deteſtatio vnius peccati ſit abſq; deteſtatione formali, aut virtuali aliorum peccatorum, quodquidem tunc tantum continget, quãdo voluntas mouetur ex ratione iniurię, vel offenſæ Dei, quatenus contracta eſt in indiuiduo, cũ enim hæc ratio ita contracta non extẽdatur ad alia obiecta materialia, conſequens eſt, vt deteſtatio, quę ex illa elicitur, nullo modo, ne virtualiter quidem extendatur ad alia peccata, ac proinde nõ ſit propriè incompoſſibilis cum complacentia aliorum peccatorum, quod nõ accidit cũ deteſtatio eſt de vno peccato ex conſideratione iniuriæ, & offenſæ Dei ſecundum ſe; nã tunc ſaltem virtualiter neceſſario eſt de omnibus peccatis; nam diſplicẽtia elicita ex tali vniuerſali ratione, omnino eſt incompoſſibilis cum complacentia cuiuſque obecti, in quo illa communis ratio proponitur. Vnde ſi Medina loco ſupra citato illud primum voluiſſet, reuera tolerandus eſſet, at quia viſus eſt voluiſſe ſecundũ, omnino reijcienda videtur ipſius ſententia, vt patet ex dictis.

Sequitur vltimo ex Gabriele in 4. diſt. 14. quæſt. 1. attic. 2. concl. 2. Deum, ſecundum potentiã etiam ordinatam, poſſe alicui remittere culpam mortalẽ ſine aliquo actu formali pænitentiæ; ſi tamen habeat actum charitatis; poteſt enim quis ſubito rapi ad tale, ac tantum martyrium, vt ita diſtrahatur, vt nullã poſſit elicere cogitationem de peccatis commiſſis; attamen ita ex charitate ad illud rapiatur, vt ſine dubio iuſtificetur, & ratio eſt, quia cum ſufficientiſſima diſpoſitio ad gratiam ſit charitas, illeque habeat hanc maximam charitatem, ſine dubio erit Deo gratus; Diximus, ſi diſtrahatur à cogitatione peccatorum; nam ſi fortaſſis occurreret peccatum ipſius memoriæ, tunc elicienda ab illo eſſet, aut actualis, aut virtualis deteſtatio.

His igitur omnibus explicatis, quæ ad priorẽ ſenſum propoſitæ dif-

Digitized by Google

difficultatis ſecundę faciebant, veniendum nunc eſt ad alterum ſenſum, in quo verſabatur principalis dubitatio.

An requiratur ſingularis contritio in ſingulis peccatis deteſtandis.

QVi DD. aſſeruerunt, ad contritionem prærequiri examen aliquod, conſequenter velle tenentur, requiri ſingulares, aut attritiones, aut contritiones ad ſingula peccata deteſtāda, ita Canus par. 3. relect. de pæniten. ſub finē, S. Antonin. 3. parte tit. 14. capitulo 18 §. 1. Sotus in 4. diſt. 17. quęſt. 2. art. 3. qui in hanc ſententiam citat Halenſem. 4. p. quæſt. 69. mem. 8. art. 2. Richard. in 4. diſt. 16. artic. 1. quæſt. 2. Durand. d. 17. q. 2. Palud. q. 1. art. 2. & alij, quos nos ſupra citauimus, cū tractauimus, an illud examen prærequiratur neceſſario ad contritionem.

Illuſtriſſimus Caietanus tomo 1. opuſc. tom. 4. q. 1. & q. 2. de contritione aſſerit, initio quidem examinis requiri quaſi ſingillatim ſaltem attritionem quamdā imperfectā, quæ deinde in fine in vnam coaleſcat quaſi vniuerſalem contritionem.

Alij communiter negāt, requiri huiuſmodi ſingulares, aut attritiones, aut contritiones, ita Th. de Argentina in 4. d. 17. q. 1. a. 2. Nauar. c. 1. nu. 22. 25. & 40. & c. 22. nu. 3. Barthol. Med. 1. 2. q. 113. art. 5. Rodriquez cap. 48. de cont. num. 2.

A Coſm. Philiar. lib. de ſac. pænit. cap. 20. Viualdus de cont. num. 22. Bottarellus tract. de cont. cap. 14. & 15. Illuſtriſſimus Toletus libro 3. inſtruct. ſacerd. cap. 5. num. 2. Sotus vbi ſup. conclu. prima ex parte amplexus eſt hanc ſententiam. Didacus Nugnus licet ſenſerit illud examen eſſe neceſſarium ad contritionem, adhuc tamen aſſerit, ad 3. p. quæſt. 2. a. 6. dub. 1. concluſ. 1. has ſingulares contritiones non eſſe neceſſarias. tandem Suarius ex profeſſo hanc ſequutus eſt ſententiam, ſup. diſpu. 4. ſect. 6. nu. 3. & alij, quos ſup. attulimus negātes illud examen.

B Reſpōdetur ad dubitationem. nullo modo ad iuſtificationē neceſſarias eſſe ſingulares attritiones, aut contritiones.

Non ſunt neceſſaria ſingulares, aut attritiones, aut contritiones.

C Diximus primo, nullo modo, quia in ordine ad iuſtificationem videtur certum, non requiri, quia, vt diximus ſupra, ſatis eſt, contritionem in vniuerſali omnia peccata commiſſa deteſtari vnico actu; legantur Iacob. de Graff. ſup. num. 19. & Rodriquez cap. 48. de cont. nu. 2. In ordine vero ad confeſſionem, etiam ſi demus, requiri illud, tamen vt habet Caietanus, D ſicut vnico actu poteſt quis confiteri multa peccata, ita eadē vnico actu poteſt deteſtari.

Diximus ſecundo, non eſſe neceſſarias ſingulares attritiones quas videntur potuiſſe Angelus, & Silueſter verbo Contritio, cū Armilla ibidem, Iacob. de Graff. vbi ſup. nu. 11. & ratio eſt, quia ſi ponamus has eſſe mere attritiones, & deinde ſubſequi generales quaſdam

Digitized by Google

contritiones, vt velle viſus eſt Caietanus; videtur illæ ſuperuacaneæ, quia ſubſequens contritio iuſtificat, vt dixerunt Sotus, & Suarius vbi ſupra. Accedit quod videtur ridiculum illud Caietani, has ſcilicet ſingulares attritiones poſſe coire in vnam contritionem; cum ex natura ſua, & ex obiecto illæ omnes diſtinguantur. Denique cum iſtæ attritiones per ſe non iuſtificent, neque erunt neceſſariæ ad iuſtificationem, ſicuti neque in ordine ad cõfeſſionem; quidquid dixerit Canus vbi ſupra; nam vt dicemus ſuo loco, ad confeſſionẽ ſatis eſt vnica attritio; legãtur Suarius, & Iacobus de Graff. locis nuper citatis.

Diximus tertio, neque requiri contritiones, quia in ordine ad iuſtificationem, vt ſæpe dictum eſt, & docuerunt Caietanus, Sotus, & Nauarus, locis iam citatis, & Belarminus libro ſecundo de pænitent. capitulo vndecimo, omnia peccata ſub vna ratione formali comprehendi poſſunt, & ſic vnico actu, vel actuali, vel virtuali, vt ait Gabriel in 4. diſtinctione 14. q. 1. articulo 2. concluſ. 3. tolli poſſunt, & ex his apparet noſtra concluſio.

Probatur tamen præterea, nam ſi huiuſmodi contritiones eſſent neceſſariæ, male ageretur de ijs, qui repentinis morbis oppreſſi, totos ſe Deo tradunt; nam cũ ij non poſſent habere huiuſmodi contritiones, ſine dubio damnarentur, quod iniquum eſſet aſſerere, nam vt diximus, & fuſius infra; cõtritio poteſt elici in inſtanti, & ex amo-

A re in Deum, quem in ſe continet, poteſt etiam iuſtificare, etiam ſine vlla recordatione peccati pręteriti.

Obijcitur, vnum actum voluntatis non poſſe ferri in tam multa obiecta, ergo neque vnus actus contritionis poterit ferri in multa peccata.

Reſpondetur primo, id non repugnare, ſicut enim intellectus po-
B teſt plura, & plura intelligere vno actu, & vna viſione poſſunt plures & plures colores, etiã vt diſtincti, cerni; ſic etiam vnico actu volũtas poterit ferri in multa etiam diſtincta, vt aduertunt etiam Barth. Medin. 1. 2. q. 111. a. 2. Coſmas Philiar. lib. 2. de ſac. pænit. cap. 20.

Reſpondetur ſecundo, voluntatẽ apprehendere poſſe illa omnia vt vnum, quatenus conueniũt
C ſub vna ratione formali deteſtabilitatis.

Obijcitur ſecundo, requiri huiuſmodi contritiones non quidem ad delendam culpam, ſed ad remiſſionem pœnæ.

Reſpondetur primo, nos hoc loco diſputare de remiſſione culpæ, non autem de remiſſione pœnæ.

Reſpõdetur ſecundo, ne ratione quidem pœnæ, eſſe neceſſarias
D illas contritiones ſimpliciter, quia vt dicemus, ſicut contritio habet vim remittendi omnia peccata, ita etiam habet vim remittendi omnem pęnam, ſi ſit perfectiſſima iuxta cõmunem doctrinam, quam inter alios tradiderunt Viguerius de pænit. verſ. 10. Tabiena verbo Cõtritio nu. 16. Toletus ſup. lib. 3. nu. 5. Rodriquez cap. 48. de contrit. num. 6. & alij, quos ſupra cita-

uimus

uimus ad hanc eamd. rem cõprobandam.

Obijcitur tertio, requiri illas, aut attritiones, aut contritiones ratione præcepti.

Reſpondetur, huiuſmodi præceptum adhuc non conſtare; illud enim, neque poteſt eſſe per ſe poſitiuum, neque deduci ex iure naturali, vt etiam adnotarunt Coſm. Philiar. ſup. c. 20. & Suarius diſput. 4. ſect. 6. nu. 3. & ratio eſt, quia huiuſmodi præceptum nõ eſt neceſſarium ratione iuſtificationis.

Sufficit generalis contritio ad omnia peccata.

Sequitur primo, non eſſe neceſſarias illas ſingulares contritiones ſingulorum peccatorũ, ſed ſufficere vnam quamdam generalẽ omnium contritionem, quæ ſub vno motiuo feratur in omnia peccata, quatenus ſcilicet omnia ſunt contra diuinam bonitatem, idque per ſe; non negaremus tamen, ſi quis illas eliceret de ſingulis etiã peccatis, non paruam inde fructũ percepturum ad multos, varioſq; effectus conſequendos, vt inter alios vltimo adnotarunt Coſm. Philiar. ſup. c. 20. & Didacus Nugnus ad 3. p. q. 2. a. 3. dub. primo.

Exponitur S. Doctor.

Sequitur ſecundo, quomodo ſit exponendus, atque intelligendus ſanctus Doctor cum. 1. 2. q. 113. a. 5. aſſerit, requiri ſingulares deteſtationes ad ſingula peccata; dicendũ enim eſt ex Barth. Med. ibid. Coſma Phil. nihil aliud voluiſſe docere, niſi quod ſit neceſſaria deteſtatio omnium peccatorum, etiã ſingulorum ſi tẽpus adſit, ac memoriæ occurrant, iuxta ea, quę nos tradidimus cum cõi DD. conſenſu, & eodẽ modo videntur exponendi Doctores, qui in contrariũ citantur vt patebit conſideranti ipſos. & ſic abſoluta eſt tota hæc prior quæſt.

QVAESTIO SECVNDA.

An contritio requirat dolorem perceptibilem.

Q Voniã iam incepimus agere de natura cõtritionis, & iam oſtenſum ſit, quæ contritio requiratur ad deteſtationem peccatorum; nunc iure optimo inquirendũ videtur, qualis eſſe debeat: & quia iã in priori ſectione oſtenſum eſt, dolorẽ non eſſe de eſſentia contritionis, nunc examinandum eſt, an ſit illius conditio, ac proprietas.

Poteſt autẽ hic duplex quæſtio ſuboriri, altera de dolore perceptibili, qui reſidet in ſenſu, altera de rationali; quã diuiſionẽ cõiter hñt DD S. Th. in 4. d. 17. q. 2. a. 1. q. 2. 1. 2. q. 39. a. 2. & 3. p. q. 85. a. 1. quem ſequuntur Tho. de Argent. in 4. d. 17. q. 1. a. 3. Durã. ibi. q. 4. nu. 4. S. Bonau. d. 16. q. 1. Gab. q. 1. a. 1. S. Ant. 3. p. tit. 14. c. 18. §. 3. Sot. 4. d. 17. q. 1. a. 2. & q. 2. a. 4. Viguer. de pænit. verſ. 10. Nauar. c. 10. nu. 20. Barth. Med. 1. 2. q. 35. a. 1. Iacob. de Graff. libro 1. ſup. cap. 3. Bottarellus tract. 3. ſup. cap. 110. & alij infra citandi, de qua diſtinctione doloris plura diximus ſupra diſp. 1. ſect. 1. q. 2.

S. Thom.

S. Bonauēt.

De dolore ſenſibili.

Igitur, quod attinet primo ad dolorem ſenſibilem; ſupponenda ſunt ea hoc loco, quæ de eodem dolore nos diximus, tum loco iam iam citato, tum diſputat. 2.

ſect. 1.

ſect.1.q.1. quibus locis multa diſputauimus de huiuſmodi dolore, atque item ſimul explicauimus. igitur his ſuppoſitis ſit

A

Prima concluſio. Dolor ſenſibilis non pertinet eſſentialiter ad contritionem.

Hanc cõcluſionem præter illos DD. quos immediate ante citauimus, habent etiam illi, quos adduximus ſup. diſput.2.ſect.1.q.1.conclu.prima; legatur Suarius ſup. diſput.4.ſect.1.

B

Probatur tamen cõcluſio: dolor rationalis non pertinet ad eſſentiã contritionis, quæ, vt iam diximus, ſolum conſiſtit in actu quodam deteſtandi peccata, ergo multo minus dolor ſenſibilis ad illius eſſentiam pertinebit. Antecedẽs fuſius probauimus loco citato.

C

Probatur ſecũdo, quia vt oſtenditur p.2.ſenſus non poteſt pertingere ad apprehenſionem obiecti formalis cõtritionis, neque enim ſenſus apprehendit obiectũ illud, quod eſt Deus, ergo neque poterit pertinere ad illius eſſentiam.

Probatur tertio, quia, vt etiam ſupra adduximus, ex cõmuni ſententia in Angelis, & in anima ſeparata poteſt eſſe cõtritio; in quibus tamen nullus poteſt eſſe dolor ſenſitiuus, ergo.

D

Vltimo, quia Deus non requirit ab homine id, q́d eſt impoſſibile, ſed habere iſtum dolorem ſenſibilem, aliquando eſt impoſſibile, cum aliquando non ſit in poteſtate hominis, ergo. minor patet experientia, quia ſunt aliqui, qui vix lachrimas poſſunt effundere; legatur Molina loco infra citando.

Secunda concluſio, hunc dolorem ſenſibilem, licet nõ pertineat ad eſſentiam contritionis, eſſe tamen in ſe valde bonum, & interdum eſſe etiam expetendum.

Hanc concluſionem ſup. diſpu. prima, ſect.1.q.2. probauimus auctoritate ſac. ſcripturæ, & SS. Patrum, ſac. Concil. ac prçterea etiam rationibus, vt nihil præterea deſiderandum videatur, niſi ſolum vt eamd. concluſionem quoquo modo magis explicemus.

Probatur igitur, & ſimul etiam explicatur poſita concluſio, nam, vel huiuſmodi dolor naſcitur per quamdam redundantiam ex dolore rationali, & tunc erit veluti ſignum, & effectus contritionis, vt ſupra innuimus, & docet Illuſtriſſimus Toletus lib.3.ſup.cap.4. nu. 24. vel eſt initium doloris rationalis; cum quis ſcilicet ex apprehenſione ſenſitiua concipit dolorem, & triſtitiam; vnde oriri ſolet contritio; quacumque igitur ratione accipiãtur hic dolor, ſemper eſt bonus, & expetendus; id, quod nos ſupra probauimus loco iam citato varijs auctoritatibus SS. Patrum: Quibus addantur Gregorius Nyſſenus libro de Beatitu. in illa verba, *Beati qui lugent, &c.* D. Ambr. ad Virg. corruptam capitulo octauo, & Auctor de ver. & fal. pænit. cap.9. & habetur diſt. prima, de pænite. capitulo Quem pænitet. vt propterea bene, loco iã citato dixerimus, hunc dolorem eſſe virtuoſum, ſi ſcilicet ſit cum moderamine rectæ rationis, neque enim ita debet eſſe intenſus, vt ad deſperationem excitet, aut impe-

Dolor ſenſibilis eſt effectus contritionis.

S. Gregor. Nyſſ.

S. Ambroſ. Auctor.

Dolor eſt virtuoſus.

impediat maiora bona, aut nimis A extenuet corpus, ſed temperatus, ſed moderatus, iuxta illud ad Romanos 12. *Rationabile ſit obſequium veſtrum.* Vt docent S.Tho. in 4.diſt.17. quæſt.2.art.3. & 3.p. quæſt.84.art.9.ad 3. Durandus in 4.diſt.17.quæſt.4.num.6. Capreolus, diſt.14.queſt.1.art.3. S.Bonau. diſt.16.artic.2.quæſt.2. Sotus diſt. 17.q.2.art.4. S.Antoninus, 3. part. tit.14.cap.18.§.4. Nauarus, cap.1. B nu.21. Roſella, verbo Contritio, num.3. Tabiena eodem verbo, numero 11. Iacobus de Graff. ſupra, cap.3.num.11. Suarius ſup. diſp.4. ſect.4.num.12. Nugnus ad 3.par. quæſt.4.artic.2.dub.1. & habetur de conſecrat.ca. Non mediocriter, diſt.5.

Pau ad Ro. S.Thom. S.Bonau.

Tertia concluſio, neque hunc dolorem ſenſibilē neceſſario coniungi cum dolore rationali. C

Hunc concluſionē habent Durandus in 4. d.17. q.4.nu.7. Thomas de Argent. quæſt.1.art.3. Tabiena verbo Contritio, nu.17. vt cæteros tum antiquiores, tum moderniores Theologos omittamus; videtur tamen eſſe contra Didacum Nugnum, qui ad 3.part. q.4. art.2. dubio ſuo, dixit pœnitētiam habere dolorem, qui ex natura D rei redundat in appetitum ſenſitiuum, & quaſi eſſentialiter annexum; præterea etiam videtur contra Bottarellum, qui ſuo libello de efficacia contrit. tract.2.ca. 8. dixit difficile captu eſſe, quod quis vere doleat de peccato, quatenus eſt Dei iniuria, & quod etiam pars ſenſibilis aliquali dolore non moueatur.

Probatur autem noſtra concluſio prę̄ter ea, quę ſup. diximus diſpu.2.ſect.1.quæſ.2. quia, vt oſtenditur.2.2. effectus charitatis, qui redundant in ſenſum, non naſcũtur ex ipſa charitate, vt talis eſt, ſed vt coniuncta eſt cum alijs virtutibus, quæ perficiunt varias potentias in ordine ad varios actus, qui ad huiuſmodi effectus in ſenſu, vt plurimum, concurrunt, quæ perfectio charitatis non reperitur ſemper in quolibet ſubiecto: Vnde non ſemper habet adiunctum illum dolorē ſenſibilem; ex quo ſequitur ſatis aperte noſtra concluſio, illos ſcilicet dolores non neceſſario eſſe coniunctos.

Probatur ſecundo, nam vt dixerunt Sotus, Durādus vbi ſupra, alijque Theologi communiter, potentiæ rationales non ſemper habent perfectum dominium in potentias ſenſitiuas, vt illas mouere poſſint, quin potius ipſæ potentiæ rationales magis ſunt aptæ moueri à ſenſibus.

Probatur vltimo ex eod. Durādo ibidem num.7. dolor rationalis proprie eſt in voluntate, quæ bene poteſt dolere, & pęnitere de peccato abſque vllo alio dolore ſenſibili.

Aduertendum tamē eſt, facile nos conceſſuros, illos dolores facillime inter ſe coniungi, præcipue vero in ijs, qui ad planctum facillimi ſunt, quod ſi hoc ipſum voluerint tam Didacus, quam Bottarellus locis cit. toleraudi eſſent.

Sequitur primo ex D. Bonau. in 4.diſt.16.art.2.quæſt.2. Duran. diſt.17.quæſt.4.num.6. Soto, q.2. art.4. S.Bonau.

Digitized by Google

art.4.Antonino 3.par.tit.14.c.18. A ſup.Nauarro,cap.1. num.20.Molin.ſup.quæſt.14. art.13. diſp.44. Bellarmin.lib. de pęnit.cap.11.& Bottarello ſupra tract.2.capit.10.

Dolore sẽſus magis quis premitur in ordine ad mortem parentis, quã in ordine ad peccatũ.

hoc dolore ſenſus, poſſe aliquando magis premi peccatorum ex morte alicuius, vel etiam ex caſu aliquo humano quam ex peccato omiſſo; & ratio eſt, nam ſenſibiliora magis afficiunt hominẽ, quam ſpiritualiora, cum illa ſint B propinquiora,& materialiora, nõ ſic illa quæ ſunt ſpiritualia: Vnde ſicut amor rerum materialiũ magis ſolet afficere hominem, quam amor ſpiritualium, ſic etiã diſplicentia illorum ſolet magis pungere, vti quotidiana experiẽtia docemur, quia magis triſtari ſolent homines ex morte parentum, filiorum,aut etiam amici, ac C familiaris, quam ex offenſis in Deum, vt patet exemplo ex ſacr.

1. Reg. 30.

ſcriptura de Dauide, qui 1.Reg. 30.cum audiſſet vxores ab hoſtibus Amalechitis captas,amare fleuiſſe dicitur, ſic enim habet ſacr. ſcriptura.*Donec deficerent lachrimæ,* & paulo poſt. *Contriſtatus eſt Dauid valde,* cum tamen vbi de peccato Dauidis dicitur; nihil tale contigiſſe ſcribatur: ex quo D clare deducimus,quod verum eſt, plus angi homines ex illo corporeo dolore, quam de peccatis in Deum.

Sequitur ſecundo, lachrimę,gemitus, & alia ſimilia ſi impediantur ex defectu complexionis, vt

S. Antonin.

aduertit S.Antonin.3. part.tit.14. cap.18.§.3.aut ex humiliatione, ne ſcilicet videantur ab hominibus, nihil referre ad veram cõtritionem, & vere talem hominem eſſe abſoluendũ; quod ſi illa ſunt ex defectu doloris,id eſt actus voluntatis, quo peccatum deteſtatur, tunc minime eſſe abſoluendum, cum vere omnimode deſideretur contritio.

De dolore rationali.

Quod attinet ad dolorem rationalem, quod fuit ſecundo loco propoſitum

Dolor & triſtitia ſunt paſſiones.

Notandum eſt primo, dolorẽ, & triſtitiam proprie eſſe paſſiones, quæ ſunt in facultate ſenſitiua,cum aliqua trãſmutatione corporea ad modum ſupra explicatum diſput.1.ſect.2.dub.vnico. & docet inter alios Bartholomæus Med.in p.2.quæſt.35. artic.1.proportione tamen ſeruata poſſe reperiri etiam in voluntate abſque huiuſmodi tamẽ tranſmutatione.

Notandum ſecundo, quandiu ſumus in hac vita, vt intellectus pendet à phantaſmate, ita etiam voluntas mouetur magis & minus,pro vt maior, aut minor fuerit impreſſio ſenſus.legatur Molina, qui in libello de lib.arbit.q.14. art.13. diſput.44.ad medium, bene hanc rem explicat.

S.Thom.

S.Thomas,3.part.quæſt.84.artic.8. Durandus in 4. diſt.14.q.4. num.6.Gabr.ibid.q.1.ar.1.Thom. de Argent.diſt.17.quæſt.1.art.3. videntur ſupponere hunc dolorẽ rationalẽ in ſubiecto capaci ſemper coniungi cum deteſtatione peccati, ex quo aliqui moti ſunt, vt dixerint, inter quos eſt Thom. de Argent.loco citato, hunc dolorem eſſe ipſam contritionem.

Scotus cum, vt alibi diximus, exi-

Digitized by Google

exiſtimet pœnitentiam pertinere ad iuſtitiam vindicatiuam, multa de hoc dolore fortaſſis extra rem ingeſſit, qui tamen tandem concludit, proprium actum Pœnitentiæ, quem ait conſiſtere in imperio quodam voluntatis, poſſe eſſe ſine dolore, & triſtitia ex indiſpoſitione cauſarum, quas ipſe ſibi excogitauit, cauſare dolorem & triſtitiam in peccatore.

Prima concluſio. perfectã contritionem, & deteſtationem peccati neque eſſentialiter, neque conſequenter poſtulare neceſſario dolorem & triſtitiam perceptibilem.

B

Diximus, perceptibilem, quia reuera non videtur negandum, vt aduertit S.Thom. vbi ſupra, ſi potentia ſit diſpoſita ex coniunctione obiecti mali, quod voluntas deteſtatur, naturaliter conſequi quamdam diſſonantiam, quæ vere dici poteſt dolor, quo ſenſu fortaſſis multi DD. dixerunt dolorem eſſe de eſſentia contritionis.

S. Thom.

C

Diximus ſecundo, non eſſe eſſentialiter neceſſarium huiuſmodi dolorem, nam vt iam patet ex ijs; quæ alibi diximus, eſſentia contritionis ſolum poſita eſt eſſentialiter in ipſa deteſtatione, & odio peccati, vt eſt contra Deum, vt docent præter illos, quos ſupra citauimus diſputatio.2. ſectio. prima, quæſt. prima, Nauarus, capitulo primo, numero 14. Rodriquez ſupra capitulo 48. de contri. numero 1.

D

Diximus tertio, neque requiri conſequenter; nam eſto conceſſerimus D. Thomæ, quod neceſſario diximus eſſe concedendum, ex coniunctione ſcilicet obiecti mali, quaſi naturaliter conſequi hunc dolorem, non eſt tamen neceſſe, vt hic dolor ſit perceptibilis; tum quia intellectus poteſt impediri, ne apprehendat; tum quia voluntas à ſenſu poteſt alio auocari; tum quia propter impedimenta, ne in ſenſu quidem ſemper hic dolor percipitur; tum denique, quia voluntas poteſt non eſſe aſſueta moueri à rebus ſpiritualibus; vltimo quia poteſt ita leuis eſſe impreſſio ſenſus, vt vix voluntas moueri poſſit. legatur Molina vbi ſupra.

Ex quibus, quemadmodum & ex his, quæ alibi de eadem contritione dicta ſunt, ſatis conſtat concluſio poſita, vt maiori probatione non egeat.

Sequitur primo, dolorem quocunque modo conſideratum, neque eſſe eſſentialem ipſi contritioni, neque eſſe proprietatem cũ ea neceſſario coniunctam, ſed ſolum vt plurimum illi adeſſe, & niſi aliud impediat, fere ſemper conſequi.

Quomodo dolor ſit in contritione.

Sequitur ſecundo ex Soto in 4. diſt. 17. quæſt. 2. artic. 4. non eſſe magnopere elabrandum, ſi quis non percipiat hunc dolorem, et triſtitiam, modo habeat deteſtationem, atque odium peccatorũ, ac diſplicentiam diuinæ offenſæ: fundamentum eſt, quia, ſicuti diximus, fieri poteſt, vt quis vere doleat, etiamſi non ſit dolor perceptibilis, neque illum percipiat peccator dolens.

Se-

Digitized by Google

Sequitur tertio maxime à nobis probari communem ſnīam quā habent inter alios S. Antonin. 3.par.tit.14.cap.18.§.3.Nauarus, cap.1.num.17.Bottarellus, ſupra cap.8. aſſerentem, illum cenſendum eſſe recte diſpoſitum, qui licet non percipiat dolorem ſuorum peccatorum; attamen illum exoptet, quia eo ipſo quod illum exoptet, ſignificare videtur ſe habere illorum deteſtationem; dolor enim non habendi contritionem indicium eſt voluntatis, ſufficienter deſiderantis contritionem, cui voluntati ſubſequitur tāquam actus imperatus, dolor ſufficiens de ipſis peccatis, & de diuina offenſa. legatur Molina qui vbi ſupra hanc doctrinam tradit docte.

S. Anton.

Sequitur vltimo ex D.Bonau. in 4.diſt.16.art.2.quæſtio.2. hunc dolorem rationalem, numquam poſſe eſſe nimium, quia reuera peccatum in quantum offenſa Dei, numquam alicui poteſt diſplicere nimis, ſicut charitas nunquam poteſt eſſe nimia, quia nunquam ſatis amamus Deum, licet ſi conſideretur dolor, vt eſt in appetitu ſenſitiuo, poſſit habere exceſſum, vt ſupra diximus in priori diſputatione, vt propterea aliquando ſit temperandus, licet id ex eodem Bonauentura ibidem, paucis accidat.

S. Bonau.

Nunquam dolor de peccato poteſt eſſe nimius.

Secunda concluſio. cauſæ propriæ, & immediatæ doloris, & triſtitiæ ſunt voluntas, & obiectum applicata ſimul.

Hanc concluſionem inter alios habent S.Bonauentura in 4. diſt. A 16.quæſt.1 Sotus, diſt.17.quæſt.2. art.4. concluſ.2. eſt tamen contra Scotum ex parte, quatenus affirmat, cauſas proximas doloris, & triſtitiæ eſſe intellectum, & voluntatem, vt applicatā per imperiū voluntatis ad cogitandum de peccato, illudque deteſtandum.

S. Bonau.

Probatur autē concluſio, quia dolor, & triſtitia ſunt actiones, aut motus, aut paſſiones vitales, B quæ à potentia proxima & obiecto fiunt, ergo.

Sequitur, intellectum, vt apprehendentem, & cogitantem malitiam peccati, eſſe cauſam extrinſecam, quia applicat quoquo modo obiectum, vt aduertit Illuſtriſſimus Toletus, lib.3.ſupra, cap. 4.num.4.

Sequitur vltimo, rectè Albertum C affirmaſſe in 4.diſt.14.ar.30. à quo deſumpſit Coſmas Philiar. lib.2.de Sacramento pænit.ca.19. & nos ſupra multis auctoritatibus, tum SS.Patrum, tum Scholaſticorum diſput.1.ſect.3. q.2.probauimus, deteſtationem peccati oriri partim à gratia, partim à libero arbitrio, vt bene S. Bernard. dixerit, loquens de hominis iuſtificatione, hoc opus ſine duobus fieri non poſſe, vno à quo altero cui fit, id eſt, D abſque auxilio gratiæ Dei, & liberi arbitrij conſenſu, & ſic patent ea, quæ erant dicenda de hac tota quæſtione.

S. Bernard.

QVÆ-

Digitized by Google

QVAESTIO TERTIA.

An Contritio requirat ſummum conatum.

IAM aggredimur, in hac quæſtione, quãtitatem Cõtritionis, & tametſi hactenus dictum ſit, dolorem non pertinere eſſentialiter ad rationem contritionis; tamen quia dolor eſt magis ſenſibilis, magisq; perceptibilis; ideo ſub nomine doloris in poſterum ipſam contritionem intelligemus, quemadmodum intellexit Sotus in 4. diſtin. 17. quæſt. 2. art. 4.

Prima ſententia fuit Adrian. in 4. quæſt. 2. de pęnit. & in quolib. 5. artic. 3. qui exiſtimauit, tum in amore Dei, tum in deteſtatione, & dolore peccati, requiri ſummũ conatum, quam ſententiam confirmat ipſe auctoritate, tum ſacrę ſcripturæ, tum SS. Patrum, quas nos infra afferemus.

Contraria ſententia eſt communis, non requiri ſcilicet huiuſmodi conatum ſummum ad rationem contritionis, ita Gabr. in 4. diſt. 14. quæſt. 1. art. 2.

Notandum primo, Actum cõtritionis poſſe habere duplicem quamdam perfectionem, alterã quaſi comparatiuam, in ordine ſcilicet ad aliud, alteram abſolutam abſque vlla comparatione; de qua duplici perfectione agendum hic erit, ſed primo de ſecunda, tum de prima diſputabimus.

A & quoniam non ſolum in hac quæſtione, ſed paſſim etiam in ſequentibus ſermonem habituri ſumus de dilectione, & amore in Deum, qui in actu contritionis cõtinetur; ideo hic multa de huiuſmodi amore interſeremus.

Notandum ſecundo, præter ea, quæ ſupra diximus de amore, amorem qui nihil eſt aliud, quam actus quidam voluntatis interior, *Quid ſit amor.*
B quo bonum alicuius acceptamus, duplicis generis eſſe (dupliciter n. poſſumus bonum alicuius acceptare) alterum concupiſcentiæ, alterum amicitiæ; amor concupiſcentiæ eſt, cum alicui, verbi gratia, bonũ aliquod volumus, quia inde boni aliquid nobis ſperamus; amor vero amicitiæ eſt, cum alicui, verbi gratia, bonum volumus, non ex alio titulo, niſi quia *Duplex amor.* *Amor concupiſcentiæ.* *Amor amicitiæ.*
C ipſum amamus: porro hic amor amicitiæ, qui & dicitur beneuolentiæ, & charitatis, diſtinguitur in amorem complacentiæ, & deſiderij; amor complacentiæ eſt, cum bonum, verbi gratia, aut noſtrum, aut alterius, ex quo illud habemus, placet nobis: amor autem deſiderij, cum bonum alicui volumus, quo careat. Eſt etiam & *Amor complacentiæ.* *Amor deſiderij.*
D alia diuiſio amoris, vt alter ſit affectiuus, alter effectiuus: affectiuus eſt, cum ſolum volumus alicui bonum affectu, ita vt nihil opere exhibeamus: effectiuus autem eſt, cum volumus bonum, vt opere illud procuremus, iuxta illud 1. Io. 3. *Opere diligamus, non verbo, & lingua*, & D. Gregorij hom. 30. ſuper Euang. *Amor ſi eſt, ocioſus non eſt.* *Amor affectiuus.* *Amor effectiuus.* *1. Ioan 3.* *D. Greg.*

No-

Præceptum de diligendo Deo. Matt. 22. Marc 12. Luc. 10. Deutero. 6.

Notan. 3. præceptum diligendi Deum ſuper omnia illud eſſe, de quo Matth. 22. Mar. 12. Lu. 10. Deut. 6. *Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, & in toto anima tua, & in tota mente tua,* Pro cuius præcepti intelligentia aduertendum eſt, nos poſſe diligere vnum magis, quam alterum, multis modis, primo quoad intentionem, vt quis, verbi gratia, diligat Petrum, intenſiori quodam actu amoris, quam Paulum. ſecundo quoad quamdam feruentiam, et teneritatem: qua ſcilicet quis feruentius, ac tenerius diligit vnum, quam diligat alterum; tertio, quo ad bona quædam, quatenus vni potius, quam alij deſiderentur; quarto, quoad certam quamdam firmitatem, cum ſcilicet quis maiora incommoda, ac mala paratus eſt potius ſuſtinere pro Petro, quã pro Paulo; quinto, quoad maiorẽ quamdam animi fortitudinem, cum quis ſcilicet eum habeat animum, vt potius quæcunque alia mala paratus ſit ſuſtinere, ne hũc potius offendat, quam alium; idque ex ſingulari amore, ac beneuolentia quam in illum habet, ac exiſtimet omnem, & quẽcumq; alium amorem eſſe deſerendum, non illum, quem habet in perſonam, cui tantum vult bonum; ſexto quoad neſcio quam æſtimationem, quam Theologi vocant appreciationem, & tunc accidit ex ſententia Cani. 3. part. de pęniten. Soti in 4. diſt. 17. art. 2. quæſtio. 4. Medinę, C. de pęnit. quæſt. 5. cum data optione de duobus, vnum eligitur diligendum potius quam

A aliud. ex his igitur generibus amoris, certum eſt, nos teneri Deum amare, illo priori modo, vt infra oſtendemus, quemadmodum etiam omnibus alijs, excepto ſecundo; nam Deo tenemur velle plura, & maiora bona, quã cuicumque alteri, & non ex alio titulo, niſi quia Deus eſt, & ſummum noſtrum bonum; item quia

B tenemur eſſe parati omnia, & quæcunque alia mala potius pro ipſo ſuſtinere, quam pro quocunque alio; ac curare ne offendamus, vt data etiam optione alios quoſcunq; amores relinquamus, non illum, quem Deo debemus, vt infra patebit: Diximus, excepto ſecundo illo genere, quia vt etiam oſtendemus, non tenemur Deum diligere, aut feruentius, aut tenerius.

C

DilectioDei in hac vita tripliciter habetur.

Notandum quarto, hanc Dei dilectionem ad quam diximus nos teneri ex præcepto ſupra allegato diuino, tripliciter poſſe haberi in hac vita: vel primo, ita vt excludat omne veniale peccatũ; vel ſecũdo, ita vt excludat quidquid eſt impertinens, & indifferens ad bonitatem, aut malitiam moralem; vel tertio, ita vt excludat omne, quod repugnat amicitiæ Dei, & ſaluti conſequendæ;

D certum eſt autem, primam perfectionem non requiri in hac vita, ſola enim reperitur in patria, quẽadmodum nec ſecunda perfectio, quæ ſolum in patria habetur; igitur tertia perfectio eſt, quæ requiritur in hac vita ad diligendum Deum ſuper omnia, & ad implendum Chriſti præceptum,

vt

Digitized by Google

vt propterea certum ſit, hanc dilectionem Dei, quam in hac vita habere tenemur; nullū ſecū cōpati peccatum mortale, aut originale. legatur Illuſtriſſimus Belarminus, qui lib. 2. de Monachis, capit. 13. multa habet circa hoc pręceptum, vt oſtendat quo modo obſeruari poſſit motus ex ijs, quæ hēt, docuitq; D.Th. 2.2.q.44.ar.6. *D.Thom.*

Dilectio Dei naturalis. Notandum vltimo, dilectionem Dei dici naturalem multis modis: primo, vt diſtinguitur contra amorem elicitum, & ſic amor naturalis erga Deum, nihil aliud erit, quam pōdus quoddam, & inclinatio naturæ in ipſum Deum, quæ inclinatio ex communi DD. ſententia, quemadmodum præcedit omnem actum elicitum voluntatis, ſic etiam permanet poſt illum, vt propterea huiuſmodi inclinatio præſeferre videatur modum quemdam habitus; & eſt ipſa natura inclinata in Deum, tamquam ipſius auctorem: ſecundo dicitur amor naturalis ille, quo vult quis bona Dei, cognoſcibilia per rationem naturalem; vt cum placet Deus, quia eſt vnus, quia eſt auctor, & finis naturæ, & ſic de alijs; quo modo hic amor diſtinguitur ab amore Dei, quo quis amat in illo, quæ cognoſcit per ſolam fidem ſupernaturalem, quatenus ſcilicet Deus eſt vnus in eſſentia, & trinus in perſonis, quod ſit auctor gratiæ, & gloriæ, & aliorum ſupernaturalium: tertio dicitur amor naturalis, vt contradiſtinguitur contra amorem, qui eſt gratuitus, vt amor naturalis ſit ille, quem ſolis naturæ viribus homo, cum ſolo generali Dei concurſu, poteſt habere, & gratuitus ille ſit, qui ſuapte natura requirit auxilium ſpeciale Dei gratuitum, id eſt, gratis datum, & de hoc amore, eſt ſermo, cum dicitur, Deum eſſe diligendum ex toto corde, &c. Vnde patet, de quo amore ſermo ſit in illo præcepto, & quomodo in hac vita haberi poſſit, reliqua, quæ poſſent deſiderari pro plena intelligentia verborum omnium, quæ in eo præcepto continentur, petantur ex Belarmino vbi ſupra de monachis. Ad rem igitur noſtram examinādum nunc eſt, quæ perfectio amoris reperiri debeat in actu contritionis.

Prima concluſio. Actus contritionis debet ex ſe habere quamd. perfectionem, ratione cuius ſit ſupernaturalis, nec poſſit haberi naturæ viribus.

Hanc eamdem concluſionem fuſius nos ſupra probauimus, tum in hac ſecunda diſput. q.2. tum diſput. prima, ſectione 3. quæſt. 2. & auctoritate ſac. ſcripturæ, & SS. Patrum, & ſacrorum Canonum, & Scholaſticorum, ac multis deniq; rationibus, vt propterea ſatis tunc fuiſſe, eamdem probaſſe concluſionem exiſtimemus.

Quod poſſet addi, illud eſt, qđ etiam ſup. attigimus, hanc concluſionem eſſe primo cōtra Scotum, qui in 4. d. 14. q. 2. ponit quamdā attritionem in ordine ad Deum ſumme dilectum ex viribus naturæ, quod omnino falſum eſt, quia actus, qui fiunt ex viribus natu- *Reijcitur Scotus.*

naturæ, non poſſunt tranſcendere A ſuum obiectum naturale, vnde cum huiuſmodi actus attritionis ex Scoto naturalis ſit, vere non poterit ex ſe pertingere ad Deum ſumme dilectum, & obiectum ſupernaturale; debet igitur fieri actus ille ſupernaturalis, modo ſupra explicato.

Reijcitur Caietanus. Eſt præterea hæc concluſio contra Illuſtriſſimum D. Caietanum, qui primo tomo Opuſcul. B Opuſculo 4. quæſt. 1. ponit quamdam contritionem informẽ, quę poſſit haberi viribus naturæ, quẽ, quo ad hoc, ſequutus eſt Almaynus, tract. 2. moral. c. 7. 8. & 12. & Marſilius in 2. quæſt. 18. & præterea in 1. 2. quæſt. 109. artic. 3. vbi vniuerſaliter conceſſit idem Caietanus, omnia præcepta ſupernaturalia, poſſe ſine gratia ſeruari C quoad ſubſtantiam, quorum vtrũque eſſe falſum, iam ſupra pluribus ex diuerſis capitibus, oſtendimus, vt reuera falſiſſima ſunt, nã, ſiue contritio in ſententia Thomiſtarum effectiue fiat à gratia, ſiue in ſententia aliorum concomitanter eamd. habet adiunctam gratiam, ſemper neceſſario ſequitur, vt ſit formata, non autem informis; Vtrum autem in aliquo ſi- D gno rationis poſſit dici informis contritio, dicemus infra; quod autem ſecundo loco retulimus dictũ à Caietano, falſum ſit, patet ex Bartholomæo Medina, qui 1. 2. quæſt. 109. artic. 3. hoc placitum Caietani vocat erroneum, certum enim eſt, actus ſupernaturales, quoad ſubſtantiam nullo modo abſq; peciali gratia elici poſſe.

Secundo addi poſſet ad ea, quę in confirmatione noſtræ concluſionis loco citato dicta ſunt.

Primo, quia contritio debet eſſe aliquo modo ex amore Dei ſuper omnia, vt infra dicemus, & habet D. Auguſtinus de vera & falſa pœnit. cap. 9. & 17. vbi *ſine amore*, inquit, *nemo vnquam gratiam conſequutus eſt*, & ſermone 7. de tẽpore, *veram*, inquit, *pænitentiam non facere niſi odium peccati, & amorem Dei*, ſed hic amor Dei eſt ſupernaturalis, ergo etiam contritio erit ſupernaturalis, & conſequenter non poterit haberi ex naturæ viribus. *S. Auguſt.*

Secundo, quia contritio eſt ex ſe ſufficiens diſpoſitio ad gratiam ex communi ſententia, ſed diſpoſitio debet eſſe eiuſdem ordinis, ac generis cum forma, ad quam eſt diſpoſitio, ergo cum gratia intrinſece petat eſſe ſupernaturaliter, ita contritio habebit hanc perfectionem, vt ſit ſupernaturalis.

Sequitur primo, male Caietanum intuliſſe præceptum illud Deuteronom. de diligendo Deo, etſi ſit de diligendo illo amore ſupernaturali, eſſe plane naturale; legatur Catharinus libro ſuo ſecundo annotationum, vbi multa contra hanc Caietani ſententiam inculcat; patet autem hanc ſententiam falſam eſſe, ex ipſo contextu, nam Chriſtus Dominus Matth. 22. cum loqueretur de illo Deuteronomij præcepto dixit, eſſe *Primum, & maximum mandatum*, quæ verba ſine dubio indicant perfectionem quamdam *Matt. 22.*

Digitized by Google

dam ſupernaturalem, quæ nullo modo poſſit ex viribus naturæ haberi, vt patet etiam ex dictis ſupra.

Sequitur vltimo contritionem, vt ex dictis iam patet, eſſe deteſtationem peccati propter Deum ſumme dilectum, dilectione ſupernaturali, vndequaq; naſcatur iſta ſupernaturalitas, quia charitas, ad quam proprie pertinet actus contritionis, reſpicit Deum, vt toties diximus, & clare docent, vt alios nunc omittamus, S. Antonin. tertia parte, titulo. 14. capitulo 18. §. quarto, Nauarus, capitulo primo, numero 16. tamquam obiectum ſumme amabile, & tanquam rationem, cur cætera amentur, vt bene dixerit Concil. Trid. ſeſſio. 14. capit. 4. contritionem perfectam charitate formari.

S. Anton. *Conc. Trid.*

Secunda concluſio, certum videtur actum contritionis debere inuoluere actum dilectionis Dei ſuper omnia, non ſolum ex parte obiecti, ſed etiam ex parte affectus, & voluntatis; habet hanc concluſionem ex modernioribus Didacus Nugnus, ſupra quæſtione quarta, articulo ſecundo, concluſione quinta, pro cuius concluſionis intelligentia

Notandum eſt amorem, vt etiam ſupra innuimus, dici poſſe maiorem, vel ex parte affectus, vel ex parte obiecti; tunc dicitur maior ex parte obiecti, cum quis, verbi gratia, vult alicui plura, & maiora bona; & communiter dicitur amor maior appretiatiue, tunc autem dicitur maior ex parte affectus, cum quis, verbi gratia, vult alicui bona perfectiori quodam modo, & dici ſolet maior intenſiue. Dicimus igitur in concluſione illum actum dilectionis Dei, qui reperitur in contritione, habere maioritatem quandam amoris, vtroque modo, igitur.

Amor maior ex parte obiecti. *Maior ex parte affectus.*

Prior pars concluſionis, ſcilicet, in actu contritionis reperiri actum dilectionis Dei patet.

Primo ex ſacr. ſcriptura, iam citata, Deuteronom. 4 *Cum quæſieris Dominum Deum tuum, inuenies eum, ſi tamen toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ tuæ, &c.* Vbi per illa verba, *toto corde, &c.* Significatur maxima dilectio, quæ oritur ſolum ex motiuo charitatis. Item 1. Petri quarto. *Vniuerſa delicta operit charitas.* Luc 4. 7. *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.*

Deut. *1. Pet. 1.* *Luc. 7.*

Secundo ex Patribus, S. Auguſtino de vera & falſa pœnitentia, capitulo nono, & 17. ubi, inquit, *ſine amore Dei, neque quis vnquam veniam conſequutus* eſt, & libro ſecundo, contra Creſconium, capitulo 12. *Mundantur peccata charitate, quæ ſi adſit, omnia recte fiunt, ſi vero abſit, cætera fruſtra fiunt*, & ſerm. 7. de tempore, *pænitentiam non facit, niſi amor Dei, & odium peccati*, & tractat. quinto, in epiſtolam Ioan. *dilectio*, inquit, *ſola diſcernit inter filios Dei, & filios Diaboli*, & infra, *ſi quis in corde ſuo inuenerit charitatem, ſecurus ſit, quia tranſijt à morte ad vitam.*

S. Auguſt.

S.Chryſoſtomus, hom.7.in poſteriorem ad Timoth. *ſicut*, inquit, *ignis, cum ſiluam occupauerit, omnia purgare conſueuit, ita & charitatis feruor, quocunque acciderit, omnia perimit, atque perrumpit, vbi charitas eſt, omnia ſublata ſunt mala.*

S.Gregor. Sanctus Gregorius homil.33. in Euang. *Quid*, inquit, *eſſe dilectionem credimus, niſi ignem, & quid culpam niſi rubiginem: vnde nunc dicitur, dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, ac ſi aperte diceretur; incendit plene peccati rubiginē, quia ardet valide per ignem amoris.*

S.Amb.in epiſt.7.ad Simplicia. S.Ambr. *libertas*, inquit, *liberum facit hominem, charitas amicum Deo.*

Tertio probatur ex Concilio Conc.Trid. Trid.ſeſſ.14.cap.4.vbi ſatis aperte dicit, licet aliquādo contritio charitate ſit perfecta, & hominem Deo reconciliet, priusq̄ Sacramentum actu ſuſcipiatur, reconciliationem tamen non eſſe illi tribuendam ſine Sacramenti voto; quo loco Concilium, non niſi per contritionem charitate perfectā, ait, obtineri veniam peccatorum ante Sacramentum, per contritionem autem charitate perfectam illam intelligit, quæ ex motiuo charitatis procedit.

Quarto probatur auctoritate. S.Thom. DD.ita enim habet S.Tho.part.2. quæſt.113.art.4.ad 1.quo loco, in iuſtificatione, inquit, impijcum motu fidei eſſe motum charitatis. & art.5.ad 1. ob hanc rationem, docet, ad eamdem charitatem pertinere diligere Deum, & odiſſe A peccatum, eiuſdem virtutis, inquit, eſt amare aliquod bonum, & fugere contrarium. & 3. parte quæſt.85.artic.6.ait, pęnitentiam eſſe debere deteſtationem peccati ex amore Dei. & quæſt.86.art. 5.ad 2. ait, remiſſionem peccati, non eſſe effectum ſolius pænitentiæ, ſed principalius eſſe fidei & charitatis. S. Bonauentura in 4.diſtin.14. prima parte, diſt.art. 1.q. S.Bonau. B 3.ad penultimum argumentum, ait, pęnitentiæ actum eſſe debere ex imperio charitatis. Halenſis, 4. part.quæſt.17.mem.4.artic.6 §.3. Scotus in 4. diſt.14.quæſt.2.in fine, & diſt.15.quæſt.1.§.de 5.artic. ait, pęnitentiam fructuoſam eſſe debere ex amore Dei, & hanc eſſe ſententiam D. Aug. Gabriel in 4. diſt.14.quæſt.1.concl.5.Sotus 2. C de nat. & gratia, cap.16.Vega in Conc.Tri.li.13.c.21. & lib.6.c.30. vbi expreſſe aſſerit amorem eſſe neceſſarium, & alij communiter.

Vltimo probatur ratione, quia pęnitentia ſufficiens ad remiſſionem peccatorum, extra ſacramentum, eſſe debet maxima deteſtatio, & maximus dolor, & ſup omnia id quod indicant verba illa, vt diximus ſup.Deut.*In toto corde, in* D *tota tribulatione anima tua*, & illa Deuter. Ioel.2.*conuertimini ad me in toto* Ioel 2. *corde veſtro.* Iſaia 38. *recogitabo* Iſa.38. *tibi annos meos in amaritudine animæ meæ.* Hierem. 24. *Ego ero* Hier.24. *illis in Deum, qui reuertentur ad me in toto corde ſuo.* 4.Reg.24. 4.Reg.24. *Similis illi non fuit Rex, qui reuerteretur ad Dominum, in omni corde ſuo*; ſed deteſtatio & odium peccati, quādo non eſt coniunctū cum

Digitized by Google

cum dilectione Dei, non eſt ſuper omnia, quia alias non eſſet propter maximam rationem dolendi, quę eſt in peccato; maxima .n. ratio dolendi eſt, quod ſit contra Deum, vt eſt obiectum charitatis, hoc enim eſt maxima omnium turpitudo, & malitia in peccato, ergo deteſtatio peccati vt ſit perfecta, debet eſſe ex charitate; & dilectione Dei, ex quibus patet prior pars noſtræ concluſionis.

Altera pars concluſionis, hunc actum dilectionis, quem probauimus reperiri in contritione, debere continere perfectionem quamdam, non ſolum ex parte obiecti, ſed etiam ex parte affectus

Probatur primo ex ſcripturis: *Matth. 10.* Matth. 10. *Qui diligit patrem, aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus*, de quo loco legatur S. *S. Cyprian.* Cyprianus in ea verba Matth. 22. *Matth. 22.* *Diliges Dominum Deum tuum, &c.* *Luc. 14.* Luc. 14. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus*, in quem locum legendus eſt *S. Greg.* S. Greg. hom. 37. in Euang. ſed hæc loca intelligenda ſunt nō ſolum de dilectione affectiua, aut ſubiectiua, ſed etiam de obiectiua, vt verba ipſa declarant, quidquid in contrarium dicant, ſed ſine fundamento, Sotus in 4. diſt. 17. quæſtione ſecunda, artic. quarto, Suarez ſup. diſputatione quarta, ſectione quarta, per totam, qui ſolum prædicta loca intelligunt de amore, & dilectione obiectiua; nam reuera illis oſtenditur, A debere nos amare Deum præcipuo quodam amore, vt nihil in eo amando illi anteponamus, aut æquemus, quod eſt, Deum amare vtroque amore, affectiuo ſcilicet & obiectiuo.

Secundo probatur eadem pars concluſionis ex Patribus, qui hoc ipſum ſatis clare tradunt, legātur Clemens Alexan. lib. 4. & 7. Stromatum; Origen. homil. 3. in Cant. *Cle. Alex.* *Orig.* B in illa verba. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, &c.* D. Bern. tract. de diligendo Deo, Proſper. libro 3. de vita contemplat. cap. 15. *D. Bernar.* *Proſper.* & multo clarius D. Auguſt. tum libro 1. de moribus eccleſiæ, ca. 11. *D. Auguſt.* tum lib. 1. de doct. Chriſt. cap. 27. vbi hēt, hæc verba, *Hoc, inquit, eſt Deum diligere, vt nihil ei aques.*

Tertio probatur ratione, quia C certum eſt charitatem alio modo reſpicere Deum, & alio modo ea, quæ ſunt propter Deū, reſpicit .n. Deum, tamquam ſummum bonum, immenſum, imparticipatū, & cauſam, cur cætera diligantur, vt habent ex modernioribus Medina, C. de pænit. tractat. primo, quæſtione quinta, Belarmin. libro 2. de Monachis, cap. 13. Suarius, ſuprā diſputatio. 4. ſectione quarta, & Iacobus de Graff. libro pri- D mo ſupra, capitulo tertio, numero nono, ergo naturalius inclinat ad amandum Deum, quam alia, imo quam & ſeipſum, iuxta veriorem ſententiam, quam habent S. Thom. parte ſecunda, quæſtio. *S. Tho.* 119. articulo tertio, Scotus in 3. diſtin. 27. quæſtio. 1. Durandus ibidem diſtinctio. 29. articulo primo quæſt. 2. ad 3. & in ſecundo, diſ. 3.

art.1.quæſt.1.ad 3.quamuis Scot. & Durandus impugnent rationes,quibus id probat S.Tho.Confirmatur ex illo principio, Propter quod vnumquodque tale, & illud magis, ergo ſicut intellectus ſi aſſentitur concluſioni propter principia, multo magis debet aſſentiri principijs, ita eadem ratione voluntas, ſi cætera amet propter Deum, multo magis Deum ipſum amare tenetur.

Secundo probatur, quia ordo charitatis non ſolum ſpectatur in obiectis,ſed etiam in proportione habitus ad obiectum, ergo ſicut inter obiecta, Deus eſt ſumme amabilis,ita etiam charitas in amore Dei debet eſſe ſumme perfecta, ergo nō ſolum ex parte obiecti, ſed etiam ex parte affectus, debet excedere omnem alium amorem.

Sequitur, non omnino probari ſententiam Cani par.3. de pœnit.Soti in 4.diſt.17.quęſt.2.art.4. & Medinę, C.de pœnit.vbi ſupra, ſi ab hac dilectione, qua Deus ſuper omnia diligendus eſt, tollant omnimodam intenſionem, non quæ conſiſtat in gradibus, hanc enim paulo infra confutabimus, ſed quæ dicat perfectionem quādam, qua ſuperetur omnis alius amor, quo creaturæ aliæ diligantur, quod tamen viſum eſt, præter ſupra citatos, Suarius negaſſe ſectio.4.diſput.4.

In quo non placeat Suarius.

Tertia concluſio: Actus contritionis, ſicut actus charitatis non poſtulant neceſſario ſummum conatum.

Hanc concluſionem manifeſte A probant ſcripturæ ſacræ varia loca,quæ adducuntur ad conuerſionem peccatoris probandam, & tamen nullam faciunt huius conatus mentionem, ſed ſolum requirunt veram quamdam, ac perfectam animi conuerſionem, quæ loca adducuntur à Soto, Medina, Belarmino, Bottarello, Suario locis vbi ſupra, & nos etiam multa iam ſupra adduximus.

B Ratione autem probatur primo, quia ſi requireretur ſummus iſte conatus in actu contritionis; ſequeretur ſæpe contingere, vt aliquis per minorem dolorem impetraret veniam plurium peccatorum, quam tamen alius pauciorū peccatorum non impetraret per dolorem maiorem, quod tamen eſſet abſurdiſſimum: ſequela probatur, nam fieri poteſt, vt aliquis C quo pauciora, & minora habeat peccata,maiorem Dei gratiam ad dolendum accipiat, quam alius, qui plura habeat peccata; & fieri poteſt, vt ille, qui maiorem accipit gratiam, licet operetur per actum, verbi gratia, intenſum vt quatuor,nō tamen operetur toto conatu,iuxta virtutem gratiæ,neque dolore tam intenſo, quam D eſt dolor alius,verbi gratia, vel de morte parentis,aut de cruciatu alicuius ægritudinis,in quo caſu iuxta contrariam ſententiam per huiuſmodi dolorem non obtineretur venia peccatorum: contra vero fieri poteſt, vt alius, qui plura habeat,& maiora peccata, ſine aliquo alio actu voluntatis intento, à Deo recipiat minorem gratiam, verbi gratia, vt tria,in quo caſu do

lor

Digitized by Google

lor de peccatis intenſus vt tria, eſſet ex toto conatu, iuxta virtutē gratiæ, & præterea etiam intēſior, quàm vllus alius dolor, qui in ipſo peccatore ſit; contingeret ergo in hoc caſu, vt peccator per dolorem minorem pęnitentiæ impetraret veniam plurium, & grauiorū peccatorum, quā non impetrarit alius pauciorum peccatorum per dolorem intenſiorem; quod erat a nobis probandū, ſed hoc eſt abſurdum, inquam, ergo & id, ex quo ſequitur.

Secundo probatur, quia ſequeretur, aliquem poſſe diligere Deū ſuper omnia, qui tamen eodem actu peccaret mortaliter, ſed hoc eſſet iniquum, ergo. probatur ſequela, nam ſi fingamus, eſſe aliquem, qui habeat charitatem vt centum, & ſolum amet Deum vt octoginta, cętera autē creata omnia vt quinquaginta, certum videtur hunc amare Deum ſuper omnia, vt patet, qui tamē peccet, quia non habet ſummum iſtū conatū.

Tertio probatur, quia & ex parte habitus charitatis, & ex parte ſtatus huius vitæ, hic ſummus conatus videtur repugnare, ergo.

Vltimo probatur, quia hic ſummus conatus ex communi ſententia, neq; intelligi, neq; haberi pōt.

Conc. Trid.

Poteſt etiam probari concluſio ex Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 7. vbi Concilium determinat maiorem dari gratiam, aut minorem, pro vt maior, aut minor eſt diſpoſitio, ergo videtur Cōcilium ſupponere non requiri hunc ſummum conatum.

Deut. 4.

Obijcit Adrianus, vbi ſupra, ſcripturas, ex Deut. 4. *Si quæſieris Dominum, inuenies eum, ſi tamen quæſieris in toto corde, &c.* & c. 13. & 30. *Si ductus pænitentia cordis reuerſus fueris ad Dominum in toto corde tuo, & tota anima tua miſerebitur tui*, quod idem fere repetitur 3. Reg. 8. & 14. & 4. Reg. 23 Paral. 30. Iere. 24. & 29. Ioel. 2. Iſa. vlt. Pſal. 118. *Beati qui cuſtodiunt teſtimonia, in toto corde exquirunt eū,* & Eccl. 47. cō firmatur ex pręcepto Domini Deu. 6. Matt. 22. Marc. 12. Luc. 10. requiri ad contritionem, & dilectionē Dei ſummum conatum.

Cap. 13. & 30.
3. Reg. 8. & 14.
4. Reg. 23.
Paralip. 30.
Iere. 24.
& c. 29.
Ioel 2.
Iſa. vlt.
Pſal. 118.
Eccl. 47.
Deut. 6.
Matth. 22.
Marc. 12.
Luc. 10.

Propter hoc argumentum Lutherus, & alij, quos refert Illuſtr. Belarminus præcipue lib. 2. de Monachis, cap. 13. & lib. 2. de pęnit. cap. 10. aſſerunt hoc præceptū dilectionis Dei, non poſſe aliqua ratione ſeruari, quia hic conatus eſt impoſſibilis.

Sed horum ſentētia impia eſt, & iam condemnata, vt patet ex dicendis.

Andreas Vega, lib. 13. in Concil. Trid. cap. 7. ait, hæc verba, præſertim quæ adhibentur in præcepto charitatis, *Diliges Dominum Deum tuum, &c.* dici contra Samaritanos, qui vna cum cultu veri Dei admiſcebant cultum Idolorum; Vnde ait, Deum dixiſſe loco citato. *Diliges Dominum, &c.* Vt ſic intelligerent illi excludendos eſſe alios Deos à vera adoratione, ac dilectione.

Sed hæc ſententia, quamuis aliqua ex parte verum dicat, non tamen placet, quia nō explicat ſubſtantiam huius præcepti; certum enim eſt, pluribus alijs modis pec-

cari à fidelibus, qui etiam vnum Deum colunt, contra hoc præceptum charitatis.

Alij dicunt, verba illa in præcepto charitatis adhiberi in eũ finẽ, vt diligatur Deus, & vt oĩa eius præcepta ad vnguem obſeruẽtur.

Verum, etſi hæc expoſitio vera ſit, neq; enim cum perfecta charitate poteſt conſiſtere vllum peccatum, & conſequenter omnia præcepta obſeruanda; Attamen non ſatis videtur ad rem noſtram, quia certum eſt, charitatem non ſolum inclinare ad ſeruationem cęterorum mandatorum, ſed præterea etiam habere quamdam peculiarem propenſionem ad ſuum proprium præceptum, quod explicandum erat.

Alij dicunt, contritionem, & dilectionem perfectam eſſe debere ex toto corde appretiatiue, non autem intenſiue.

Contra, quia vt oſtendemus, dilectionem in Deum non ſolum debere continere eam perfectionem, quæ ex parte obiecti eſt, ſed etiam quæ ex parte affectus.

Reſpondetur igitur ijs verbis, *Toto corde, tota anima, &c.* Significari quamdam perfectionẽ neceſſariam in amore Dei, quæ non poteſt eſſe in amore cuiuslibet alterius rei creatæ, cum ſcilicet ita diligitur Deus, vt nihil ei p̃feratur, neq; quid deſideretur in eo amãdo, quantum ad ſubſtantiam. In quo autem cõſiſtat hæc ratio maioris perfectionis, qua Deus diligẽdus eſt ſuper omnia, infra explicabimus, ex quibus tamen, non licet aliqua ratione inferre, requiri ad illam ſummũ aliquem conatũ, ſed in quocunq; gradu ſufficere. legatur Didacus Nugnus, ſup. q. 4. arti. 2. ad 1. quo loco mirum in modũ hoc ipſum explicat in dubio ſuo.

Si petas, quę requirãtur ad hoc, vt contritio ſit ex toto corde.

Reſpondetur tria requiri, primo vt ſit dolor efficax; nam ſi ſit ſecundum eſſentiam inefficax, minor erit; vnde non erit ex toto corde: ſecundo, vt eliciatur ob maximam rationem dolendi, quæ eſt in peccato, quæ ratio eſt, vt ſit propter Deum: tertio, vt ſit vniuerſalis de omnibus peccatis, vt ſcilicet ſit incompoſſibilis cum voluntate peccandi, alias non eſſet ex toto corde, & ſup omnia, quę contraria eſſe poſſunt diuinæ voluntati.

Obijcitur ſecundo ex Adriano, quia aliqui Patres viſi ſunt dixiſſe, hoc præceptum diligendi Deũ ſuper omnia, propterea in hac vita non poſſe ſeruari, quia requirat hunc ſummum conatum, ſic S. Auguſt. lib. de ſpiritu & litt. c. 35. *Ad illam*, inquit, *vitam immortalẽ pertinet, Diliges Dominum Deũ tuũ ex toto corde tuo*, quod etiã habet lib. 2. contra duas epiſtolas Pelagij c. 1. & lib de perfectione iuſtitiæ, reſpon. 16. *In qua*, inquit, *plenitudine, nimirum in Patria, præceptũ illud implebitur, Diliges Dominũ Deum tuum, &c.* Et lib. de vera & fal. pęnit. c. 17. *Conuertitur, inquã, qui iam totus, & omnino vertitur.* D. Bernard. ſerm. 50. in Cant. Cãt. *Quod*, inquit, (loquitur autem ibi de hoc p̃cepto charitatis.) *minime in vita iſta ab aliquo hominum poſſit, vel potuerit adimpleri*, hoc item

S. Auguſt.

S. Bern. ſer.

Digitized by Google

S. Chryſ. item habet D.Chryſoſt.ſermo.5. de pœnit.

Reſpondetur has, & alias huiuſmodi auctoritates SS. Patrum, non eſſe intelligendas, perinde quaſi præceptum hoc, ſimpliciter loquendo quoad ſubſtantiam, nō poſſit pfecte adimpleri, ſed quia non poſſit adimpleri, quoad omnes conditiones, & circumſtātias, quæ præceptum conſequuntur, iuxta ea, quæ ſupra prænotauimus, certum enim eſt, vt ibi diximus, non poſſe ſic in hac vita adimpleri, vt optime explicat Belarminus lib.2. de Monachis, cap.13. nam ſi ſimpliciter loquendo non poſſent ſeruari præcepta à Deo data, ſequeretur maximum inconueniens, Deum ſcilicet præcepiſſe aliquod impoſſibile contra ea, quæ docuerunt ſacræ ſcripturæ, SS.Patres, & ſacra Concilia.

Deut. 30. Et primo quidem eſſe contra ſacras ſcripturas patet ex Deuteronomio 30. vbi dicitur: *Mandatum hoc, quod ego tibi præcipio hodie, non ſupra te eſt, neque procul poſitum, neque in cælo ſitum, vt poſſis dicere, Quis noſtrum valet ad Cælum aſcendere, vt deferat illud ad nos? &c.* Quo loco dicitur mandatum non eſſe ſupra hominem, vel quia homo illud præſtare potuiſſet per principia ſibi data à Deo integra, cum primo integer inſtitutus eſt, vt alibi oſtenditur, habuit enim Adamus in eo ſtatu perfecto gratiam iuſtificantem, iuſtitiam originalē, & alia dona ſupernaturalia, vt ſupra diximus, quibus potuiſſet obſeruare præcepta Dei, vel quia homo illud etiam in natura corrupta, ex auxilio ſpeciali poteſt adimplere, ſi voluerit.

Quo ſenſu dicitur mandatum Dei non eſſe ſupra hominē.

Ex Ezechiele, capitulo 36. *Dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri, & auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum, & ſpiritum meum ponam in medio veſtri, & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini.* Ezech. 36.

Pſalm.118. *Latum mandatum tuum nimis*, & ibidem. *Viam mādatorum tuorum cucurri cum dilataſti cor meum.* Pſal.118.

Pſal.16. *Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodiui vias duras.* Pſalm. 16.

Iob.1. *Iob erat vir ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, &c.* Iob.1.

Primo Ioan. 5. *Hæc charitas Dei eſt, vt mandata eius cuſtodiamus, & mandata eius grauia non ſunt.* Ioan.15.

Ad Philip. 4. *Omnia poſſum in eo, qui me confortat.* Paul. ad Philip.

Matth. 11. *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* Matth. 11.

Ioan 14. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit.* Ioan 14.

Act. 13. *Inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſecundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* Act. 13.

Ex quibus ſatis manifeſte patet, ſacras ſcripturas facere præceptorum diuinorum obſeruantiam poſſibilem, non impoſſibilem; imo & facilem ex auxilio ſpeciali Dei.

Secun-

Digitized by Google

Secundo eſſe contra ſanctos Patres probatur.

S.Hieronymus in expoſitione ſymboli ad Damaſum, *Execramur*, inquit, *eorum blaſphemiam, qui dicunt impoſſibile aliquid homini à Deo præceptum eſſe*: Licet Hæretici aſſerant hunc librum nõ eſſe Hieronymi; ſed falſo. Hieronymus in Dialogo primo & 3.cõtra Pelag. aperto docet, *mandata eſſe poſſibilia, neq; Deum præcepiſſe aliquid impoſſibile.*

S. Auguſt. S.Aug.ſer.61.de tẽpore, *Deus*, inquit, *neq; impoſſibile aliquid potuit imperare, quia iuſtus eſt, neque damnaturus eſt hominem pro eo, quod nõ potuit vitare, quia pius eſt.*

De natura & gratia, capit.69. *Quomodo*, inquit, *eſt graue* (loquitur autem ibi de mandato dilectionis) *cum ſit dilectionis mandatũ*, & utitur ibi auctoritate Ezechielis, ſup.cit.in Pſal.56. *neque enim imperaret hoc Deus, vt faceremus ſi impoſſibile iudicaret vt ab homine fieret.* item lib.2.de peccat.mer.& remiſſ.cap.6.ad illud Pſalmi 118. *non dominetur mei, &c.* de gratia & lib.arb.cap.16.Hanc eamd.- *Cyril. Alex* doctrinam habent Cyrillus Alex. lib.3.contra Iulianum, quo loco, probat illam ex teſtimonio Pauli ad Romanos 8.& oſtendit, quæ præcepta impoſſibilia erant per legem; poſſibilia iam nunc facta eſſe per gratiam; eamdem tradit *Leo.* Leo ſerm.5.de Epipha. dicens nihil arduum eſſe humilibus, nihil *S. Ambroſ.* aſperũ mitibus: item S. Ambr.li. in Luc.in illud, *erant autem ambo iuſti, &c. Cum Eccleſia*, inquit, *Ex gentibus, id eſt, ex peccatoribus con-* A *gregata ſit, &c.* Athanaſ.in epiſtol. *S. Athan* de interpret. pſalmorum ad Marcellinum. *Sunt*, inquit, *& alijs ſcripturæ libris, &c.* S.Chryſoſt.hom. *S. Chryſ.* 16.ad Heb. *omnibus*, inquit, *ſiſtis, actibus facilior eſt virtus, &c.* S.Hilarius in illud pſalm.118. *Latum mandatum tuum nimis*, S.Baſilius in illud, *Attende tibi*, Origenes, 9.in Ioſue. Bernard. ſerm.50. in Cant. S.Bonauen.3.d.27.art.2. B quæſt.vlt.S.Greg.hom.17.in Ezechi.& lib.21.moral.cap.9.Beda ad cap.5.prioris epiſtolæ ad Ioãnem, eidẽ etiã ſubſcripſerunt ſententię.

S. Hilar. S. Baſil. Origen. Bernar. S. Bonau. S. Gregor. Vener. Bed.

Tertio eſſe contra Concilia, ſic enim habet Concil. Arax.canon. *Conc. Ara.* 25.inquiens, *hoc ſecundum fidem Catholicam credimus, quod accepta per baptiſmum gratia, omnes baptizati Chriſto auxiliante, & cooperante, quæ ad ſalutem pertinent, poſſint, & debeant adimplere*, C & Conc.Trid.ſeſſ.6.ca.11.& can.18.condemnans hanc hæreſim *Conc. Trid.* ſic inquit, *ſi quis dixerit Dei præcepta homini, vt iam iuſtificato, & ſub gratia conſtituto eſſe ad obſeruãdum impoſſibile, Anathema ſit.*

Ex quibus omnibus ſatis aperte colligitur, Chriſtum nihil impoſſibile præcepiſſe homini, ergo D neque huiuſmodi ſummum conatum, quippe qui eſſet impoſſibilis, ſine quo optimè poteſt haberi perfecta contritio, atq; adimpleri omnia præcepta Dei, eo modo, quo in hac adimpleri poſſunt, vt ſcilicet excludantur omnia peccata mortalia.

Multa circa obſeruationẽ præceptorum Dei, quæ in hac vita poteſt haberi habent Illuſtriſſimus

Digitized by Google

mus Belarminus loco iam citato de Monachis. Didacus Aluarez, libro ſexto, de auxilijs diuinis diſputatio. 54. concluſione prima, a numero ſeptimo, Deumque non impoſſibilia præcepiſſe habet idem Belarminus libro quarto de iuſtificatio. per multa capita.

Conc. Trid. Obijcitur tertio. Conciliũ Tridentinũ ex ſeſſione 14. capitulo quarto, vbi, ſic habet, ſi quis conſiderauerit illos clamores, *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci*, Pſalm. 50. *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum*, Pſalm. 6. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Iſaia. 36. & alios huiuſmodi gemitus, intelliget eos ex vehementi quadam anteactæ vitæ amaridine, & ingenti peccatorum dolore emanaſſe; ſed hæc oſtendunt, dolorem requirere ſummum, conatum, ergo.

Pſal. 50. *Pſal. 6.* *Iſal. 36.*

Reſpondetur, eam fuiſſe mentem Concilij, non vt oſtenderet, illum ſummum conatum pertinere ad contritionem, ſed qualitatem doloris; quæ, ac quanta eſſe debeat, cum peccata ſunt deteſtanda; ita vt dolor huiuſmodi debeat eſſe ſummus, vel appreciatiue, vti ait Sotus in 4. diſt. 17. art. 2. quæſt. 4. concluſ. prima, aut prælatiue, vt ait Medina, C. de pęnit. q. 20. vel intenſiue, iuxta modum, qui explicandus eſt infra à nobis, ita vt hic dolor debeat excedere omnes alios quoſcunque rationanales dolores, vel etiam efficere, vt potius mors ipſa toleretur, quã vt Deus aliquo modo offendatur,

A vt habent Thom. de Argent. in 4 diſt. 17. quæſt. 1. artico. 3. Iacob. de Graff. lib. 1. ſupra, cap. 3. num. 9. & habetur ex Innocentio in ca. Omnis de pęnit. & remiſſ. nihil enim eſſe debet, quod peccatori magis horrendum ſit, quam peccatum, quod à Dei amicitia ſeparat: Quare licet huiuſmodi dolor in genere doloris paruus videatur, dicitur B tamen maximus, & ſummus, & ingens reſpectu aliorum dolorũ, quatenus ſcilicet pænitens, plus Dei offenſam, quam quæuis alia mala deteſtari debet, vt etiam fuſius ſupra explicauimus: Niſi velimus dicere, Concilium eo loco vti illo termino, *Ingenti dolore*, ad oſtendendum, non quod ſimpliciter neceſſarium erat ad contritionem, ſed quod vtiliſſimum; ita C vt peccata amariſſime, ac ſummis lamentis, ac lachrimis ſint deflenda, iuxta ea, quæ Auguſt. habet lib. 8. confeſſ. cap. 12. inquiens; *Vbi a fundo arcano alta conſideratio contraxit, & congeſſit totam miſeriam meam in conſpectum cordis mei, oborta eſt procella ingens, ferens ingentem imbrem lachrimarum*, & S. Ambroſius ad Virgi- D nem corruptam, capitulo. 8. *defluant oculi lachrimas, qui maſculum ſimpliciter non aſpexerunt, palleſcat facies, quæ quondam viruit impudice, cor vero ſit liqueſcens, &c.*

Innocent. *S. Auguſt.* *S. Ambroſ.*

Atque hæc de hac quęſtione.

QVAE-

QVÆSTIO QVARTA.

An contritio requirat certam aliquam intenſionem in actu.

DIctum eſt in ſuperiori quæſtione, contritionem non requirere ſummam aliquã intenſionem; At nunc videndum eſt, an ſaltem requirat certam aliquam intenſionem.

Supponenda autem ſunt, hoc primo loco duo; primũ eſt, quod nunc quærimus de actu contritionis, idem quæri poſſe de actu charitatis, ead. enim videtur omnino difficultas: alterum vero, quod nos in poſterum loquemur de dolore, pro vt eſt in potentia rationali; nan autem in ſenſitiua.

Prima ſententia eſt aſſerentium, contritionis, ac doloris actum certam aliquam petere intenſionem: ſunt in hac ſententia Halenſis in quarta parte, quæſtione 17. membro ſecundo, articulo

S. Bonau. primo, §. tertio S. Bonauentura in tertio, diſtinctione 29. articulo primo, quæſtione prima, & in quarto, diſtinctione decimaſexta, articulo ſecundo, quæſtione prima, Scotus in tertio, diſtinct. 37. quæſtione vnica, & in quarto, diſtinctione decimâquarta, quæſtione ſecunda, §. de ſecundo principali. Caietanus, primo tomo Opuſcul. tractat. quarto, quæſtione prima, Durandus in 3. diſtinctione 29. q.

A prima, & in 4. diſtinctione 17. artic. 1: quæſtio. quinta, ad tertium Adrianus in 4. quæſtione 2. de pęnit. Petrus Soto lect. 14. & 15. de pęnit. videtur accedere S. Thom. S. Thom. parte 1. quæſtione 20. articulo 1. & quæſt. 60. artic. 5. & 2. 2. quæſt. 26. artic. 7. quæſt. 11. art. 12. & 13. & licet hi omnes in eo conueniãt, vt dicant requiri certam aliquam intenſionem, alio tamen, atque

B alio modo illam petunt: Nã alij illam volunt ſummam, quæ poſſit eſſe intenſiue, ita Adrianus: alij illam poſtulant, cum relatione quadam, vt S. Bonauentura, Durandus, & Petrus à Soto, de qua relatione dicemus infra; alij volunt ſoli Deo eſſe notam, vt Scotus cum ſuis; alij alijs modis, de quibus infra.

C Secunda ſententia eſt negantium, in contritione requiri vllam S. Thom. certam intenſionem, ita S. Thom. quæſt. 28. de verit. articulo 8. & in 4. diſtin. 17. quæſt. 2. art. 5. quæſ. 3. Albertus in 3. diſtinctio. 27. quæſt. vnica, art. 2. concluſio. 6. & 7. & diſtinctio. 29. art. primo, Gabr. in 3. diſtinctio. 27. quæſtio. 1. artic. 2. & in 4. diſtinctio. 14. quæſtio. 1. artic. 2. Maior, quæſt. 2. Canus 3. parte

D de pęnit. Sotus in 4. diſtinctio. 17. quæſtio. 2. art. 3. & 4. & libro 2. de natura, & gratia, capit. 14. Andr. Vega lib. 13. in Conc. Trid. ca. 24. Nauarus, cap. 1. numero 9. Pottarellus tract. 2. capit. 5. ſupra, Medina, C. de pænitent. tractat. 1. quæſtione quinta, Suarius ſupra diſputatione quarta, ſectione quarta, à numero primo, Didacus Nugnus, ad 3. par. q. 4. art. 2.

No-

Digitized by Google

Notandum primo, id quod etiam ſupra attigimus, dupliciter nos poſſe conſiderare hanc intenſionem, & perfectionem in actu charitatis; primo in ſe, & abſolute; ſecundo per comparationem, & relationem ad alios actus, hoc autem loco agemus de perfectione charitatis priori modo; poſtea vero de ſecundo, legatur Io. Bottarellus, qui ſupra tract. 3. cap. 3. mirifice exemplo febris, & doloris capitis explicat vtramque doloris, & contritionis intenſionem.

In contritione nul a eſt neceſſaria certa intenſio.

Notandum ſecundo, ad rationem contritionis perfectæ, ſufficientis ad iuſtificationem, nullam eſſe neceſſariam intenſionem, quia perfectio eſſentialis illius, quemadmodum cuiuſcunque alterius qualitatis, reperitur etiam in primo gradu illius, & in actibus, aut intellectus, aut voluntatis, perfectio, quæ conſiſtit in ordine ad obiectum ſuum formale, & materiale, neceſſario reperitur in qualibet particula eiuſdem actus; Vnde eſſe conuerſionem ex toto corde, & ſuper omnia, non conſiſtit in gradibus intenſionis, ſed reperitur eius perfectio in quolibet gradu talis conuerſionis; & quoniam quælibet conuerſio ex toto corde, & ſuper omnia eſt ſufficiens ad iuſtificationem ideo neceſſario dicendum eſt, quemlibet gradum illius ſine maiori aliqua intenſione eſſe ſufficientem ad iuſtificationem, ac proinde nullam certam intenſionem eſſe neceſſariam ad rationem perfectę contritionis.

Prima concluſio: Actum contritionis non requirere vllam certam, aut definitam intenſionem, ne Deo quidem notam.

A

Probatur primo ex ſacr. ſcripturis, quia abſolute, & ſimpliciter poſtulant charitatem, & pęnitentiam ad iuſtificationem, nulla facta mentione huius intenſionis: Ioan. 14. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo*, Matth. 3. *pænitentiam agite, &c.* Luc. 3. *pænitemini, &c.* Iacobi 4. *accedite ad eum, & illuminabit vos*, Apocalypſis tertio, *ego ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quis mihi aperuerit, intrabo ad illum*, Iſaiæ 30. *cum reuerſus ingemueris, ſaluus eris*, Ioel. ſecundo, Zacharię primo, & alibi. legantur capitulum, Ponderet, de pœnitentia, diſtinctione quinquageſima, capitulũ Conuertimini, diſtinctione prima, capitulũ Scindite, diſtinctione prima, & capitulum Petrus ibidem, quibus locis aliæ referuntur auctoritates ex ſacra ſcriptura ad idem, ex quibus ſatis patet nullam fieri mentionem huius certæ intenſionis, ergo neque nos debemus illam ponere neceſſariam ad iuſtificationem: confirmatur, quia ſacra ſcriptura, vt recte tradunt, Canus, Medina vbi ſupra, Belarminus libro ſecundo, de pœnitentia, capitulo vndecimo, Suarius loco citato, numero decimo, eodem modo poſtulat charitatem, ſicut fidem, ſpem, iuſtitiam, & alia huiuſmodi, ſed in his non requirit certam aliquam intenſionem, ergo neque in actu contritionis, aut charitatis.

Ioan. 14. Matth. 3. Luc. 3. Iacob. 4. Apoc. 3. Iſa. 30. Ioel 2. Zach. 1.

B C D

Secun-

Secundo probatur aučtoritate SS.Patrum, D.Chryſoſt.in ſermo. de reparatione lapſi, & habetur de pænit.diſt.3.can.Talis, vbi ſatis aperte habetur, vel minimum gradum charitatis ſatis eſſe ad veram pęnitentiam, vt etiam dixit S.Th. tum q.28.de veritate, tum in 4.diſtin. 17.quæſt.2.art.5.quæſt.3.

S.Chryſoſt.

S.Thom.

S.Baſilius in hom. de pęnitent. *Tantummodo voles, & ipſe Deus vltro occurret.*

S.Baſil.

S.Cyprianus ſerm.de cęna Domini, *nec*, inquit, *quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec horæ extremitas, nec vitæ enormitas, ſi vera contritio excludit, a venia.*

S.Cyprian.

Tertio probatur ex Conc. Tri. ſeſſ.6.cap.7.vbi dicitur, quod vnicuique confertur gratia maior, vel minor, ſecundum maiorem, vel minorem intenſionem, quibus verbis videtur ſupponere conſilium, diſpoſitionem ad gratiam, quæ eſt contritio, poſſe eſſe minorem, & maiorem, ergo ex Concilio non requiritur certa aliqua intenſio; præterea probari etiam poteſt ex eod.Concilio ſeſſ.14.ca.5.quo loco dixit ſolum ad contritionem neceſſarium eſſe dolere de peccatis, cum firmo propoſito non peccandi de cætero, & cum ſpe veniæ, vt nihil præterea deſideret, ergo non eſt, quod ponatur hęc certa intenſio contritionis.

Conc.Trid

Quarto probatur ratione, quia vt inferunt Canus, Medina, Belarminus, & Didacus Nugnus locis, ſupra citatis, ſi, quod dicit Scotus, eſſet verum, ſemper oporteret fideles anxios eſſe, quia nunquam poſſent, ne diuinando quidem A conijcere, ſe habere contritionem, quod tamen neceſſarium eſſe iam ſupra oſtendimus.

Secundo probatur ratione, vt ijdem DD.Canus, Medina, Belarmin. Suarius, & Didacus Nugnus locis citat.aſſerunt, ſicut in peccato minimus actus illius aptus eſt expellere totam gratiam, ſic minimus gradus contritionis aptus eſt hominem facere amicum Dei B gratiamque obtinere, legatur S. Thom. locis vltimo loco citatis & nos ſupra multa etiam adduximus ad idem.

Sequitur primo, rationem ſeu perfectionem contritionis in eo conſiſtere, quod homo doleat de peccato, quatenus eſt offenſa Dei, & quod peccatum deteſtetur ſuper omne odibile: & quoniam hæc perfectio in quolibet gradu C contritionis cõſiſtit, vt iam prænotauimus, ideo non requiritur alia certa intenſio, ſed ſufficit vel minimus gradus illius. porro hic dolor, licet in genere doloris ſpiritualis, paruus videatur, eſt tamen maximus reſpectu aliorum dolorum, quoniam hoc dolore pęnitens plus Dei offenſam, quam quæuis alia mala horret, ac deteſtatur. D

Sequitur ſecundo, non debere hunc dolorem, vt aduertit inter alios Sotus in 4.diſtinctio.17.quęſtione ſecunda, artic.4. neque in ſenſu, neque in ratione eſſe maximũ intenſiue, quod prætérquã quod colligitur ex dictis, probatur etiam ratione à ſimili, nam ſicuti minima charitas facit amicum, ſic etiam minima contritio; nam

quoad

quoad hoc, eadem eſt vtriuſque ratio, accedit quod fieret difficillimum opus, habere contritionẽ, pęnitentibus, ſi ſumma, quæ eſſe poſſet, eſſet elicienda ad gratiam habendam.

Sequitur tertio, falli Caluinum, qui vt refert Belarminus libro ſecundo, de pęnit, capitul. 11. Catholicis falſo imponebat; perinde quaſi docerent, in contritione requiri tantum dolorem, qui exæquet diuinam iram; dicimus enim neminem Catholicorum id docuiſſe; imo aſſeruiſſe potius id impoſſibile eſſe puro homini, iuxta illud pſalmi, *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare*; legatur Belarminus lib. 2. de Monachis, capitulo 13. ergo contritio non debet exæquare offenſam diuinã, quæ ſemper infinite ſuperat, atque excedit quamcunque noſtram finitam ſatisfactionem, vt alibi oſtenditur, & docuit etiam Suarius tum alibi, tum ſup. num. 2.

Neque obeſt, quod contrarij afferunt ex Cypriano ſerm. de lapſis, vbi videtur docere tantam debere eſſe pęnitentiam, quanta fuit magnitudo offenſæ, & ex D. Ambroſio ad Virginem corruptam, capit. 8. vbi dicitur, quod neceſſaria eſt pęnitentia, quęadæquet crimina, & ex alijs, quæ afferuntur à Suario, vbi ſupra, numero 11. Cano, vbi ſupra, Belarmino, libro 2. de pęnitentia, capitulo 11. Soto in quarto, vbi etiam ſupra, Bottarello tractatu 3. capitulo decimonono, & ab alijs communiter.

S. Cyprian *D. Ambroſ.*

Reſpondetur enim, illa omnia, atque alia huiuſmodi poſſe intelligi de illa voluptate, quam peccator peccando percipit, cui dolor æquare debet, vt quanta illa fuerit, tantus hic correſpondere debeat, legatur Belarminus ſup.

Reſpondetur ſecundo, & magis placet; Patres eſſe intelligendos de ſatisfactione in ordine ad pęnam, vt etiam ſupra diximus; certum enim eſt, ſatisfactionem tantam eſſe debere, quæ vel ſuperet, vel exæquet pęnam, vt etiam dixerunt Canus, Sotus ſupra, Bottarellus tract. 3. de eff. cont. c. 19. & Suarius loco citato, num. 12. licet enim peccata omnia ſint æque grauia, quatenus omnia, vt ſic priuant gratia Dei; peccatum tamen vnũ poteſt dici grauius alio, etiam quatenus vnum alio mereatur maiorem pęnam, maxime in ſententia Scoti, & aliorum; legatur Durandus in 4. diſt. 17. quęſ. 4. num. 5. vnde in ordine ad hanc pęnam dolor debet eſſe maior, & minor, pro vt pęna maior aut minor eſt. An autem vnum peccatum formaliter dicatur grauius alio, & quomodo, alibi dicemus.

Secunda concluſio: actus contritionis neceſſario poſtulat quãdam intrinſecam perfectionem, ratione cuius debet ſuperare omnes alios dolores, ac deteſtationes.

Hæc concluſio iam patet ex ſupradictis, quæ tamen poſſent deſiderari, afferemus explicãdo illã.

Notãdum igitur eſt, plures perfectiones poſſe conuenire actui charitatis, ex quibus omnib. vnam dicimus eſſe illi eſſentialem, intrin-

trinſecã, & neceſſariã, q̃ deſumitur ex ipſius rõne formali; vt primo, ſicut charitas tendit in Deum, ſuper omne amabile, ita etiam feratur in peccatum, ſuper omne deteſtabile; ſecundo, ſicut charitas mouetur in Deum, tamquam in finem, ratione cuius cætera omnia diligit, ita deteſtetur peccatum tãquam Deo contrarium, & ab vltimo fine auocatiuum; tertio ſicut charitas diligit Deũ propter ſuam ipſius bonitatem; ita etiam deteſtetur & fugiat peccatum, tanquã malum huic bonitati contrarium; & hanc dicimus eſſe vnicam perfectionẽ, quæ ita inſit contritioni, vt nulli alij poſſit ineſſe: & hĩc eſt, vt deinde contritio dicatur deteſtatio peccati maior omni alia deteſtatione; id quod ſequenti quęſtione explicabimus, ex quibus optime patet explicata noſtra concluſio.

Sequitur, perfectionem hanc, quam dicimus intrinſecam contritionis, in eo conſiſtere, vt patet ex dictis, vt ſcilicet efficaciter, & abſolute per illam voluntas aufugiat ab omni gradu offenſę Dei; id eſt, vt habeat incompoſſibilitatem, cũ qualibet voluntate peccandi mortaliter, ex efficaci Dei amore; vt iã diximus deduci ex Conc. Triden. ſeſſ. 14. cap. 4. vbi ait contritionem imperfectam diſponere ad impetrandam veniam peccatorum in Sacramento, ſi excludat voluntatem peccandi, quæ verba non ſolum ſignificant cum tali contritione eſſe debere carentiam voluntatis peccandi, ſed præterea etiam voluntatem peccandi eſſe cum illa incompoſſibilem; ſecus enim non poſſet excludi a contritione. Atque hæc de quarta quæſtione.

Conc. Trid.

A

QVAESTIO QVINTA.

An odium, & deteſtatio peccati debeat excedere, omnibus modis, omne aliud odium, & omnem aliam deteſtationem.

B

STatuta iam perfectione, quam in ſe, & intrinſece petere contritionem diximus; nũc debemus hanc eandem illius perfectionem, etiam in ordine ad aliud conſiderare; iuxta ea, quæ ſupra diximus de eadem contritione conſideranda; quare hoc loco explicandus erit à nobis doloris contritionis exceſſus, quo ipſam ſtatuimus ſuperare alios quoſcunque dolores; Vnde præterea, quæ ſupra, tam in ſecunda, quam in tertia quæſtione adnotauimus, hic præterea

C

Notandum eſt pro intelligentia huius ſatis grauis difficultatis, primo eamdem difficultatem eſſe de actu contritionis, quæ eſt de actu charitatis; vnde quæ dicemus de vno, intelligendum etiam erit de altero: Quadrupliciter autem poſſumus intelligere, actum odij, & charitatis poſſe eſſe maiorem, & minorem; primo obiectiue, vt etiam ſupra innui-

D

innuimus, cum ſcilicet voluntas A fertur in aliquod obiectum, appetendo illi, vel plura bona, vel plura mala, verbi gratia, actus ille, quo quis odit inimicum, ita vt velit illum de medio tollere, eſt maioris odij, quam quo ſi velit illũ tantum leuiter lędere; Secundo ex parte rationis formalis, vt ſi quis odio proſequatur inimicũ ſuum in bonis ſpiritualibus; nam hæc bona, B licet obiectiue minima poſſint eſſe, & videri; ex genere tamen ſuo, & ex ratione formali maius odiũ eſt, quam ſi eumdem inimicum in rebus, vel maximis temporalibus odio proſequatur: Tertio ex parte affectus, cum intenſius, aut amat, aut odio habet; Quarto ex parte accidentium, & conditionum, quę actum ſolent concomitari, vt ſi actus illi fiat facilius, delectabilius, & quodammodo naturalius.

Notandum ſecundo, in hac quæſtione tria poſſe quæri; primum eſt, an deteſtatio peccati debeat his modis omnibus aſſignatis ſuperare omnem aliam deteſtationem, & dolorem; Secundum, an ſit neceſſe actu, vel virtute facere huiuſmodi comparationes; Tertium an inter ipſa peccata ſit facienda aliqua comparatio.

Vt autem faciliori modo hæc omnia explicemus, per dubia procedemus.

DVBIVM PRIMVM.

An deteſtatio, & dolor de peccato, vt eſt contra Deum, debeat omni modo ſuperare omnem alium, & quemcumque dolorem.

IN hoc dubio, primo ſeparanda ſunt certa ab incertis.

Primũ igitur certum eſt, actum charitatis in ordine ad Deum obiectiue excedere omnem alium amorem, & contra odium peccati omne aliud odium, vt docent Du- C randus in 4.d.17.q.4. nu.4. Sot.d.17.q.2.a.4.concl.prima, Viguerius de cont.verſiculo 10. Roſella verbo Cõtritio, & alij; Vtrum autem id ſatis ſit ad iuſtificationem, lis eſt, ſed probabilius dicitur, non ſatis eſſe, quia huiuſmodi amor quo, quis vult Deo plura bona, & cõſequẽter videt in peccato eſſe maiores, & plures rationes deteſtabilitatis, poteſt conſiſtere cum pecca- D to mortali, licet fortaſſis, vt habet Scotus in 3.diſtinct.27.quæſtione vnica, §. De primo; hic actus odij circa peccatum, hoc modo non poſſit haberi; quia hic actus, quo quis, aut plura bona, aut plura mala deſiderat, proprie pertinet ad amorem, aut odium amicitiæ, ſeu inimicitiæ, quæ nõ eſt propie contra peccatum, & dicitur amor abominationis. Sed de hoc alibi.

Digitized by Google

Secundum, quod etiam certum eſt; In actu charitatis, ſiue ratione odij, ſiue rõne amoris, ineſſe quãdam perfectionem formalem, de qua diximus quæſtione præcedẽti; id, quod omnes concedunt, imò multi interpretantur eſſe amorem illum appreciatiuum, ſed vtrũ hic amor ſatis ſit, an non, non conuenit inter omnes, quid autẽ dicendum ſit, infra patebit.

Tertium, quod etiã eſt certum, eſt, non requiri illã perfectionem, quæ naſcitur ex circũſtantijs concomitantibus, de quibus etiã ſupra dictum eſt; nã certum eſt, nos non teneri dulcius, & Suarius amare Deum, quam peccatum odiſſe.

An in contritione requiratur aliqua perfectio ex parte affectus.

Quod autem cõtrouerſum eſt; ſolum illud eſt, an requiratur illa perfectio, quam diximus eſſe ex parte affectus, & quomodo illa perfectio intelligenda ſit.

Alij igitur dixerunt, nullam requiri maiorem intenſionẽ ex partẽ affectus, ſiue in ordine ad amorem Dei, ſiue in ordine ad deteſtationem peccati, ſed ſatis eſſe ſi diligatur Deus, maiore quodã amore appreciatiuo; ita Sotus in 4.d.17.q.2.a.4. Medina, C. de pænit. tract. 1. q. 5. Belarminus lib 2. de pæniten. cap 11. Suarius ſup. diſput. 4. ſect. 4. Iacob. de Graff. ſup. lib. 1. c. 3. nu. 8. Viguerius cap. de contrit. verſ. 10. & alij iamiam citandi, & licet omnes conueniant in hoc, differunt tñ in explicando; in quo conſiſtat ratio huius maioris appreciationis.

Canus enim, & Medina vbi ſupra, & Sotus tum in 4. loco iam cit. tum lib. 2. de nat. & grat. c. 4. affirmant hanc maiorem appreciationem in eo cõſiſtere, vt quis magis deteſtetur peccatum, quam cętera omnia prelatiue; quia ſcilicet ſi detur optio, debeat potius quis mori, quam peccare, ad hanc eamd. explicationem accedit Belarminus; aſſerit enim loco cit. hanc maiorẽ appreciationem in eo ſitam eſſe, vt nihil Deo anteponatur, nihil æquetur, quod ſine dubio nihil aliud videtur eſſe, quam prælatiue Deum omnibus præferre.

Gulielmus Pariſienſ. in tract. de virtutibus aſſerit, hanc maiorem appreciationẽ conſiſtere in maiori quadam firmitate, & adheſione.

Viguerius aſſerit hãc maiorem appreciationem ſpectandam eſſe ex ratione formali, ita vt diligere Deum appreciatiue, ſit diligere Deum, tãquam ſummũ bonum, & contra odiſſe peccatum magis, quam cętera omnia, ſit odiſſe peccatum, vt repugnans amicitiæ diuinæ.

Gabriel in 3.d.27.q. vnica art. 1. not. 6. & art. 2. concluſ. 6. & 8. affirmat in ijs actibus, qui habent eandem rationem formalẽ, vix poſſe diſtingui amorem appreciatiuum ab intenſiuo; in actibus vero, qui habent diſtinctam rationem formalem, recte poſſe diſtingui; nã in actibus intellectus, actus ſcientiæ, quãtumuis remiſſus, multo intenſius inhæret ſubiecto, quam actus intenſiſſimus opinionis; id quod etiã adnotauit Suar. ſup. ſect. 4. diſpu. 4. nu. 7. Quod igitur attinet ad rem noſtrã; aſſerit Gabriel, in charitate, quamuis omnes actus illius induant rationem quamdam formalem; reperiri tamen diſtinctam

quamd.

quamd. perfectionem, quaſi ſpecificam; qua aliquid diligitur, tamquam finis, & aliquid tamquam mediū, & in his actibus diſtingui amorem appreciatiuum ab amore inteſiuo, & fieri poſſe, vt aliquis minus inteſiue diligat media, quā finem, & tunc maior amor appreciatiue erit amor finis, quā ſit amor medij; Igitur in ſentētia Gabrielis amor maior appreciatiuus erit circa Deum, qui finis perfecti amoris eſt, quo plura illi volumus, quam cuicumque rei alteri.

Alij ſecundo dicunt, tā in amore Dei, quā in odio peccati requiri maiorem quādam intenſionem, ita videntur ſenſiſſe antiquiores Scholaſtici, Halēſis 2. p. q. 17. mem. 2. a. 1. §. 3. & 5. maxime in ſolutione argumentorum S. Bonau. 3. d. 29. a. 1. q. 1. vbi habet hæc verba; *Numquam poſſe amorem Dei ita remitti, & amorē creaturæ ita intēdi, vt æquentur,* id quod planius habet in 4. d. 16. a. 2. q. 1. vbi ait, *contritionem in ſe quidem non debere eſſe maximam, tamen in comparatione ad alios actus, debere eſſe maiorem.* Scotus in 3. d. 27. q. vnic. §. De primo; vbi diſtinguit duplicem amorem; extenſiuum, quem vocat obiectiuū, & appreciatiuū, & hunc amorem dicit non ſatis eſſe; alterum intenſiuum, quem rurſus diſtinguit in firmiorem, fortiorem, & dulciorem, & concludit non requiri dulciorem, ſed firmiorē Durand. eodem modo videtur loqui in 3. d. 29. q. 1. num. 8. & d. 17. q. 4. nu. 4. Richar. in 3. d. 29. art. 1. q. 2. & in 4. d. 14. a. 7. q. 5. Tho. de Argēt. in 4. d. 17. q. 1. a. 3. Petrus à Soto lect. 14. in fine, & is de penitent. in principio. D. d. Nug. ſup. q. 4. a. 2. cōcl. 5.

S. Bonauēt.

Reſpondetur primo ad dubitationem; Certum eſſe, tam in actu amoris, quam in actu deteſtationis requiri perfectionē maioris amoris, aut odij, appreciatiue.

In hac concluſione conueniūt oēs vtriuſque ſententiæ Doctores.

Amor appreciatiuus.

Et probatur primo ex cōmuni interpretatione, quā nos ſupra adduximus, debet enim quis ita diligere Deum, vt nihil ei præferatur, nec æquetur, & ita odiſſe peccatū, vt nihil cōparari poſſit cū illo; ſed hic amor, aut odium, quæ appreciatiua ſunt, requiruntur in actu amoris, & deteſtationis, ergo.

Probatur ſecūdo ex Scoto; amor appreciatiuus, & amor obiectiuus idem ſunt, ſed obiectiuus neceſſario requiritur in amore Dei, ergo & eodem modo requiretur appreciatiuus.

Probatur tertio ex ſententia illorum, qui hanc appreciationem deſumunt ex ratione formali, de qua nos ſupra; qua diligitur Deus, tamquam ſummum bonū, & odio habetur peccatū, tamquam repugnans diuinę amicitię, ſed hæc appreciatio hoc modo neceſſario requiritur, tā in amore, quam in contritione, vt patet, ergo.

Probatur quarto iſta æſtimatio, vel appreciatio, quocūque modo conſideretur, neceſſario reperitur in vtroq; actu, & amoris, & deteſtationis, ergo. ꝓbatur antecedēs, vel enim conſideretur, vt pertinet ad intellectum, vel vt pertinet ad obiectum, vel ad rationem illā formalem; ſemper hæc appreciatio

in illis reperitur; & probatur, quia ſi primo modo cōſideretur, reuera niſi intellectus erret, ſemper iudicabit, Deum eſſe ſummū bonum, & peccatum eſſe ſummum malū, & cōſequēter illud amplectendū, aliud fugiēdum; ſi ſecundo modo, eadem ratione idem conſiderare debet, atque aduertere; ſi tandem tertio modo multo magis id habebit, ergo quocūq; modo conſideretur, ſēper reperietur in illis actibus.

Placitum Auctoris. Sequitur, hunc amorē appreciatiuum neceſſario reducēdum eſſe ad vnum ex illis quattuor generibus, quę nos ſupra poſuimus, & ſic non diſtingui ab intenſiuo; fundamentum eſt, tum quia, quemadmodum in qualibet forma poteſt concipi multiplex perfectio; alia, quæ eſt ex ipſa eſſentia formæ, quomodo iuſtitia, quātumuis remiſſa, eſt perfectior temperantia; actus intellectus, ipſa opinione; alia ex obiecto, qua ratione cognitio Dei perfectior eſt, quacumque alia cognitione; alia ex ratione formali, qua ratione actus circa finē, nobilior eſt actu circa mediū; alia denique ex adiunctis, & tunc eſt, quādo quis facit actū maiori quadam propenſione, facilitate, inclinatione, &c. ſic in charitate ſunt hę omnes rationes perfectionū, ita vt ſi quæ alia excogitari poſſet, ad vnam ex aſſignatis reduci neceſſario debeat, ſed hæ perfectiones dicunt intenſiorem quemdā operandi modū, ergo illa ratio appreciationis nō diſtinguitur ab intenſionis ratione; tum quia appretiare, ſeu præferre eſt actus intellectus, qui vnum alij præfert, ergo ſi

A redundat in affectū, quemadmodū redundare debet, ſi debeat ſufficere ad iuſtificationē, aut debet explicari, quid ſit, aut reuocabitur ad vnum ex aſſignatis capitibus, quibus diximus formam dici perfectiorem, & conſequēter ad perfectionem intenſionis; Confirmatur, vel hoc iudicium eſt in intellectu mere ſpeculatiuo, & hac ratione conſtat, nihil redundare in af-

B fectum, & conſequenter non facere ad rem; aut eſt aliquo modo practice practicum, & tūc ſine dubio debet aliquid infundere in affectum, & certe non poteſt excogitari, quod illud ſit, niſi quod affectus firmius, & inſeparabilius adhæret obiecto; ergo hic amor appreciatiuus nō diſtinguetur ab intenſiuo. tum denique, quia hoc iu-

C dicium appreciatiuum, ſi ſolū ponat, quod ſupra diximus, in obiecto, poteſt etiam eſſe in peccatore etiā cum voluntate, & amore peccati; Cōfirmatur, quia ſecluſo Deo, in quo ineſt diſtincta ratio amoris, ſaltem apparet, nō bene poſſe diſtingui huiuſmodi amorē appreciatiuū ab obiectiuo, atq; ita ſequeretur, non ſufficere ad iuſtificationē, vel certe nō diſtingui ab inten-

D ſiuo, & ſic eſſet q̄ſtio de nomine.

Secūda concluſio: Quando præceptum dilectionis, aut contritionis obligat, actus amoris, & actus deteſtationis peccati, debet eſſe intenſior quocumque amore, aut odio contrario, pro quo

Notādum eſt, in aliqua forma ex communi omnium ſententia, id quod etiam ſupra innuimus, duplicem poſſe cōcipi intenſionem, alte- *In forma duplex intenſio poteſt reperiri.*

alteram, quam vocāt gradualem; A alteram virtualem, & gradualis quidem intenſio ſpectatur penes numerū graduum formalium, vt aſſerunt Philoſophi de qualitatibus, quæ ex acquiſitione, aut deperditione graduum intendūtur, aut remittuntur; vt tunc dicatur qualitas v. g. Calor ſummæ intenſus, quādo hēt gradus vt octo virtualis autem intenſio conſideratur in ordine ad actionem, vt illa forma dicatur hoc modo intenſior, quæ in illo genere magis, ac perfectius operatur, vt Philoſophi philoſophantur de Igne, & Aere, licet enim vterq; habeat calorem æque intenſum, quoad gradus, nō tamen habent eūdem virtualem; propterea quod ignis eſt actiuior, cum habeat ſiccitatem adiūctam, quę eſt lima actiuitatis ipſius ignis & calor in aere habeat humiditatem, à qua actiuitas caloris retundatur; Vnde male nobis videtur Suarius inuehi cōtra Petrum à Soto, legatur Suarius ſup. diſputat. 4. ſectio. 4. numero 7. Inuehitur, inquam, quia Petrus à Soto vbi ſup. dixiſſet, in qualitatibus non eſſe magis, & minus, niſi ſecundum intenſionem, perinde quaſi negarit, eſſe in illis alias rationes agendi, & reſiſtendi; nam Petrus à Soto tantum ibi loquutus eſt de intrinſeca, & actuali intenſione qualitatum; non de alia virtuali. Ad rem igitur noſtram dicimus in concluſione, illos actus amoris, ac deteſtationis peccati, eſſe intelligendos de intenſione non actuali, ſed virtuali, vt docte tradit Th. de Argent. in 4. d. 17. q. 1. a. 3. quatenus ſcilicet amor Dei, & deteſtatio peccati debeant eſſe intenſiores, quia conſtātiores, quia firmiores, quia fortiores, ita vt hæc intenſio faciat voluntatē firmam in tali affectu erga Deum, & intellectum in tali aſſenſu. &

Probatur primo concluſio, quia Deo, primæ veritati, debetur firmior aſſenſus, quā cuicumque alteri, etiam reb. mathematicis, ergo etiā eadem ratione Deo, ſummo B bono, vt ſic, debetur maior, firmior ac conſtantior amor, quam vlli alij rei. Cōfirmatur, quia ſicut fides poſtulat maiorem certitudinē ex ſua ratione formali, quam habet, ita etiā charitas poſtulat iſtam maiorem adhæſionem.

Secundo probatur cōcluſio ex communi ſentētia, quā inter alios habet D. Bonau. in 4. d. 16. a. 4. q. 1. *D. Bonauēt* C charitas debet habere maiorē aliquā intenſionem, quę quid conferat in ordine ad actū, nō poſſumus alio modo explicare, niſi dicamus, quia efficit, vt actus tēdat in obiectū, aut maiori quadā adhæſione, aut maiori dulcedine, ſed quia hoc ſecundū dici non poteſt, vt patet ex dictis, erit igitur primū, & eſt ꝙ nos aſſerimus in cōcluſ. neq; Suar. negauit ſup. diſp. 4. ſect. 4. nu. 4.

D Tertio probatur idē ex communi ſententia, ille amor præcipitur, qui expellit omne peccatū, ſed amor appreciatiuus, quem ponunt DD. contrariæ ſententiæ, ſi diſtinguatur ab intenſiuo, non expellit peccatū, ergo non eſt ſufficiens ad iuſtificationem; Minor probatur, tū auctoritate Proſperi lib. 3. de vita contemplatiua cap. 15. vbi ait *ex ea parte quē peccare, qua minus* *Proſper.*

diligit Deum;id quod poteſt ſtare cũ amore appreciatiuo,ſi ab intenſiuo diſtinguatur, tum quia,vt ſupra oſtenſum eſt, iſta appreciatio, aut tribuit intenſionem actui, aut conſiſtit in ſolo iudicio;ſi ſecundũ, ex ſe conſtat poſſe conſiſtere cum peccato mortali; ſi primum iam non diſtinguitur ab intenſiuo, & ſic redimus ad priorem concluſionem.Confirmatur quia huiuſmodi amor appreciatiuus innititur ſolum illa ſua ratione formali,quam ſupra illi aſſignauimus, ſed niſi ſit error in intellectu, illa manet etiã in peccatore,ergo.

Reſpondẽt aduerſarij,hanc appreciationem concomitari ipſum obiectum, cum ſua illa ratione formali, & ita ſatis eſſe, vt eo modo diligatur Deus,quo nulla alia creatura diligitur.

Contra, quia hoc non videtur tollere difficultatem, quia iſto modo videntur fateri, nihil requiri ex parte affectus, ſed totum eſſe ex parte obiecti: præceptum autem non reſpicit obiectum, ſed actum, quo tenditur in illud, ergo aliqua intenſio requiritur in ipſo actu ex parte affectus.

Probatur quarto eadem cõcluſio,quia ſi quis haberet firmiorem aſſenſum concluſionis,quam principiorum, ille actus eſſet deordinatus,ergo ſi quis habeat intenſiorem amorẽ erga creaturas, quam erga Deũ,erit actus deordinatus, ergo peccatum, ergo vt ſit ordinatus,firmior aſſenſus debet eſſe erga Deum.

Reſpõdent aliqui,illum actum eſſe deordinatum priuatiue,id eſt,

A minus rectum, non tamen contrariè,quaſi ſit peccatum.

Contra, quia hæc deordinatio eſt omnino peccatum, & patet, quia rectitudo, quæ deſideratur in hoc actu, deſideratur ex natura rei, & præcepti, quod ſufficit ad peccatum; deſiderari ex natura rei,iam etiam ipſi concedunt; deſiderari etiam ex præcepto, pro-

B batur, quia præceptum requirit etiam aliquid ex parte affectus, quod tunc non eſſet,ergo poſitiue eſſet peccatum.

Vltimo probatur, quia certum eſt in omnium ſententia, requiri vel amorem apprecitatiuum, vel intenſiuum; non primum, nam, vel primo per amorem appreciatiuum intelligunt, qui facta comparatione cum alijs amoribus,præ

C ferat Dei amorem, et ſi hoc modo intelligant, ſententia eſt intolerabilis, vt etiam concedit ipſe Suarius,tum diſput.3.ſeſſ.4.nu.9.tum diſp.4.ſeſſ.4.num.quinto: vel ſecundo intelligunt per hunc amorem appreciatiuum,illum, qui nõ poſſit ſuperari tentationibus.quod tamen falſum eſt,neque enim aliqua eſt tanta charitas, quę nõ poſ-

D ſit aliqua tentatione ſuperari. legatur Molina de Concordia q. 14. art.3.diſput.14. mem.4. vel tertio intelligunt amorem debere eſſe tantum, vt quo tempore obliget præceptum,excludat ille omnem amorem contrarium, & hoc eſt, quod nunc dicimus,quod reuera aliquid ponit in effectu, & eſt amor intenſiuus; quare ſi hi ponãt hanc perfectionem in affectu, vt debent ponere, non poſſunt ponere,

nere, niſi dictam intenſionem virtualem, aut ſi volunt ponere appreciationem, nõ diſtinguetur ab intenſione, & ſic erit quæſtio de nomine, vt iam diximus.

Reijcitur Suarius.

Sequitur primo, non eſſe neceſſarias comparationes actus in intenſione contra Suarium, vbi ſup. nu. 4. & 5. qui id inferebat ex noſtra ſententia: & ratio eſt, quia vt iam patet ex dictis, intẽſio virtualis poteſt quamcumque aliã gradualem intenſionem ſuperare.

Sequitur ſecundo ex Thoma de Argent. in 4. d. 17. q. 1. art. 5. & alijs, poſſe quempiam vere iuſtificari, & habere amorem hunc neceſſarium, etiamſi habuerit, & habiturus ſit aliquando actus multo intenſiores alicuius creaturæ, quidquid dicat Suarius vbi ſupra numero 6. quia huiuſmodi amores, niſi virtualiter includant peccatum, non ſunt contrarij amori diuino; ſolum enim amor Dei debet in intenſione ſuperare amores contrarios, cũ huiuſmodi amor ſaltem habitualiter excedat omnem alium amorem finitum ex eod. Argent. vbi ſupra ad 4. argumentum.

Reijcitur Suarius.

Sequitur tertio, male videri Suarium aſſeruiſſe vbi ſupra num. 4. hanc noſtram ſententiam facere viam ſalutis obſcuram & perplexam, neque enim volumus faciendam eſſe aliquam comparationẽ actualem ad alios actus, ſed dicimus ſufficere virtualem, quæ continetur in ſubſtantia, & natura ipſius actus charitatis, & contritionis; deinde petimus à Suario, & quidem libenter; Vnde, & quid ſit

A ille exceſſus appreciationis, quam ipſe vult oriri ex ſubſtantia actus, tendentis in Deum, & coniungentis voluntatem cum illo, niſi hæc intenſio charitatis; qua voluntas firmius fertur in Deum; non ſic in alia ab illo; certum autem eſt, ex eo aliquid debere refundi in volũtatem elicientem illum actum, illud autem non poteſt excogitari, aliud eſſe, niſi quod nos ponimus, in hoc actu amoris, & contri-
B tionis, ſcilicet, intenſionem actus; præterea excellẽtia illa actus contritionis, quam ponit Suarius, non eſt, vt ipſe ait, in appreciatione, ſed potius in intenſione, ſi hæc ab illa diſtinguatur; nam hęc dat voluntati modum quẽdam perfectiorem tendendi in obiectum.

Sed obijciuntur multa ex Soto, Suario, & alijs.

Primo, quemlibet, qui intenſius
C amat patrem, matrem, aut alium quemcumque, quam aliquando amet Deum, peccare mortaliter.

Secundo poſſe peccatum veniale ex genere ſuo fieri mortale per ſolam intenſionem actus.

Tertio aliquem teneri intẽſius diligere Deum, quam alios.

Quarto eum, qui intenſius peccauit, debere intenſius cõuerti: ſed hæc omnia ſunt abſurda, ergo & id, ex quo deducuntur.

D Reſpondetur hæc, vel non eſſe abſurda, vel non ſequi ex noſtra ſententia; Vnde ad primum Reſpondetur. Illud non ſequi, quia vt iam diximus, amor intẽſus creaturæ, quamtumuis intenſus, niſi includat peccatum, vel ſit coniunctum cum aliqua violatione præ-

 cepti,

Digitized by Google

cepti, non eſt cõtrarius amori Dei, vt optime docuerunt Tho. de Argent. vbi ſupra ad 4. B. Medin. 1. 2. q. 1. art. 5. §. Ad vltimum, & Didacus Nugnus ſup. q. 4. ar. 2. ad argumenta Suarij; ratio autem huius eſt, quia ſemper virtualiter intelligitur amor creaturæ ſuperari ab amore Dei.

Ad ſecundum reſpondetur, illud quidem ſequi, ſed negatur eſſe abſurdũ, imò hoc idem poſſet eſſe in amore appreciatiuo, ſi quis, v. g. augeat hanc appreciationem, vt pluris faciat peccatum veniale, quam Deum.

Ad tertium, reſpondetur neminem per ſe teneri ad maiorem, vel minorem intenſionem, quia, vt iam diximus, & docet Tho. de Argent. vbi ſup. ſatis eſt minimus gradus charitatis; non negauimus tamen per accidens plurimos eſſe, qui egeant maiore auxilio, & conatu, vt conuertantur, quidquid dicat Suarius ſup. nu. 1.

Ad vltimum negatur ſequela, quia intenſio, quæ requiritur ad amorem, & deteſtationem peccati, non reſpicit, aut actus præteritos, aut ſequentes, contra Suarium, qui id videtur deducere ex noſtra hac ſententia ſup. nu. 4. 5. & 6. ſed tantum reſpicit amores, qui huic actui repugnant; itaque ſufficit, vt habitualiter ſaltem excedat omnem alium amorem, & dolorem.

Obijcitur ſecundo, quia, ſi vera eſſet hæc noſtra ſententia, ſequeretur non poſſe cõſiſtere amorem creaturæ vllo modo cum amore Dei, quod tamen eſt abſurdum: ſequela probatur, quia ſi poteſt eſſe

A amor creaturæ cum amore Dei; Quæritur tunc, vtrum poſſit etiam eſſe ſine amore Dei, certè videtur dicendum, poſſe eſſe ſine illo, ergo ſi poteſt amor creaturæ eſſe ſine amore Dei, poterit etiam eſſe intenſio amoris creaturæ, ſine intenſione amoris Dei. Sed abſurdum eſt plus diligi creaturas quam Deũ ergo non poteſt amor huiuſmodi creaturarum conſiſtere cum amo-

B re Dei.

Reſpondetur, hoc argumẽtum vel nihil probare, vel probare tantum de intenſione quadã graduali; nihil probare patet, quia amor creaturæ non quocumque modo coniungitur, aut repugnat amori Dei; nam ſi amor creaturæ ſit plane naturalis, aut moralis, tunc nec haberet neceſſariam coniunctionem, nec repugnantiam; ſi autem

C ſit amor ex charitate, ille naſcitur ex amore Dei; quare ſi retineat hanc rationem formalem, numquam poterit repugnare amori Dei, vt etiam tradit docte Belarminus libro 2. de Monac. cap. 13. & ideo nulla intenſio huius amoris repugnans erit intenſioni amoris Dei: Probari autem tantum de intenſione graduali patet ex dictis, diximus enim ſecundum hanc in-

D tenſionem poſſe aliquando plus amari creaturam, quã Deum abſque aliquo peccato; cæteris tamen paribus, & niſi fiat talis exceſſus, vt periculum eſſet alicuius peccati, vt diligentiſſimè adnotauit Nugnus contra Suarium vbi ſupra.

Obijcitur tertio, naturaliter loquendo, non poſſe eſſe maiorem intenſionem in actu dilectionis,

niſi

niſi ſequatur etiã maior quædam delectatio, facilitas, &c. ergo ſi in aliquo actu requiritur intenſio, requiritur etiam illa delectatio, & alia accidentia, ſine quibus tamẽ poteſt eſſe perfecta charitas, ergo etiam ſine illa intenſione.

Reſpondetur negando ſequelam, quia huiuſmodi conditiones charitatis non naſcuntur præciſe ex habitu charitatis, ſed potius ex diſpoſitione organorũ, & ex alijs habitibus.

Si dicas, patere experientia, amorem diuitiarum, & aliorum remittere amorẽ virtutis, ergo charitas remittetur ex amore creaturarum, ergo numquã licebit amare creaturas.

Reſpondetur, vere ita eſſe, atq; ideo maximum eſſe periculum in amore creaturarum, niſi amentur ex charitate, hoc tamen nõ eſt contra noſtram concluſionem. atque hæc de primo dubio.

DVBIVM SECVNDVM.

An comparationes faciendæ ſint in deteſtatione peccatorum.

IN ſuperiori dubio dictũ eſt; ex parte affectus requiri aliquã intenſionem actus, qua Deus ametur ſuper omnia, & contra peccatũ odio habeatur: Iam vero accedit explicandum, in quo conſiſtat exceſſus iſte; quo amor Dei, & deteſtatio peccati excedere debeant quamcumque aliam rem; An ſcilicet requiratur aliqua comparatio; v. g. vellem magis pati quãlibet aliam rem, quam lethaliter peccare, vel aliquid huiuſmodi; An ſcilicet id neceſſario requiratur.

Primo, in hoc dubio ſunt ſecernenda certa ab incertis; Primo igitur certum eſt ex omnium ſententia, amorem Dei, & deteſtationem peccati debere excedere, modo explicato, omnes amores, & omnes deteſtationes ſaltẽ virtute; ita S. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 18. §. 4. Roſella verbo Contritio nu. 2. Suarius diſput. 3. ſect. 4. nu. 9. *S. Antonin.*

Secundo certum eſt ex D. Tho. quol. 1. q. 5. ar. 9. Duran. in 4. d. 17. q. 5. Palud. d. 17. q. 1. a. 5. Soto q. 2. a. 4. Viguerio C. de contrit. verſ. 10. S. Anton. vbi ſup. Roſella verbo Contritio nu. 2. Nauar. c. 1. nu. 34. & 35. Toleto lib. 3. nu. 3. Suario diſput. 3. ſect. 10. nu. 9. Rodriquez c. 48. de contrit. nu. 9. & Didaco Nugno ſupra q. 4. a. 1. ad finem, & alijs communiter; Neminem cogendũ eſſe ad comparationes aſſumendas in peccatis, tum quia, vt aduertunt Tho. de Argent. in 4. d. 1. §. 17. q. 1. a. 3. Bottarellus tract. 3. ſup. cap. 11. & 13. & alij ſupra citati, quiſque merito poteſt, & debet dubitare de ſua conſtãtia, ac firmitate in huiuſmodi comparationibus, cũ obiecta ſenſibilia facile moueãt ſenſus hominum; tum etiam, quia homo vel iuſtiſſimus poteſt ex occaſione data labi in peccata. *S. Thom.* *S. Antonin.* *Nemo cogi debet ad quaſdã comparationes.*

Tertio certum etiã eſt, ſi huiuſmodi cõparationes aliquando veniant in mẽtem, non poſſe hominem cedere poſitiue ſine peccato.

Con-

Controuerſum autem, ac dubium eſt, An actu poſitiuo teneatur quis præferre Deum cuicunq; bono, & poſtponere omnia mala peccato.

Alij dicunt, illum actu poſitiuo teneri, præferre Deum, & magis deteſtari peccatum.

Sed non placet, nam videntur loqui nimis rigide, & ſine fundamento; nam vel tenetur ad huiuſmodi actum poſitiuum ex præcepto contritionis, vel ex natura actus; non ex præcepto contritionis, quia haberi poteſt perfecta contritio ſine huiuſmodi cogitatione, & actu; ex vi autem contritionis nõ tenetur, niſi ad id, quod præciſe requiritur ex natura iuſtificationis, ad quam certe nihil tale eſt neceſſarium; nec tenetur ex natura actus, quia ille actus non magis obligat in inſtanti iuſtificationis, quam alias; alias autẽ, quoties ſcilicet huiuſmodi cogitationes occurrunt, non tenetur elicere huiuſmodi actum poſitiuum, ergo.

Quid ſit dicendum ex mente Auctoris.

Itaque dicendum videtur ad prædicta; in eo caſu primo laudabiliſsimum eſſe, & maximę perfectionis ſignum, elicere actum poſitiuum, idque viris perfectis ex Thoma de Argent. in 4. diſt. 17. q. 1. art. 3. Soto quæſt. 2. artic. 4. Illuſtriſs. Toleto libr. 3. nu. 3.

Secundo alio auocandam eſſe cogitationem, maxime ſi aduertat ſe aliquantulum hæſitari ex Tho. de Argent. loco citato.

Tertio poſſe in eo caſu ſuſpendere actum: atque hæc de dubitatione.

Quarto, certum eſt etiam, nulla facta comparatione in particulari, peccatum eſſe deteſtandum ſupra omne deteſtabile, vt tradiderunt Tho. de Argent. vbi ſupra, Sotus, Toletus item vbi ſupra, Bottarellus tract. 3. cap. 11. Rodriq. de cont. cap. 48. numer. 9. & alij iam citat.

De duobus autem hoc loco occurrit diſputandum; Primo de pœna annihilationis, tum de pœna damnationis. Vtrumque autẽ hoc loco ſimul diſputabimus, itaque dubitatio erit, Vtrum quis debeat magis deteſtari peccatum quam ſui annihilationem, aut pœnam damnationis. Circa hæc autem

Noua dubitatio.

Durandus in 4. diſt. 17. quæſt. 5. multa dicit circa præſentes difficultates.

Vtrũ potius ſit eligenda annihilatio quam peccatum.

Primo quidem numero ſexto, & 7. aſſerit nunquam eſſe eligendum malum culpæ ad euitandũ quodcunque aliud malum culpę, aut pęnæ.

Secundo, num. 7. neq; malum culpæ eſſe eligendum ad euitandum maius malum culpę, id quod etiam affirmat Sotus in 4. diſt. 17. quæſt. 2. art. 4.

Tertio, num. 8. ait malum pœnæ eſſe eligendum, aliquando ad euitandum malum culpæ, aliquãdo non eſſe eligendum, aliquando liberum eſſe; nam, inquit, in ijs virtutibus, quæ habent pro obiecto pęnalia, v. g. in fortitudine, neceſſario præferẽdum eſſe malum pęnæ propter honeſtatem, in alijs autem nunquam licite eligi malum pęnæ, niſi cum illud malum neceſſarium eſt ad promouẽdum maius

Digitized by Google

maius bonum, quam ſit illud, quo priuat pęna: vt ad acquirendam temperantiam poteſt quis licite vexare corpus. legatur Didacus Nugnus, vbi ſupra.

Quarto num. 8. nunquam malum pęnæ eſſe eligendum ad euitandum maius malum pęnæ, niſi quando vtrumque euitari non poteſt.

Quinto num. 9. nunquam eſſe eligendam annihilationem, aut carentiam viſionis beatificę ad vitandum peccatum, quia id nunquam poteſt eſſe medium ad illud. legatur Suarius diſput. 3. ſect. 4. num. 5.

Vltimo concludit, cum quæritur ſi alterum ſit neceſſarium, vtrum debeat peccator malle peccare, quam carere viſione, quæſtionem eſſe impoſsibilem, & implicantem.

Capreolus in 4. diſt. 17. quæſt. 1. contendit hanc quæſtionē eſſe aliquo modo impoſsibilem, non tamen implicare; vnde aſſerit magis eſſe eligendam annihilationē, & carentiam viſionis, quam peccatum.

Notandum eſt primo; in peccato nos poſſe concipere duas veluti rationes malitiæ, alteram contra rationem, & finem naturalē, alteram contra Deum, & finem ſupernaturalem: quæ duæ comparationes, quamuis realiter non diſtinguantur, & ſint vnum & idem, attamen non implicat, poſſe nos illa concipere, tanquam ſubiecto ſeparata.

Notandum ſecundo, pęnas lethales dupliciter ſecundum noA ſtrum modum concipiendi poſſe conſiderari: primo, vt ſunt debitæ culpis, & ipſis adiunguntur; ſecundo, vt inferunt paſsionem, & tormenta, tum animæ, tum corpori, vt adnotarunt Sotus in 4. diſt. 17. q. 2. art. 4. Bottarellus tract. 3. cap. 12. Suarius ſupr. diſput. 3. ſect. 10. num. 1.

Notandum 3. In damnatione, duo eſſe diſtinguenda, pęnam ſcilicet B damni, & pęnam ſenſus, quæ omnino eſſe diſtincta, & ſeparari alibi oſtenditur.

Reſpondetur primo, ſi peccatum conſideretur cum præciſione ſolum, vt eſt contra rationem, nō videri magis deteſtabile, quam carentiam viſionis.

Probatur, & explicatur concluſio, intelligitur enim, facta illa hypotheſi impoſsibili, qua cōcipitur C peccatum nullo modo contra Deū, & ſic probatur concluſio poſita; quia peccatum ſolum tunc aaverteret hominem a fine naturali, & a quadam naturali rectitudine; carentia autem viſionis auerteret a ſummo bono ſimpliciter. Confirmatur, quia ſi quid impediret, quominus poſset eligi peccatum, certe eſſet lumen rationis, D ſed lumen rationis nunc de facto in rebus fidei debet contēni propter lumen ſupernaturale, ergo; Confirmatur, quia ideo peccatum eſt deteſtabile ſuper omne malū, quia ſimpliciter deordinat a fine, tunc autem ex ſuppoſitione, non ſic deordinaret, ergo.

Obijcit Durandus, hanc quæſtionem implicare, nam in illa hypotheſi, ſi quis, ne careret viſione beati-

Digitized by Google

beatifica, cogeretur peccare, peccando non peccaret; non peccando, peccaret. Peccaret quidē, quia committeret peccatum; non peccaret autem, quia faceret id, ad quod teneretur: Contra vero non peccando, peccaret, quia niſi committeret peccatum, male eligeret, quia non eligeret, quod deberet, ergo.

Propter hoc argumentum, Paludanus in 4. diſt. 17. quæſt. 5. concedit totum argumentum Durando, vt propterea aſſerat non eſſe illam hypotheſim admittendam.

Reſpondetur tamen, licet in aliquo caſu, & vt nunc res ſe habet, videatur pugnantiam inuoluere ſupradictum ſuppoſitum; quia reuera implicat, carentiam viſionis imponi, tamquam pœnam ab alio, quam a Deo; qui nullo modo poteſt eſſe auctor peccati, tamen non videri implicantiam, vt etiā innuit Suarius ſupr. diſput. 3. ſect. 10. num. 6. Si concipiamus, vndecunque immineat pœna carentiæ viſionis Dei, poſſe quemquam redigi in eas anguſtias, vt, vel huiuſmodi pœna admittenda ſit, aut admittendum peccatum; vnde videtur dicendum, ſuppoſito caſu; Primo, hominem in ea hypotheſi debere eligere peccatum, ne careat viſione; fundamentū eſt, quia poſſet ille ſuſpicari, in eo caſu tolli malitiam, aut præceptum non obligare, aut certe non cum tanto rigore: Secundo etiam in illo caſu poſſe perſeuerare obligationem præcepti, & malitiam peccati, & tamen adhuc illum potius teneri eligere peccatum, ne careat viſione A Dei: & ratio eſt, quia tunc, cum concurrerent duo præcepta, vnū cederet alteri, tamquam maiori; in quo tamen illud aduertendum videtur, non eodem modo penitus philoſophandum, in concurſu horum duorum præceptorum in caſu noſtro, ac in alijs, in quibus concurrerent alia duo præcepta, quia etſi cum alijs concurrerent duo præcepta, ita minus maio- B ri cedat, vt ſuam obligationem omnino amittat, conſequēter malitiam, quæ eſſet in illius tranſgreſſione; quia vtrumque præceptum eſt quaſi in eodem ordine, & ſubordinatione ad Deum, vt alibi oſtenditur, attamen in caſu noſtro, ſupponuntur quidem duo præcepta, ſed diſparata; ita vt ratio ordinis naturalis non reſpiciat vllo C modo Deum; ad eum modū, quo multi concedunt, ſi per impoſsibile concipiatur Deus non eſſe; adhuc tamē peccatum retinere malitiam contra rationem, non contra Deum; quare licet eſſent duo præcepta diſparata; ſimpliciter tamen debet præferri præceptum videndi Deum præcepto laudabiliter viuendi.

Obijcitur ſecundo, de viſione D Dei neque eſt, neque poteſt eſſe præceptum, de non peccando vero, eſt præceptum naturæ, ergo nullo modo eſſet peccatū, ſi quis eligeret carentiam viſionis; Confirmatur, quia ſi viſio Dei coniuncta eſſet cum peccato, non poſſet ſine peccato eligi, aut appeti, ergo.

Reſpondetur non eſſe quidem præceptum de viſione Dei ſimpliciter;

citer; eſſe tamen præceptum, vt meo actu, & mea ſponte non me faciam indignum viſione, faceret aut ſe poſitiue indignum, ſi quis contemneret id, quod eſt neceſſarium ad viſionem; fatemur tamẽ, vt plurimum, hoc peccatum poſſe excuſari, quia ſicut nunc facile excuſatur aliquis a peccato infidelitatis, cum proponitur fides contra id, quod videtur ratio naturalis dictare, ita in eo caſu vix poſſet ſufficienter probari, illud eſſe peccatum. Ad confirmationẽ reſpondetur, eſſe diſſimilem rationem, quia non poteſt eſſe viſio cũ peccato, viſio enim ex ſe affert omnẽ perfectionem, vt alibi dicitur.

Reſpõdetur ſecundo ad principalem dubitationem, plane contrarium ſentiendum eſſe, vt nunc res ſe habet, quia intrinſece peccatum eſt contra Deũ eo ipſo, quod eſt contra rationem, conſequẽter contra viſionem.

Notandum autem eſt id quod ſupra diximus, licet Caietanus, & Medin. p. 2. q. 113. art. 2. aſſerant, non eo ipſo, quod quis agit contra ordinem naturalem, agere etiam contra ſupernaturalem, multo tamen nobis probabilius videri, & verius; eo ipſo, quod quis agit contra rectam rationem, agere etiam contra ordinem ſupernaturalem, id eſt, contra amicitiam, & gratiã diuinam; cuius rei ratio eſt ſatis aperta, quia peccatum ex ſe eſt contrarium gratiæ, & amicitiæ Dei; ſed qui agit contra rectam rationem, peccat mortaliter, ergo agit contra gratiam, et amicitiam Dei, ex quibus remanet ſatis probata noſtra concluſio.

Qui agit cõtra rationẽ agit ẽt contra Deum.

Reſpondetur tertio ad dubiũ, magis eſſe deteſtandum peccatum, quam pęnã etiam inferni.

Probatur, quia quiſque tenetur potius pati quaſcunque pęnas, ne Deum offendat ex D. Chryſoſtomo homil. 5. de pęnit. dicente, *qui ſana mentis eſt, offenſam Dei magis timet, quam vllam gehennam, & beneuolentiam eius pluris æſtimat, quam vllum regnum*.

S. Chryſoſt.

Probatur ſecundo, quia malũ culpæ repugnat Deo, & rectę rationi, non ſic malum pęnæ, quod Deus vult eſſe ſuppoſito peccato, ergo.

Probatur tertio auctoritate Scholaſticorum, qui ſic dixerunt, S. Thom. 1. par. quæſt. 48. art. 6. 2. 2. quæſt. 19. art. primo, & quol. 5. art. 9. Paludanus in 4. diſt. 17. quęſtio. 1. art. 6. S. Bonauent. diſtin. 16. artic. 2. quæſt. prima, S. Antoninus 3. p. tit. 14. c. 18. §. 4. Roſella verbo Contritio nume. 2. Suarius diſput. 3. ſection. 10. num. 5. & 6. Didacus Nugnus ſupr. quæſt. 4. art. primo, & alij.

S. Thom. *S. Bonau.* *S. Anton.*

Sequitur, idem eſſe dicendum de pœna ſenſus, & de pœna annihilationis, quia nunquam eſſet eligendum peccatum, cum ſit contra recta rationem, & Deũ ad has pęnas euitandas.

Non eſt eligendũ peccatũ ad euitandã quãcunque pœnam.

Sequitur ſecundo, non probari, quod ait Sotus, vbi ſupra art. 4. quod ſi conſideretur culpa, vt cauſa eſt perpetuæ ſeparationis à Deo, tunc magis eſſe timendam ſeparationem, quam culpã, hoc, inquam, nõ probari, quia ſi culpa eſt cauſa ſeparationis, ergo multo magis

Reijcitur Sotus.

Digitized by Google

magis erit deteſtanda ipſa culpa, ex illo principio, Propter quod vnumquodque tale, & illud magis, &c.

Reijcitur Durandus.

Sequitur vltimo, nullo modo placere, quod ait Durandus vbi ſupra, malum pęnæ, nunquam eſſe eligendum, niſi quando promouet maius bonum; nam dicimus id non eſſe neceſſarium, ſed ſatis eſſe, vt bonum ipſum conſeruet, vt patet in ijs, qui malunt mori, quam terga vertere, & ſic expeditum eſt hoc ſecundum dubium.

DVBIVM TERTIVM.

An ſint admittendæ aliquæ comparationes inter peccata ipſa.

Onſequenter hoc tertio loco videtur examinandum, quod iam promiſimus, de aliquibus ſcilicet cõparationibus, quæ fieri ſolent à pęnitentibus de peccatis, vel etiam perſuaderi à Confeſſarijs. Vtrum id iuſto conſilio fiat, an potius omnino euitandum ſit, pro quo

S.Thom. *S.Bonau.*

Notandum primo ex S.Tho. in 4.diſt.17.quæſt.2. art.3. quæſt. 3. Richardo artic.1.q.5. Bonauent. diſt.16.art.4.quæſt.2. Soto quæſt. 2.artic.2. poſſe peccata comparari inter ſe, ita vt maius comparetur cum minori peccato, & tunc certum videtur ex communi omniũ ſententia, ſatis eſſe ad iuſtificationem vnam contritionem vniuer-

Cũo contritio feratur in maius peccatum.

A ſalem, quæ virtute feratur in maius peccatum maiori uirtute, in minus, minori; ita vt ſi deinde veniãt in mentem huiuſmodi comparationes, magis diſpliceat maius peccatum, quam minus: & ratio huius eſt, quia ideo peccatum deteſtabile eſt, quia eſt malum, ergo quo grauius eſt malum, eo eſt deteſtabilius, & quo minus, minus etiam eſt deteſtabile, vt habet Sotus in 4.diſt.17.quæſt.2.art.4.concluſ.quinta, Suarius diſput.3.ſect. 10.a nu.3.6.

B

Notandum ſecundo, in ſingulis peccatis fieri poſſe varias, ac diuerſas comparationes, v.g. in furto, eſt turpitudo contra rationem, eſt offenſa Dei, eſt reatus pœnæ, &c. certum aut videtur magis debere diſplicere offenſam Dei, quã

C turpitudinem contra rationem; item magis debere diſplicere offenſam Dei, quam reatum pœnæ, vt etiam ſupra diximus.

Notandum 3. ex Paludano in 4.diſt.17.quæſt.1.art.5. Soto ibid. q.2.art.4. Suario diſput.3.ſectio.4. num.10. poſſe etiam fieri comparationes inter peccata propria, & aliena, etſi hæc fiat, certum videtur magis eſſe deteſtandum pec-

D catum proprium, quam alienum; quia id poſtulat ratio charitatis; certum etiam videtur ſecũdo pertinere ad ordinem charitatis, vt quis doleat de peccato proximi, & quatenus eſt contra Deum, & quatenus eſt malum illius; certũ denique videtur non pertinere vllo modo ad charitatem, vt quis ita deteſtetur peccatum in proximo, vt ex eo ipſe eligat minus, ad euitan-

Magis eſt deteſtandũ peccatum proprium quam alienum.

euitandum, inquam, maius proximi; charitas enim ſolum id poſtulat, vt ſpiritualia magis ſint ſibi diligenda, quam alij: vt alibi oſtenditur.

Neque obijcias factum Loth, qui ad euitandum grauius peccatum, peccauit ipſe peccato ſtupri. Gen.19. *Gen.19.*

Nam reſpondetur ſecundum alios, illud non fuiſſe peccatũ, qa cum quis iam decreuit facere maius malum, licet illi ſuadere minus, vt etiam docet Suarius ſupr. diſput.3. ſect.10. a num.3. quanquam id non placeat Lyrano in illum locum ex Geneſ.19.

Secundum alios vero, dicitur Loth non peccaſse, ſed tantum obieciſſe materiam peccati, quod non eſt peccatum, ita dixerunt Lyranus, & Caietanus. *Lyranus.*

Secundum alios, & melius dicimus, Loth excuſari ab illo facto ex nimia animi perturbatione, vt videre eſt loco citato legantur Lyranus, & Hugo de Sancto Charo ibidem. *Lyranus. Hugo de S. Charo.*

QVAESTIO VLTIMA.

An contritio requirat certam aliquam durationem temporis.

VIdetur conſequenter inquirendum; An ad contritionem habendam requiratur aliquod temporis ſpatium; in quo tria videntur poſſe verti in quæſtionem, Primo, an productio contritionis requirat certum aliquod tempus ſecundo an natura contritionis requirat certam duratione͂, tertio, an ad hoc vt illa conſequatur effectum ſuum, requiratur aliquod tempus. Quæ omnia tractabimus propoſitis dubijs.

PRIMA DVBITATIO.

An productio contritionis requirat certum tempus.

ALij videntur dixiſſe ex lege ordinaria requiri certum tēpus, ita Haleſ.4.par.quæſtion.17.memb.2.artic.1. S.Bonauentura tum in 4.diſtinct.16.art.3.quæſt.1. tum in 3. diſt.29.art.1.quæſt.2. Bottarellus tract.3. cap.3. videtur etiam accedere D.Thom.in 4.diſt.17.quæſt.2.art.2.quæſt.6. vbi ſic habet, dico principium cōtritionis, cogitationem, qua quis de peccato cogitat, & dolet, etſi non dolore contritionis, ſaltem dolore attritionis, vt propterea DD. Halenſis, & Bonauentura citati exiſtimarint, ad cōtritionem ſemper neceſſario præcedere attritionem. *S.Bonau. S.Thom.*

Videtur poſſe probari hæc ſententia, primo, ex Concilio Tridē. ſeſſ.6.c.6. quo loco, ſic habet, *Atque illud in primis a Deo iuſtificari impium, per gratiā eius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dum peccatores ſe eſſe intelligentes à diuinæ iuſtitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur ad conſide-* *Conc. Trid.*

Digitized by Google

ſiderandum Dei miſericordiam, ſe conuertendo in ſpem eriguntur, fidentes Deum ſibi propter Chriſtũ propitium fore, &c. quæ verba ſatis aperte innuere videntur, in peccatore diſpoſitiones ad veram iuſtitiam paulatim induci.

Secundo probatur facto mulieris Samaritanæ, quæ paulatim ſic diuino fauore diſponente, deteſtata eſt priorem malam vitam ex D.Thom.1.2.q.113.art.7. *D.Thom.*

Alij communiter aſſerunt poſſe a Deo dari contritionem peccatori, eamque in inſtanti produci, ita S.Thom.1.2.q.112.art.2.ad 2.& q.113.ar.7. & alij communiter infra citan. *S.Thom.*

Notandum primo, nos in hac dubitatione poſſe dupliciter loqui, primo de facto, quid fiat in iuſtificatione impij; tum de poſsibili, quid poſsit a Deo fieri, & in vtroque ſenſu, hoc loco erit à nobis breuiter hæc dubitatio diluenda.

Notandum ſecundo; in hac iuſtificatione impij, quæ per infuſionem gratiæ a Deo fit, nos poſſe ꝓportionaliter philoſophari, quomodo philoſophi philoſophãtur fieri in generatione ſubſtantiali, generationem ipſius formæ ſubſtantialis: tribus aũt modis, poſſumus exiſtimare introduci formã ſubſtantialem in ſubiectum: primo, ratione diſpoſitionum præcedentium, quomodo ſæpe generatio dicitur motus, vt adnotauit Auerroes 6. phyſ.com.43. ſecundo ratione ſubiecti, quod cũ habeat quantitatem, & conſequẽter partes extra partes, quæ ſucceſsiue diſponuntur, ſucceſsiue etiam re- *Auerroes.*

A cipiatur forma ipſa ſubſtantialis in ijs partibus: tertio ratione ipſius formæ, quæ inducitur in materiã, quæ cum habeat partes, ſeu gradus, ſucceſsiue etiam, & per gradus inducitur, ſicut eſt calor: Afferunt igitur philoſophi, primam ſucceſsionem conuenire quidem generationi ſubſtantiali, ſed extrinſece; ſecundam vero eſſe quidem intrinſecam, quia eſt in ipſa

B formæ introductione, ſed tamen eſſe per accidens, quia non conuenit illi ſecundum ſe, ſed tantum ratione ſubiecti; quam quidẽ ſucceſsionem poſſe reperiri in generatione ſubſtantiali formarũ materialium, docet Ariſto.3.de partibus animalium cap.3. & ſecundo de generat. animalium capit.1. & patet experientia in combuſtio- *Ariſt 3. de Part.*

C ne alicuius ligni; tertiam denique ſucceſsionem neque conuenire formæ ſubſtantiali per ſe; nam cũ ipſa in ſe ſit indiuiſibilis, etiã inductio ipſius debet eſſe indiuiſibilis; & conſequenter in inſtanti: Ad rem igitur noſtram, ſic videtur poſſe philoſophari de huiuſmodi ꝓductione cõtritionis in homine, ita vt ſi hæc conſideretur ratione præuiarum diſpoſitionum, de quibus Concilium Tridẽt. vbi ſupra,

D & item S.Tho. & S.Bonauentura loquuntur: iam dici poteſt, induci ſucceſsiue in hominem, ſed hæc ſucceſsio eſt illi omnino extrinſeca, & eodem modo ſi cõſideretur illa contritio reſpectu hominis, in quem inducitur, quatenus ſcilicet non ſtatim homo ad veram pœnitentiam diſponitur, ſed aliquando prius mouetur exterioribus afflictio-

flictio-

Digitized by Google

flictionibus, tum pio animi dolore, vel prius mouetur ex diſplicentia vnius delicti, quam in omniũ diſplicentiam veniat, vel alio etiã modo; legitur Tho. de Argentina in 4. diſt. 17. q. 1. art. 2. certum eſt, hoc inquam modo, eſſe ſucceſsiuam quamdam contritionis inductionem; At vero ſi conſideretur ipſa inductio contritionis ſecundum ſe, fiet ſine dubio in inſtanti, & ratio eſt, quia tota ſucceſsio in aliqua forma, dum inducitur in ſubiectum, prouenit, quia habet cõtrarium poſitiuum, a quo retardatur, & fit ſucceſsiua inductio ipſius, ergo cum contritio nullum habeat contrarium poſitiuum formaliter expellẽdum; habet enim ſolum peccatum, quod tamen formaliter ſolum eſt priuatio, vt iã diximus; ideo bene poterit induci in inſtãti; ad eum modum, quo philoſophi aſſerunt; introductionem luminis in aerem fieri in inſtanti, quia tenebræ, quæ ſunt expellendæ, ſint tãtum contrarium priuatiuum, non poſitiuum: quod non ſolum eſt verum in formis, quæ ſunt indiuiſibiles, cuiuſmodi ſunt formæ ſubſtantiales perfectæ, ſed etiam in formis, quæ habent gradus, vt patet in exemplo allato luminis, quod eſt qualitas habens gradus; atqui, quia non habet contrarium poſitiuum expellendum reſiſtens ſuæ actiuitati; ideo in inſtanti inducitur, & expellit tenebras: ſic dicimus de contritione, vel enim habeat gradus, vel non habeat; inducitur tamen in inſtanti in ſubiectum, quia non habet, niſi peccatum, quod expellat, quod non eſt aliquid formaliter poſitiuum, ſed ſolum priuatiuum. Quomodo autem illud expellat, iam dictum eſt, & fuſius infra explicabitur.

Reſpondetur ad dubitationẽ, ex natura rei non eſſe negãdum, contritionem poſſe produci in inſtanti.

Probatur primo ex ſcripturis, quas ſupra ad hoc idem probandum attulimus, vnde ſat hoc loco erit, illud ex Eccleſ. 11. afferre, quod mirum in modum noſtrum probat intentum, *facile*, inquit, *eſt in oculis Dei ſubito honeſtare pauperem*, quod non tam de ipſa infuſione gratiæ, quam de præparatione ad illam crediderimus poſſe intelligi, certe ſic D. Thom. vbi ſupra, viſus eſt intellexiſſe, ergo. *Eccleſ. 11.* *S. Tho.*

Secundo probatur facto Pauli, & Matthæi, qui ſtatim, ita diſponente Deo, ſe Domino tradiderunt relictis alijs omnibus, ergo.

Tertio probatur ratione, contritio eſt vltima diſpoſitio ad iuſtificationem impij, ſed iuſtificatio fit in inſtanti, ergo & ipſa contritio, ſic argumentatur S. Bonau. in 4. diſt. 16. art. 3. q. 1. *S. Bonau.*

Secundo probatur ratione, operationes noſtræ voluntatis poſsũt elici in inſtanti, vt patet, & infra redditur ratio, ſed contritio eſt actus volũtatis, vt iam ſupra probatum eſt, ergo poteſt eſſe in inſtanti.

Tertio probatur, forma, cui nullum ſit contrarium reſiſtens poſitiuum, introducitur in inſtanti, ſed huiuſmodi eſt contritio, ergo

Digitized by Google

contritio in inſtanti producitur; maior probatur, quia, vt iam diximus, ſucceſsio formæ, dum producitur in aliquo ſubiecto, per ſe ſolum prouenit, ex quo contrarium poſitiuum, quod iam eſt in ſubiecto, expellendum eſt, quod quia non poteſt expelli totum ſimul, expellitur per partes, & ſic fit ſucceſſiua introductio formæ, quæ fit; minor patet, quia contritio expellit peccatum ad modum iam ſupra explicatum, quod formaliter nihil eſt aliud, quã priuatio, vnde nihil in ſe habet, quo fiat inductio formæ contritionis ſucceſsiua, ergo.

Ad oppoſita iam patet ex dictis, loquuntur enim, & Concilia, & ſancti illi Doctores de iuſtificatione de facto, & ratione præuiarum diſpoſitionum, vt ſic autem fit in tempore, & conſequenter etiam ipſa contritio modo iam explicato.

SECVNDA DVBITATIO.

An natura contritionis requirat certam durationem.

PRo ſolutione. Notãdum primo, dubitationem hanc facile ſolui ex ijs, quæ dici ſolẽt de natura actuũ voluntatis, id quod explicari ſolet tum p.2. quo loco diſputatur de actibus voluntatis, tum etiam in philoſophia, vbi agitur de potentijs animæ.

Notandum ſecundo, actus voluntatis, & intellectus, quemadmodum, & rerum ſpiritualium; certum videri, poſſe durare per ſolum inſtans, cum enim huiuſmodi actus in ſuo eſſe, & conſeruari dependeãt a ſuo principio, à quo fiant, neque vllum habeant contrarium agens, conſequenter fit, vt ſi agens deſiſtat à conſeruatione, ſtatim & in eodem inſtanti corrumpatur: & patet de lumine, quod totum pendet in eſſe, & conſeruari à Sole; qui ſi occultatur, in eo inſtanti lumen deperditur, & deſinit eſſe; ſic huiuſmodi actus voluntatis, cum dependeant à ſuis potentijs in eſſe, & conſeruari, ſi potentiæ non operentur ſtatim actus corrumpantur; in hoc genere eſt actus contritionis, qui cum dependeat à voluntate, hæc ſi ceſſet, actus etiam ſtatim deſinet eſſe, & ſic poteſt dici durare ſolum per inſtans. & licet hæc ita ſe habeant, non videtur tamen negandum, vt habent S. Bonauent. in 4. diſtin. 16. art. 3. q. 1. Medin. p. 2. quæſ. 10. ar. 4. dub. vltimo. Zumel p. 1. quæſt. 14. art. 13. concl. 3. & 4. cum actus voluntatis, vt plurimum, reſcindantur per actus diuerſos, quibus alio diuerti poſſunt; huiuſmodi actus, & operationes per aliquod etiam tempus poſſe durare, id quod tamquam probabile refert doctiſsimus Didacus Aluarez lib. 7. de auxilijs diſput. 60. nume. 31. qui in ſpecie loquitur de actu charitatis, & nobis ſummopere placet. S. Bonauẽt.

Reſpondetur ad dubitationẽ; Videri certum, contritionem, & omnes actus voluntatis, poſſe tantum

tum per inſtans durare.

Probatur primo ex natura rerum ipſarum, quæ operantur, nã ſi illæ ſpirituales ſint nullum habentes proprie contrarium poſitiuum, ſicuti eſt actus contritionis, non ſunt in cauſa, ne poſſint durare per inſtans, vt iam prænotauimus.

Secundo probatur. quia nulla videtur repugnantia, cur voluntas poſtquam elicuit actum contritionis, non poſſit illum immediate omittere, & ſic actus ille durabit per inſtans.

Tertio, quia voluntas in eliciendo actum contritionis, vt libere incipit, ſic etiam poteſt, & incæptam operationem proſequi, & ab ea immediate deſiſtere pro vt libuerit, ergo. & ſic patet ad præſentem difficultatem.

TERTIA DVBITATIO.

An ad hoc vt contritio ſortiatur ſuum effectum, requirat certum tempus.

QVærimus hic, de contritione in ordine ad gratiam, ad quam diſponit, Vtrum ſcilicet ad hoc vt ponat gratiam in ſubiecto, requiratur aliquod tempus.

Scotus in quarto diſtinctio. 14. quæſtione ſecunda, Illuſtriſsimus Caietanus tomo primo opuſcul. tract. quarto, quæſtion. quarta, aſſerunt ad id requiri certam aliquã A temporis durationem, ex quo inferre videntur, poſſe aliquem eſſe contritum, qui tamen non habeat gratiam.

Fundamentum affertur a Scoto, quia, vt ait Canus, exiſtimauit Scotus, attritionem acquiſitam ex puris naturalibus eſſe quidem ſufficientem diſpoſitionem ad gratiam; illam tamen requirere certũ B aliquod tempus, tum quia exiſtimauit, diſpoſitiones ad formam præcedere ipſam formam, ſicut & ipſę naturales diſpoſitiones pręcedunt formam naturalem, ergo cum contritio ſit diſpoſitio, requirit certum quoddam tempus, vt formetur, ſicuti & naturales diſpoſitiones, vt per formam formentur.

S. Thom. tum tertia parte, quęC ſtion. 89. articulo ſecundo, tum 1. 2. quæſt. 113. articulo quinto, & ſeptimo, Gabriel in 4. diſtinct. 14. quæſtione prima, articulo ſecundo, Vega in Concil. Trident. libr. 13. cap. 23. Canus parte tertia, relect. de pęnit. Bartholom. Medina in parte ſecunda, quæſt. 112. art. 3. Ioan. Medin. C. de pęnit. quæſt. 5. Sotus in 4. diſt. 17. quæſt. ſecunda, articulo quarto, & libro ſecunD do, de nat. & gratia, cap. 14. Bellarmin. li. 2. de pęnit. c. 11. Suarius diſput. 4. ſect. 5. nu. 4. Bottarell. tract. 2. c. 34. & tr. 3. c. 4. Coſmas Philiar. lib. 2. de ſac. pęnit. cap. 20 Didacus Nugnus ad 3. p. q 4. ar. . . dub. 2. negant requiri ad id aliquod tẽpus. *S. Thom.*

Reſpondetur dubitationi; non requiri aliquod tempus, ad hoc vt contritio ſortiatur ſuum effectũ.

Probatur primo ex ſcripturis,

Ezech.18. Cap.33. Hierem.3. 2.Reg.12. S. Ambroſ. S. Auguſt. S. Chryſoſt.

ex quibus ſatis apertè colligitur, ſtatim ac quis rectè pęnituerit, dari gratiam, abſque aliqua alia dilatione temporis, hoc voluit ſignificare illud Ezech.18. *quacunque hora ingemuerit peccator, non recordabor amplius*, Cap.33. *Impietas impij non nocebit ei, in quocunque die conuerſus fuerit*. quæ verba *in quacunque hora, in quocunque die*, vt adnotauit vltimo loco Nugnus, nihil aliud ſignificare videntur, niſi quod Deus det gratiam peccatori, vbi primum peccatum ipſe deteſtetur, ſic etiam innuit Hieremias illis verbis, *tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te*; 2.Reg.12. ad illa verba Dauidis, *Peccaui*, ſtatim alia Prophetæ ſubſequuta ſunt, *Dominus trāſtulit peccatum tuum*; In quem locū legantur D. Ambro. de pęnit. cap. 9. D. Auguſt. hom. 40. D. Chryſoſt. de pęnit. hom. 9.

Eccleſ.11. Iſa.30. Luc.22. Iulius Primus.

Item Eccleſiaſt.11. *facile eſt in oculis Domini ſubito cohoneſtare pauperem*, in quem locum legatur Bottarellus tract. 2. c. 36. Iſa. 30. *cū reuerſus ingemueris ſaluus eris*, Luc.22. vbi latroni confitenti, & petenti veniam peccatorū a Chriſto, reſponſum eſt illi, nullo intercedente tempore; *Hodie mecum eris in Paradiſo*; Vnde bene Iulius Primus in decreto ſecundo, & extat in tomo primo Conciliorū, vbi, inquit, quia Dominus non ſolū tēporis, ſed ēt mentis inſpector eſt, ſicut latro vnius momenti pęnitentia meruit eſſe in paradiſo.

S. Chryſoſt.

Secūdo probatur ex Patribus, Chryſ. hom. 27. in Geneſim, *tanta* A *eſt*, inquit, *Dei erga nos miſericordia, nam vbi viderit voluntatis noſtræ, firmum propoſitum, & feruēti nos deſiderio accedere, non tardat, neque differt, ſed accelerat, ſuamq; ſolitā liberalitatē exhibēs dicit, adhuc loquente te, dicā, ecce adſum*: in Iſai.65. hoc idem habet homil. 80. de lachrimis Petri. *Iſa.65.*

S. Bernard. B

S. Bern. ſerm. de Magdal. *feſtinanter, & ſine vllo interuallo coniunguntur lachrimæ peccatricis, & miſericordia Saluatoris*.

S. Cyprian.

S. Cypr. in ſer. de bono latrone, *in momēto*, inquit, *impietas religionē, crudelitas inducit pietatem, vt ſtatim conſūmatus ciuis ſanctorū, & domeſticus Dei præmiſſus eſt in Regnum*: hoc idem habet ſerm. de lapſis, ſerm. de Cœna Domini.

S. Leo. C

S. Leo epiſtol. 91. ad Theodorū epūm; *apud Deū*, inquit, *nullas patitur veniæ moras vera cōuerſio, dicēte ſpū Dei per prophetā, Cum conuerſus ingemueris ſaluus eris*.

S. Auguſt.

S. deniq; Auguſt. tum ſer. 66. de tēpore, tum in Enchiridio cap. 65. idem affirmare videtur.

Concil. Mogunt. Pariſ. D

Tertio probatur ex definitione Eccleſiaſtica, ſic. n. definitum eſt in Concil. Mogūt. c. 27. Pariſ. c. 26. & c. Talis de pęn. d. 3. & c. Nullus ibi. d. 7. & 26. q. 6. c. Si presbyter.

Vltimo probatur rōne, quia ex cōi oīum ſnīa, cū quis hēt contritionē, dr̄ pfecte diſpoſitus ad gratiā, ergo abſque vlla alia dilatione tpis differetur introductio gratiæ, ſequela ꝓbatur, quia, tūc abſq; vlla alia dilatione introducitur forma naturalis, cum primo materia ſit diſpoſita ad illam, ergo pari rōne, cū primo quis per contritionem

erit

Digitized by Google

erit diſpoſitus, abſq; vlla alia mo- A
ra donabitur gratia.

Secundo probatur eadem conclusio ratione, quia eadem videtur ratio pęnitentiæ, ac aliarum virtutum ſupernaturalium; ſed aliæ virtutes ſupernaturales, poſitis ponendis, abſque vlla temporis mora, eliciunt ſuos actus, ergo etiã pęnitentia eliciet ſuum actum; gratiaq; informabit ſubiectum, abſque vlla mora, ac temporis du- B
ratione: modo iam explicato, ſcilicet diſpoſitiue.

Ad fundamentum contrariæ ſententiæ, iam patet reſponſio ex dictis, nullam ſcilicet dari diſpoſitionem ad gratiam ex puris naturalibus, ſed eam ſolum eſſe ex virtute ſupernaturali diuina; vt propterea ſi liberum arbitrium ſibi ip- C
ſi relinqueretur, ne in tota quidẽ æternitate ſe poſſet ad gratiam diſponere, & hinc fit, vt quoniam ad id ſolum neceſſarium ſit diuinum auxilium, non ſit neceſſaria aliqua temporis duratio, diſpoſitiones autem, quę requiruntur ex parte hominis ad recipiendam gratiam, non præcedant ipſam gratiam tempore, ſed natura, vt infra dicemus.

Dices ex Illuſtriſsimo Domino D
Caietano, niſi conceſſerimus requiri certum aliquod tempus ad id, & dari huiuſmodi contritionem informem, ſequi poſſe, hominem poſſe eſſe certum de ſua gratia, quod tamen eſſet inconueniens, ergo.

Reſpondetur primo, argumentum ſupponere, dari aliquam contritionem ex viribus naturę, quod tamen falſum eſt.

Reſpondetur ſecundo, eſto conceſſerimus dari illam contritionem, negamus tamen illam eſſe cognitam, ſed æque ignotam remanere, vt docte probant Coſmas Phil. & Sotus vbi ſupra.

Reſpondetur tertio, hoc loco peti difficultatem illam, vtrum certitudine infallibili, poſsit quis certo ſcire ſe habere Dei gratiam iuſtificantem; de qua, ne illam omnino ſubterfugiſſe videamur, nonnulla, vel breuiter perſtringemus. *Nona difficultas.*

Catharinus edidit de hac quęſtione quatuor opuſcula, in quibus multa permiſcuit, quæ omnino ſunt relinquenda, contra quẽ conſcripſerunt Vega in Concilio Trident. lib. 9. fere per totum, Sot. lib. 2. de natura, & gratia ca. 10. & ſequentibus, & alij moderniores.

Roffenſis contra Lutheranos art. 11. & 12. S. Bonauentura in 1. *S. Bonauẽt.*
diſt. 17. p. 1. d. ar. 1. q. 3. Richardus, Albertus, Scotus, Durandus, Tho. Arg. 4. diſt. 15. q. 1. tractarũt etiam de hac dubitatione; item ex modernis Coſmas Philiarchus fuſius hanc eandem quæſtionem habet lib. 2. de Sacramento pęnit. ca. 19. ad finem. Medin. 1. 2. q. 112. art. 5. concl. 5. & q. 1. art. 2. Greg. Valent. ibid. diſp. 8. q. 4. puncto 2.

In qua difficultate tria videntur poſſe dici. Primo neminem eſſe poſſe certum de ſua gratia certitudine fidei, id quod Veg. loco citato probat, tum ex ſacris litteris, tum ex ſanctis patribus, tum rõnibus, nos tamẽ hanc noſtrã cõcluſionẽ ſolũ probabimus 1. aucto-

Digitized by Google

Conc.Trid. ritate,tum Concilij Trident.ſeſſ.6. cap.9.vbi poſt multa,ſic habet, *ſic quilibet dum ſeipſum, ſuamq; propriam infirmitatem, & indiſpoſitionem reſpicit de ſua gratia formidare, & timere poteſt; cum nullus ſcire valeat, certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſequutum.*tum *Innoc.III.* Innocentij Tertij, cap. vltimo de purgatione canonica, quo loco, tamquam incautum improbat iuramentum cuiuſd.Archiepiſcopi, qui iurauerat ſe immunem eſſe a peccato; Secundo probatur etiam vitica ratione, quia nemo poteſt ſcire hac certitudine ſe habere vltimam diſpoſitionem ad gratiam, ergo neque poterit ſcire ſe eſſe in gratia: probatur ſequela, quia gratia non datur à Deo, niſi poſitis debitis diſpoſitionibus; antecedens, probatur,quia vltima diſpoſitio,ad quã conſequitur infallibiliter gratia,eſt dilectio Dei ſuper omnia,& deteſtatio peccati propter eumdem; ſed nemo poteſt ſcire ſe habere huiuſmodi actus,cum ſint ſupernaturales, & ſolum eliciantur, & habeantur ex auxilio ſupernaturali, & facile poſſit homo decipi exiſtimans ſe illos habere,cum tamẽ ſolum habeat naturales quoſdam actus, quos nullo modo conſequitur gratia ſupernaturalis, ergo.

Secundo, neque etiam hominem poſſe eſſe certum de ſua gratia tanta certitudine morali, quæ excludat omnem dubitationẽ, & metum, quidquid dicat Vega vbi ſup.c.46.& 47. noſtra tamen concluſio eſt Medinæ vbi ſup. & pro-

A batur auctoritate Concil.Trid. vbi ſupra;quo loco aſſerit, vnũquemque,dum ſeipſum reſpicit, de ſua gratia formidare, ac timere debere; iã vero certitudo moralis exclu dit oẽm huiuſmodi timorẽ, ergo. *Conc.Trid.*

Tertio poſſe hominem certum eſſe de ſua gratia, ſola probabili coniectura,vt docuerunt Tho. de Argent.in 4.d.15.q.1.art.2. D.Bonauent. in 1.d.17.pri.p.art.1.q.3. *D.Bonauet.*
B quo loco aſſignat, quibus,quis poſſit ſcire ſe eſſe in gratia,& Coſmas Philiar. loco vbi ſup: vt enim probabiliter quiſquam poteſt credere ſe habere contritionem, ſic etiam eodem modo ſe habere gratiam.

Et ex his patet, quid ad obiectionem Caietani dicendum ſit.

SECTIO TERTIA.

C

De cauſalitate contritionis in ordine ad gratiam.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum contritio diſtinguatur ab ipſa remiſſione peccati.

D

EXpeditis priorib. duabus Sectionibus, in quibus actum eſt de eſſentia, ac proprietatibus contritionis, veniendum tandem eſt,vt eãdem cõſideremus in ordine ad aliud, & primo quidem hoc loco occurrit examinandum, quomodo ipſa ſe habeat

Digitized by Google

habeat ad remiſſionem peccati.

Quoniam autem hæc quæſtio his temporibus ſatis aperta eſt, ac definita, vt nullã amplius videatur pati difficultatem; ideo hic tantum ea perſtringemus, quę dicenda videbuntur pro breui huius difficultatis ſolutione, ac intelligentia.

Notandum primo; Nos hic per vltimã diſpoſitionem ad gratiam intelligere illam, quam ordine, & lege infallibili concomitatur proxime, & immediatè gratia habitualis iuſtificans; ad quam certum eſt ex fide contra hæreſim Pelagianam non poſſe quempiam ſola vi naturali ſe diſponere, ita vt ex vi, natura, iuſtitia, & merito de condigno illam mereatur, vt Deus dicatur acceptator perſonarum, niſi illam homini, ſic diſpoſito, conferat.

Notandum ſecundo, eſſe hæreſim Pelagianam aſſerere, nõ requiri auxilium Dei gratuitum, ad ſingulos actus bonos, nam præter ea, quæ ſupra ad idem probandum, diſpu. 1. ſect. 3. q. 2. adduximus, eſt auctoritas Diui Auguſtini id affirmantis, Epiſt. 107. q̃ eſt ad Vitalẽ, vbi ſic habet, *Liberum arbitrium ad diligendum Deum peccati granditate perdidimus*, & infra, *hæc eſt*, inquit, *illa Pelagianorũ mala, male diffamata, meritoque reprobata, & ab ipſo etiam Pelagio timente damnari in orientalium epiſcoporum iudicio, dãnata ſententia, qua dicunt gratiam Dei nõ ad ſingulos actus dari, ſed in libero arbitrio eſſe, vel in lege, atque doctrina*, & infra; *Non eſt igitur gratia Dei in natura liberi arbitrij, & in lege, atque doctrina, ſicut Pelagiana peruerſitas deſipit, ſed ad ſingulos actus illius voluntate datur, vt in Deum credamus, & pie viuamus*. In quibus cũ S. Auguſtinus per actus bonos intelligat illos, qui & meritorij, & ſupernaturales ſunt, contra Pelag. ſequitur, vt ſecundum S. Auguſtinum ad ſingulos actus meritorios requiratur auxilium gratuitũ, etiam in iuſtificatis; id quod clare docet Celeſtinus Papa in epiſtola prima, cap. 8. vbi in particulari tradit ad ſingulos actus meritorios in iuſtificatis requiri gratiam Dei, vbi per gratiam intelligit auxiliũ ſpeciale Dei; quod idem colligitur ex Concilio Araxic. ſecũdo can. 7. ex Tridentin. ſeſſ. 6. cap. 16. & canon. 32. & ratio id oſtendit, quia gratia, ſeu charitas eſt habitus ſupernaturalis, ergo vt potentię vtantur his habitibus ſupernaturalibus, neceſſe eſt, vt iuuentur fauore ſupernaturali, quo fiant proportionatæ illis habitibus, & ſint eiuſdem ordinis cum illis. Quomodo autem hic fauor diuinus requiratur ad ſingulos actus, an quemadmodum ſunt actus ſingulares, ita etiam requirantur ſingulares motiones; an vero ſit ſatis concurſus quidã communis, ſed ſimultaneus, qui per modum principij actiui concurrat cum potentia ad eliciendos actus ſupernaturales, iã diximus ſupra loco citato, ibi enim ſatis de hac diſſeruimus quæſtione.

Vnica concluſio: Remiſſionem peccati diſtĩgui ab ipſa cõtritione.

Hanc concluſionem docent S. Tho. 1. 2. q. 113. art. 8. & ſup. etiam q. 89.

D. Auguſt. *Cæleſt. Pap.* *Cõc. Arax.* *Trid.* *S. Thom.*

quæſt.89. art.1. ad 2. & artic.2.in 3.par.diſt.19.q.1.art.1. & communiter,ſequuntur Scholaſtici S.Bonauent. in 4.diſt.17. quæſt.3. Richard.art.1.q.1.& alij.

S.Bonau.

Probatur primo ex ſacr.ſcripturis Ezech. 18. *Si impius egerit pænitentiam, vita viuet, omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor*; & capit.33.*Si impius egerit pænitentiam, omnia opera eius, quæ peccauit, non imputabuntur ei*, quo loco illud verbũ, *non imputabuntur*, accipitur pro ipſa remiſsione peccatorum, vt explicat D.Tho.in c.4. ad Rom.

Ezech.18. Cap.33. S.Thom.

Pſalm.59. *commouiſti terram, & conturbaſti eam, ſana contritiones eius, quia commota eſt*; *Commouiſti, en gratia quæ primo commouet, Conturbaſti eam, en contritio*; per contritionem enim commouetur mens noſtra, voluntas noſtra; *Sana contritiones eius: en effectus gratiæ in noſtra voluntate*; ſic explicat Sanctus Bonauentur. in 4. diſtinct.17. 1.part.quæſt.3. art.1.

Pſal.59. S.Bonau.

Deuter.30.*ſi ductus pænitentia cordis, reuerſus fueris ad Dominũ in toto corde tuo, & tota anima tua, miſerebitur tui.*

Deuter.30.

3.Reg.8.*ſi peccauerint tibi, & reuerſi fuerint ad te in vniuerſo corde ſuo, propitiaberis populo tuo.*

3.Reg.8.

Paralip.30.*Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde inquirunt eum.*

Paralip.

Hierem.29. *Quæretis, & inuenietis me, cum quæſieritis me in toto corde veſtro: hoc idẽ habent* Luc. 7.& 13.Act.2. ad Ro.2. Apoc.c.2.

Hierem. Luc.7. & 13. Act.2. Paul.ad Ro. Apoc c.2.

Secũdo probatur ex Patribus, D.Bern.libr.de modo bene viuendi ad ſororem c.10.*compunctionẽ*, inquit, *cordis ſanitatem eſſe animæ, quia tunc peccata remittũtur, quando cum lachrimis ad memoriam reducuntur.*

S. Bernard.

S.Chryſ.hom.5.de pęnit.*Deũ*, inquit, *minari peccantibus, pænitentibus vero propitiationem promittere.*

S. Chryſoſt.

S.Auguſt.epiſt.48. ad Vincentium ad finem, *nec*, inquit, *quemquam putes ab errore ad veritatẽ, vel à quocũque ſeu magno, ſeu paruo peccato ad correctionem ſine pænitentia poſſe venire.*

S. Auguſt.

Tertull.libr. de pęnit. *Pænitentia*, inquit, *Dominus mitigatur.*

Tertull.

S.Baſil. in epiſtol. ad Virginem lapſam, à medio, *Pænitentia*, inquit, *certum eſt, relaxari peccata.*

S.Baſil.

S.Ambroſ.libr.10. in Luc.in illud Luc.22.*reſpexit Dominus Petrũ, Et tu*, inquit, *ſi veniam vis mereri, dilue culpã lachrimis tuam.*

D. Ambroſ.

S.Hierony.libr.2.contra Pelag. *Qui peccata*, inquit, *ſimpliciter cõfitentur, merentur humilitate clementiam Saluatoris.*

D. Hieron.

Tertio probatur auctoritate Conc.Trid.ſeſs.6.c.6.vbi expreſſe aſſerit, pręparationẽ, & diſpoſitionẽ hominis ad iuſtificationẽ eſſe cõtritionem, & dilectionẽ Dei, & c.7.definit, hanc diſpoſitionẽ conſequi ipſam iuſtificationem, quæ non eſt ſola peccatorum remiſsio, ſed ẽt ſanctificatio, ergo ſi cõtritio eſt diſpoſitio ad iuſtificationẽ, quę eſt peccatorum remiſsio, eſt etiã diſtincta ab ipſa peccatorũ remiſſione. Confirmatur, quia cũ Cõcil. in c.6.retuliſſet actus, quib. hoĩes diſponuntur ad iuſtificationem,

Conc.Trid.

poſtea

poſtea ex illis actibus, tāquam ex A diſpoſitionibus, ait, conſequi iuſtificationē, ergo illa duo diſtinguuntur, nam diſpoſitiones ſemper diſtinguuntur ab illa forma, cuius ſunt diſpoſitiones.

Reſpōdent nōnulli Theologi, Concilium ibi dicere, cōtritionem eſſe quidem diſpoſitionem ad remiſſionem, quæ fit per gratiā habitualem, non tamen ad illam, cuius ipſa eſt cauſa formalis. B

Sed contra, nā vt euidenter conſtat ex c. 6. & 7. eiuſdem Concilij, Concilium agit de diſpoſitione, & iuſtificatione, vt re ipſa contingit, & ſic, aut reipſa contritionē ſequitur iuſtificatio, quę eſt actualis peccatorum remiſſio, quod ſi hoc, iam habemus contritionem, quæ eſt prior remiſſione peccati; non eſſe ipſam peccati remiſſionem, ſed quid diſtractum ab illa; nā, vt ſic, C contritio eſt diſpoſitio ad remiſſionem; diſpoſitio autē diſtinguitur ab eo, cuius eſt diſpoſitio, aut contritionem nō ſequitur iuſtificatio, ſed potius ipſa contritio ſupponit remiſſionem factam per gratiam; quod ſi hoc, tunc præter magna incommoda quæ inde poſſent ſequi, id eſt maximum, quod ſit contra mentem Concilij, nam Concilium loco citato euidenter ait, contritionem eſſe diſpoſitionem ad remiſſionem, quæ reipſa contingit, cuius tamen contrarium contingeret, ſi verum eſſet, quod hi Theologi vellent: Confirmatur, quia hæc cauſalis in nullo genere cauſę eſt vera: homo conteritur, quia peccatum ab eo expulſum eſt, ſed potius quia homo eſt cōtritus, peccatū expulſum eſt, ergo remiſſio peccati non eſt prior ipſa cōtritione, ſed hæc illā antecedit. Confirmatur ex eodē Concil. ſeſſ. 14. c. 4. vbi ait, *Quouis tēpore ad impetrandam veniam peccatorum hunc contritionis modum fuiſſe neceſſariū*: ergo ſi actuali contritioni ſolū tribuit Conc. Trid. veniæ impetrationem, ipſa contritio nō erit ipſa venia propter rationē ſupra allegatam; Cōfirmatur tertio ex eodem Cōcilio in fine eiuſdem capitis, vbi eiſdem fere verbis definit, attritionem diſponere ad Dei gratiam impetrandam, vnde licet colligere, quemadmodum attritio diſtinguitur à remiſſione, quæ eſt per gratiam, ſic etiam ab eadem diſtingui cōtritionem, nā quoad hoc eſt eadem prorſus vtriuſque ratio, & ſolum in eo diſtinguuntur, quod contritio ſit immediata diſpoſitio ad iuſtificationem, non ſic attritio, quæ non niſi cū Sacramento ſufficit ad iuſtificationē. Confirmatur vltimo, quia, vt patet ex dictis ſupra in priori diſputatione, & infra etiā fuſius dicemus, contritio non eſt ipſa formalis remiſſio peccati, ſed ſolū diſpoſitiue ſe hēt ad illā. *Concil. Trid.*

Vltimo probatur ratione, quia D contritio nō eſt æqualis ſatisfactio pro culpa, quia homo etiā cōtritus adhuc eſt debitor, & indignus, vt illi remittatur iniuria; actus enim hominis, quantumuis boni, numquā poſſunt habere tantam rationem bonitatis, & obſequij erga Deum, quantam rationem habet iniuriæ peccatum mortale, & ideo actus hominis nūquā poſſunt eſſe ſufficiens ſatisfactio ad tollendum pec-

Digitized by Google

peccatum, inde neceſſario ponenda eſt alia ſpecialis gratia Dei remittentis id, quod deerat æquali ſatisfactioni, ergo contritio ex vi ſui valoris intrinſeci nō poteſt eſſe ipſa remiſſio debiti, & iniuriæ, nā vt diximus, etiam poſita contritione in homine, adhuc eget noua gratiā condonationis, vt bene Caſſianus collat. 20. cap. 8. poſt multa alia, dixerit, *Et ſi hac omnia fecerimus, non erunt idonea ad expiationem ſcelerum noſtrorum, niſi ea bonitas Domini, clementiaque deleuerit, qui exiguos, paruoſque conatus, immenſa liberalitate proſequitur, dicēs, Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum, iam non recordabor*; ex quibus omnibus optime deducitur, ipſam contritionē non eſſe ipſam remiſſionem peccati, ſed ab ea diſtingui. Vide quid diximus ſup. de hoc eodem. Caſſianus.

QVAESTIO SECVNDA.

An contritio neceſſario adiunctam habeat gratiam.

IAm oſtendimus, contritionem diſtingui ab ipſa remiſſione peccati, & ad hanc ſolum diſponere; nō tamen oſtendimus ipſius contritionis moralem dignitatem, id quod nunc oſtendendum erit.

Notandum primo, ex Concilio Arax. ſecūdo cap. 4. ſtatutum eſſe, *Si quis, vt à peccato purgemur, voluntatem noſtram Deum expectare contendit, non autem, vt etiam purgari velimus, per Spiritus ſancti infuſionem, & operationem in nos fieri cōfitetur; reſiſtere Spiritui ſancto, per Salomonem dicentem, præparatur volūtas a Domino, Prouerb. 19. Et ab Apoſtolo prædicante, Deus eſt, qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona voluntate, ad Philip. 2.* quod idem definitur Can. 5. 7. 12. & 25. ad idem tendunt, quæ dicūtur à Conci. Mileuit. can. 5. Africano c. 78. & 79. & Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 5. iuxta illud Ioa. 6. *Nemo venit ad me, niſi pater meus, &c.* Quare certum iam eſt ex fide, ex auxilio ſpeciali diuino nos moueri ad bona opera, id, quod ſupra multis probauimus. Conc. Arax. Prouerb. 19. Pau. ad Philip. Conc. Mileuitan. African. Trident. Ioan.

Notandum ſecundo, Primam gratiam numquam dari tanquam debitam ex iuſtitia: & ratio eſt manifeſta, quia ſi gratia eſt, ideo gratia eſt, quia non eſt debita; accedit, quod homo ante gratiam, vel eſt peccator, vel eſt in ſolis naturalibus conſtitutus; ſi eſt peccator, nihil poteſt mereri apud Deum, ſi in ſolis naturalibus, neque etiam erit meritum; ex illis enim neque meremur, neque demeremur, vt alibi oſtenditur; legatur D. Paulus ad Roman. 2. & 5. Vnde colligere poſſumus, neque remiſſionē peccati cadere poſſe ſub meritum ex condignitate, & ratio eſt, quia cum oſtenſum ſit ſupra, remiſſionem peccati eſſe realiter eamd. mutationem, cum infuſione gratiæ; conſequens eſt, quemadmodum hæc non cadit ſub meritum, neque etiam eodem modo cadat remiſſio peccati. Vtrum autem hęc cadere poſſit Prima gratia non datur ex debito. Paul. ad Ro.

poſſit ſub meritum de congruo, A infra dicemus.

Quod ſit formaliter contritio. Notandum tertio, cõtritionem efficere quidem hominẽ formaliter contritum, quemadmodum dilectio formaliter diligentem, non tamen formaliter efficere ipſam remiſſionem peccati, cum enim ad remiſſionem peccati requiratur, vt Deus cedat iuri, quod habet contra peccatorem: hoc enim videtur eſſe remittere peccatum; au B ferre ſcilicet obligationem peccatoris; ſicut in humanis eo ipſo, q̃d aliquis, cedit iuri ſuo contra aliquẽ dicitur ceſſare in illo obligatio ex eo iure proueniẽs, ac proinde extingui debitũ illius; ille igitur formaliter dicitur remittere debitũ, illudque condonare, qui ius, quod habet in alium, poteſt remittere; quare & Deus ſolus, quia ſolus po- C teſt remittere omne ius, quod habet in hominem, & conſequenter illius debitum; dicitur proprie remittere ipſius peccatum, non autem homo per ſuum actum.

Prima concluſio: non neceſſario contritio habet adiunctam remiſſionem peccati.

Paul. ad Ro. Videtur poſſe probari hæc concluſio primo ex Paulo ad Rom. 3. vbi dicit, *Iuſtificati gratis per gra-* D *tiam ipſius*.

Caſſian. Secundo videtur probari poſſe ex Caſſiano collatio. 20. cap. 8. vbi ſic habet, (quem locum, & ſupra retulimus ad aliud propoſitum quoniam tamen ad rem noſtram videtur neceſſarius, ideo etiam repetendus videtur) igitur ſic habet Caſſianus, *Etiamſi hac omnia fecerimus, non erunt idonea ad expiationem ſcelerum noſtrorum, niſi ea bonitas Domini, clementiaque deleuerit, qui exiguos, paruoſque conatus immenſa liberalitate proſequitur, dicens; Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates tuas,* Iſ. 14. *Iſa. 14.*

Tertio videtur idem poſſe probari ex Concil. Trident. ſeſſ. 6. c. 7. *Conc. Trid.* vbi ſic habet, neceſſarium eſſe credere, neque remitti, neque remiſſa vnquam peccata fuiſſe, niſi gratis diuina miſericordia propter Chriſtum.

Quarto etiam probatur ratione deducta ex S. Tho. in 4. diſt. 14. *S. Thom.* q. 2. art. 1. quæſt. 2. quia, licet homo per actũ contritionis faciat, quantum poteſt cum diuino auxilio, vt ſibi culpa remittatur, & cõſequenter quantum poſſit ex eodem auxilio, ſe diſponat ad gratiam; tamen quia per peccatum contraxit indignitatẽ amicitię Dei, ad quam admitti non pendet ex ſola voluntate hominis, ſed potius ex voluntate Dei offenſi; hinc eſt, vt non ſatis ſit ipſum hominem facere quantum poſſit, niſi ſimul velit Deus illum in amicitiam recipere, & culpã remittere. Imò & ſi Deus daret multa auxilia peccatori, & vltimam diſpoſitionem ad gratiã; non tamen eo ipſo intelligitur, illum recepiſſe in ſuam amicitiam, nam quocumque poſito ſupernaturali in peccatore, adhuc poſſet Deus non remittere culpam, vt eſt contrà amicitiam; Verum tamen eſt, Deum ſemper recipere in amicitiam hominem habentem contritionem, iuxta illud, *Qui diligit* *Ioan. 14.* *me, diligetur a patre meo*; id tamẽ non eſt ex debito iuſtitiæ, ſed ex gra-

gra-

gratia, quia poſſet, niſi promiſſio præceſſiſſet, talem hominem, vt indignum amicitia, repellere; vnde poſſet Deus, de potentia abſoluta, non remittere peccatum homini contrito, ſi promiſſionem ſecludamus; Quare cum remittit illud eſt noua gratia, quæ fit peccatori; ſicuti in humanis, princeps aliquis, qui grauiter à ſubdito offenſus, poſſet denegare illi condonationē delicti, & nolle in amicitiam acceptare, etiamſi id, vel ſummis precibus efflagitaret: & hoc illud eſt, quod diximus in concluſione, non neceſſario contritionem habere peccatorum remiſſionē adiunctam, quia, ſcilicet, non ex vera, & propria iuſtitia à Deo datur, ſed gratis, neque aliunde Deus cogitur illam dare, niſi ex promiſſione, ac ſua liberalitate.

Secunda concluſio: per infallibilem concomitantiam contritio, & actus dilectionis habent gratiam adiunctam.

Diximus, per infallibilem, &c. nam certum eſt, Deum ſuppoſita promiſſione conferre gratiam homini per auxilia actualia diſpoſito, nō quidem neceſſitate coactionis, ſed infallibilitatis; Iuxta illud 1. Cor. 7. *Non habens neceſſitatem, ſed poteſtatem habens ſuæ voluntatis*. *Pau. ad Cor.*

Diximus, per concomitantiam, &c. nam ſupponitur nunc, quod poſtea probabitur, contritionem eſſe quidem diſpoſitionem ad gratiam, non autem pendere ab illa. Iam igitur

Probatur cōcluſio primo ex illo Ioan. 6. *Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit; venit ad me*; quibus ſatis clare habetur dari gratiā motis à Deo, ipſique conſentientibus, alia loca infra adducemus ex ſacra Scrip. quæ ad idem faciunt. *Ioan. 6.*

A

Probatur ſecundo auctoritate, D. Auguſtini lib. de bono perſeuerantia cap. 14. *Per beneficia*, inquit, *Dei certiſſime liberantur, quicumque liberantur*. *S. Auguſt.*

B

Probatur tertio ratione, nam quæ Deus promiſit, certo, & infallibiliter erunt; ſed Deus promiſit ſe daturum gratiam pænitētibus, ergo, maior probatur, quia Deus fidelis eſt, & promiſſis ſtat; Iuxta illud Pauli ad Hebr. 10. *Teneamus noſtræ ſpei indeclinabilem confeſſionem; fidelis enim eſt, qui repromiſit*, 2. ad Timoth. 2. *Ille fidelis permanet, ſeipſum negare nō poteſt*; *Pau. ad Hebr.* *Ad Timot.*

C

Minor etiā veriſſima eſt, vt decantant ſcripturæ, de quibus ſupra, oſtendentes Deum miſereri eorū, qui deplorant ſua peccata. Sap. 11. ad Rom. 2. Ezech. 18. 33. Prouerb. 28. Pſ. 31. 50. Ioel. 2. Zach. 1. *Sap. 11. Ad Roman. 2. Ezech. 18.*

Sequitur, actum contritionis ſemper eſſe formatū gratia, quia nullo tempore, vel momento ab ea ſeparatur, vnde actus ille dici poteſt actus hominis ſancti, & grati Deo. Vtrum autem in aliquo inſtanti poſſit ille actus dici informis. infra dicemus.

D

Sequitur ſecundo, quō intelligendus eſt S. Thom. 1. 2. q. 112. articulo tertio, cum dixit, ſi actus contritionis conſideretur, vt eſt à ſolo hominis arbitrio, non neceſſario illi dari gratiam à Deo, quod ſi conſideretur vt eſt à Deo p auxilia actualia, neceſſario dari gratiā intel- *S. Thom.*

Digitized by Google

intelligẽdus enim eſt, vt loquatur non de neceſſitate coactionis, ſed infallibilitatis, & ſic remanet expedita hæc ſecunda quæſtio.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum contritio ſit ratio formalis iuſtificationis.

POſtquam in ſuperioribus ſatis dictum ſit, contritionem eſſe diſpoſitionẽ ad iuſtificationem, & ſemper ſuppoſuimus ipſam nullo modo eſſe cauſã formalem illius, nunc examinãdum occurrit: Vtrum ſuppoſitũ verum fuerit, ſupponimus autem hoc loco, quæ ſupra de hac eadem difficultate dicta ſunt à nobis.

Vnica concluſio: Contritio non eſt ratio formalis iuſtificationis, eo modo, quo eſt gratia habitualis.

Hanc concluſionẽ communiter habent omnes, S. Th. 1. 2. q. 112. ar. 4. q. 113. a. 1. 3. p. q. 89. a. 1. ad 2. & a. 2. de verit. q. 28. a. 2. ad 6. & ar. 8. Gabriel. in 4. d. 14. q. 1. a. 2. concl. 4. S. Bonauen. d. 17. q. 1. Et Hoſtienſis lib. 5. de pænit. & remiſſio. §. Illud autem, & moderni omnes.

S. Thom.

D. Bonauẽt.

Hanc etiã probant, quæ habet D. Ambroſ. & refertur de pænit. d. 1. c. Verbum, & de conſecrat. d. 4. c. Nemo, vbi S. Auguſtinus refertur, dicens. *Neminem tollere peccata, niſi ſolum Chriſtum, qui eſt agnus, tollens peccata mundi:* item in Pſal. 30. concione prima, *Quis eſt*, inquit, *qui iuſtificat impium? qui facit ex impio iuſtum?* lib. 2. de peccatorum meritis, & remiſſ. c. 33. *Gratia Dei iuſtificamur, ideſt iuſti efficimur*, & Epiſt. 106. *Antequam gratia iuſtificetur, ideſt, iuſtus efficiatur, impius, quid eſt, niſi impius?*

D. Ambroſ.

S. Auguſt.

S. Ambroſ. libro 6. hexam. ca. 8. *Vtrum*, inquit, *iuſtificatio ſecundum corpus, an ſecundum animam tibi cõferri videatur; quæſo, reſpondeas? ſed dubitare non potes, cũ iuſtitia, vnde iuſtificatio deriuata eſt mentis tuæ vtique, non corporis ſit.*

D. Ambroſ.

Cyrillus Alexand. lib. 6. de Trinit. *Calor*, inquit, *ſpiritus eſt, qui ſimul vt charitatem in nobis diffuderit, & eius igne mentes noſtras inflammauerit; iam ſumus iuſtitiam conſequuti*: ex quibus facile eſt colligere, cõtritionem non eſſe rationẽ formalem iuſtificationis, ſed charitatem, ſed iuſtitiam in nobis inhærentem.

Cyri. Alex.

Hanc etiam tertio probãt multa ex Concilio Trident.

Conci. Trid.

Et primo ex ſeſſ. ſexta, capitulo ſeptimo, vbi aſſignat manifeſte vnicam cauſam formalem iuſtificationis, eſſe iuſtitiam, qua Deus nos iuſtos facit: hanc autem vnicam cauſam, non eſſe contritionem, ſed gratiam habitualem; conſtat primo, quia in præcedentibus Concilium definierat, huius iuſtificationis cauſam inſtrumentalem eſſe baptiſmum; At baptiſmus non eſt cauſa inſtrumentalis contritionis, cum illius productionem non attingat, ſed ſolius gratiæ habitualis, id quod confirmatur ex verbis ſequentibus, quibus Concilium definit.

hanc

Digitized by Google

hanc vnicam cauſam formalem iuſtificationis dari ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem, quæ ſine dubio nullo modo conueniunt cōtritioni: Accedit quod cap.8. hanc diſpoſitionem dicit eſſe pænitētiam ex dilectione Dei prouenientem, quod etiam dixerat, cap.6. ergo ſi cauſa formalis eſt vnica, eaque detur iuxta diſpoſitionem per contritionem, conſequens eſt, vt cauſa formalis non ſit contritio; erit igitur ſola gratia habitualis; Item ex cap.6. ponit Cōcilium inter actus quibus homo diſponitur ad iuſtitiam, dilectionem, & pænitentiā, & cap.7. vult illam diſpoſitionem per dilectionem, & contritionem conſequi iuſtificationem, quæ eſt remiſſio peccatorum, & qua homo fit ex iniuſto iuſtus, & ex inimico amicus; Confirmatur ex canon. 6. ibidem, ait, Concilium diligere, aut pænitere, vt ei iuſtificationis gratia conferatur, &c. quo loco hos actus diſtinguit à gratia iuſtificationis, illoſque ponit præuios ad illam obtinendam, & can. 4. & 9. & tandem ſeſſ. 14. cap.4. & 5. ſub anathemate damnat illos omnes, qui dicerent contritionem non præparare ad gratiam, ex quibus nemo eſt, qui non euidenter colligat noſtram concluſionem.

Hanc denique concluſionem probant rationes ſatis claræ, quia diſpoſitioni ad aliquam formam, numquam conuenit effectus formalis illius formæ, ad quam diſponit, ſed contritio, & dilectio ſunt diſpoſitiones ad remiſſionem peccati, & iuſtificationem; quæ formaliter fit per gratiā habitualem, ergo illis non cōuenit eſſe formalem cauſam remiſſionis, ergo ſolum eſſe diſpoſitionem.

Secundo probatur eadem concluſio, gratia habitualis eſt ſpecie diſtincta ab actu contritionis, & illo multo perfectior, ergo effectus proprius illius non poteſt conuenire illi, ſed effectus formalis, & ꝓprius gratiæ eſt facere, & reddere formaliter hominem Deo gratum, ac proinde illum à peccato liberare, ergo talis effectus non poterit conuenire contritioni.

Probatur tertio, ſi contritio ex natura ſua præciſe eſſet remiſſio peccati, & iuſtificatio; non poſſet intelligi, quomodo in lege gratiæ reconciliatio cum Deo non eſſet illi aſcribenda, ſine voto Sacramenti, quod in illa includitur ex Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap.4. nam in lege gratię retinet eamdem naturam, quam antea habebat, ergo ſi ex natura ſua eſſet reconciliatio cum Deo, illi ſecundum ſe potius, quam cum voto Sacramenti eſſet adſcribenda huiuſmodi reconciliatio. *Conc. Trid.*

Neque dicas, illud votum Sacramenti requiri, ratione præcepti de Sacramento pænitentiæ recipiendo.

Contra; nam ſic non magis deberet adſcribi recōciliatio voto Sacramenti pænitentiæ, quam Euchariſtiæ, aut cuiuſque alterius pręcepti; ergo aliquo ſpeciali modo concurrit votum Sacramenti cum contritione ad reconciliationem, qui cum non ſit ex natura contritionis,

Digitized by Google

tionis, ſiquidem ante legem gratiæ, illud non includebat; contritio eſſe debet ex Chriſti inſtitutione, ac proinde non contritioni ſecũdum ſuam phyſicam naturam, ſed vt coniunctæ voto ſacramenti,& in eius virtute reconciliat, ergo neque ipſa erit formalis ratio iuſtificationis.

Sequitur primo, actum contritionis,ſeu dilectionis, ſi præcedant gratiam, quod infra examinabimus,non eſſe actum amici formaliter, ſed vltimo ſe diſponentis ad amicitiã, quæ deinde habetur per ipſam gratiam iuſtificantem formaliter.

Sequitur ſecundo, quomodo ſint intelligendi Patres, ſi quando dicant contritionem, aut dilectionem ſanctificare, & iuſtificare, intelligendi enim ſunt loqui illos diſpoſitiue; quomodo Concil. Trid. ſeſſ.6. cap.8. exponit Paulum dicentem; iuſtificari hominem per fidem, quatenus ſcilicet fides eſt initium iuſtificationis, licet contritio, & dilectio nõ quomodocumque diſponant ad gratiam, ſed vltimo modo infra explicando.

Conc. Trid.

Contritio formaliter non remittit culpam.

Sequitur tertio, ex eo quod contritio formaliter non remittat culpam, vt forma iuſtificationis; euidenter colligi remiſſionẽ non eſſe ſolum fauorem quendam extrinſecum, cum præter illũ, ponamus gratiam habitualem intrinſece, & formaliter eſſe illam, quæ remittat peccatum, vt propterea dicamus, huiuſmodi effectum remiſſionis, ſcilicet, peccati, & iuſtificationis, diſpoſitiue quidem conuenire contritioni, at vero in ratione

A cauſæ formalis, ipſi gratiæ habituali: quare ex hac noſtra ſententia multo melius Lutheranorum ſententia reijcitur, quæ ponebat remiſſionem formaliter fieri per extrinſecam quamdam non imputationem, vt etiam diximus ſupra fuſius, vt propterea nulla alia occurrant hoc loco de hac queſtione amplius dicenda.

B

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum contritio ſit poſterior gratia habituali, an prior.

QVæſtio hæc ſatis celebris eſt propter varias tot, tãtorumque doctorum ſententias, vt merito hoc quarto loco examinanda veniat, cum enim C iam dictum ſit, cõtritionem ſolum eſſe diſpoſitionem ad iuſtificationem, nõ autem rationem formalem, merito nunc inquirimus de eiuſdem prioritate ad gratiam iuſtificantem: An hanc ſolum diſpoſitiue antecedat; an verò ab eadẽ in aliquo genere cauſæ depẽdeat? Quod autem hoc loco quærimus de contritione, idem etiam de omnibus alijs actibus ad gratiam habitualem diſponentibus poſſumus D quærere.

Prima ſententia eſt aſſerentiũ, actus liberi arbitrij ad gratiam diſponentes procedere effectiue ab habitu gratiæ, charitatis, & pænitentiæ, ſic S.Thom. tum alibi, tum 1.2.quæſt.113.art.8. tum 3. parte queſt.85. articulo 6. tum de verit. q.28.

S. Thom.

q.28.a.8.tum denique in 4.d.17. q.1.a.4.quæſtiun.1.quem deinde ſequuntur diſcipuli, Caietan. Medina ibidem, Sotus in 4.d.14.q.2. art.6.& lib.2.de nat.&c.cap.18.Aluarez lib.7.de auxilijs,diſputa.66. Coſm.Phil.lib.2.de ſac.pęnit.c.19. Ferrar.3.contra Gent.cap.153.Cano in prima p.relect.de pænitent. circa finē in reſponſ. ad quartum videtur accedere Halenſ. in 4.p.q. 13.mem.1.& 3.Albert. in 4.d.17. articulo 11.

Verum hæc ſententia, etſi probabilis, numquam tamen nobis ſatis placuit, vix enim videtur poſſe intelligi, quomodo actus effectiue procedens ab habitu aliquo, ſit diſpoſitio ad illum eumd. recipiendi; ratio autem, cur nobis nūquam placuerit, inde oritur, cum enim habitus nullo modo videatur poſſe efficere ſuos actus, niſi prius fuerit receptus in ſubiecto, fit vt ſi habitus gratiæ iam ſit in anima ex ſententia Thomiſtarum, quando efficit ſuos actus; nullo modo videantur hi poſſe diſponere ad illum gratiæ habitum recipiendum,cum iam ſit in anima; diſpoſitiones enim ponuntur ad eam formam,quæ nondum eſt in ſubiecto,ſed recipienda eſt, quæ ſi iam ſit,ad quid diſpoſitiones? Confirmatur difficultas, quia ſicut in naturalibus diſpoſitiones ad aliquam formam elementi nō pendent effectiue a forma, quæ fit, ad quam ipſæ diſponunt, ſed potius ipſam neceſſario præcedunt; ſic in iuſtificatione diſpoſitiones, & actus pænitentis omnino præcedent ipſam gratiam iuſtificātem, A neque ab ipſa poterunt pendere effectiue; Confirmatur ſecundo, quia ſi motus liberi arbitrij ſubſequatur infuſionem gratiæ, & gratiæ infuſio ſit idem realiter cum remiſſione peccati, qui fieri poterit,vt actus liberi arbitrij ſint priores remiſſione peccati,cum tamen S.Tho.1.2.q.113.a.8.dixerit illos eſſe,vt ſic, priores remiſſione peccati? *S.Thom.*

B Non deſunt multæ, ac variæ Thomiſtarum ſolutiones, quibus ipſi iam ſe ſoluiſſe argumenta exiſtimant, & primo quidem Caietanus,vbi ſupra aſſerit,quod habitus gratiæ poteſt dupliciter conſiderari,vno modo,vt mouens liberum arbitrium ad operandum: altero modo, vt informans ipſum, id eſt,vt reddit illud formaliter gratum, & acceptum Deo; ſi primo modo ſumatur, aſſerit habitum gratiæ præcedere actum liberi arbitrij in genere cauſæ efficientis; ſi vero ſecundo modo, gratiæ habitum ſubſequi ſuos actus, tamquam forma ſuas diſpoſitiones; Vnde ſecundū hanc Caietani ſententiam, quam multi alij Thomiſtæ ſequuntur: Infuſio gratiæ eſt prior ſecundum rem, ipſa contritione; ſunt enim gratia, & contritio duæ res realiter diſtinctæ, ſicut cauſa efficiens, & effectus realiter diſtinguuntur: Vnde ſicut effectus effectiue pendet à ſua cauſa efficiente, ab eaque diſtinguitur realiter,ſic actus liberi arbitrij pendēt effectiue ab ipſa gratia, ab eaque diſtinguuntur realiter. *Solut. Caietani.* (C, D)

Verum hæc ſolutio magnas videtur pati difficultates,nā ſi conſideremus *Non placet ſolutio.*

deremus habitum gratiæ, vt mouentem liberum arbitrium, certum videtur, non poſſe illud mouere, niſi ipſi inhæreat, ergo ſi ponamus iam habitum gratiæ operantem, ergo etiam vt inhærentẽ, ergo motus liberi arbitrij non poteſt præcedere, vt diſpoſitio ad illum recipiendum, quia iam illi inhæret: alia, quæ poſſent adduci contra hunc modum Caietani, infra adducentur.

Alia ſolut. Reſpondent communiter alij Thomiſtæ, vltimã diſpoſitionem ad aliquam formam pręcedere ipſam formam in genere cauſę materialis, ſubſequi vero in genere cauſæ efficientis; ſicut, inquiunt, prius eſt in genere cauſæ materialis, aperiri feneſtram, quam ventum ingredi, licet illud poſterius deinde ſit in genere cauſę efficientis; afferũt, Thomiſtæ ad hoc idem probandum aliud exemplũ, ſicut enim, inquiunt, corruptio formæ præcedentis eſt prior generatione formæ, quæ introducitur in genere cauſę materialis; poſterior tamẽ in genere cauſæ efficientis, ſic in actibus noſtri liberi arbitrij in ordine ad gratiam iuſtificãtẽ omnino philoſophandum eſſe exiſtimant.

Neq. placet reſponſio. Verum neque reſpõſio, neque exempla videntur omnino tollere difficultatem, ſemper enim videtur remanere difficultas illa explicanda; quomodo actus procedens ab habitu effectiue, ſit diſpoſitio ad illũ eumd. a quo procedit, habitum, id quod vere non explicatur, neq; per primum, neque per alterum exemplum, quod ibi adducitur, neque .n. corruptio vnius formæ effectiue eſt a generatione alterius, ſed formæ ipſæ tamquam incompoſſibiles in eodẽ ſubiecto formaliter ab illo ſe expellũt, vnde illud exemplũ ex phyſicis non videtur ad rem, ſed neque etiam aliud de apertione feneſtræ videtur concludere, nam apertio illa proprie nõ eſt aliqua diſpoſitio ad ventum, neque illius effectus aliquis proprius, vt habet Molina ſupra q.14.a.13. diſp.46. At vero in re noſtra etiam ſecundum Thomiſtas actus liberi arbitrij effectiue pendent ab habitu gratiæ, charitatis, & pænitentiæ, illiuſque ſunt proprius effectus.

Alia ſolut. Reſpondent tertio alij, vt ſoluant prædictam difficultatem: In naturalibus quidam vltimam diſpoſitionem in genere cauſæ efficientis præcedere formam; at vero in moralibus non ſic rem ſe habere, quia in his vltima diſpoſitio ad formam, nõ eſt neceſſe, vt præcedat illam, ſed ſatis eſſe, vt eam ſequatur.

Reijcitur. Sed cõtra: quia hæc ſolutio non defendit motum liberi arbitrij eſſe diſpoſitionem ad recipiendam gratiam, quod tamen defendere deberet; cum id ſit in omniũ ſententia certiſſimum.

Solutio Aluarez. Doctiſſimus Aluarez vbi ſupra ad 3. defendit priorem ſentẽtiam, & ait, quando actio eſt ſucceſſiua, vel tranſiens, implicare tunc, quod ſit aliqua forma, vltima diſpoſitio ad introductionem eiuſdẽ formæ; non ſic autem, quãdo actio eſt inſtantanea, & immanens, & affert vtriuſque rationem; nam, inquit, quod actio immanens, & inſtantanea

tanea poteſt eſſe in eodem inſtanti, in quo recipitur ipſa forma etiã in eodem ſubiecto, vnde colligit, quod eadem actio poteſt vltimo diſponere ad formã, a qua etiam procedit, quod quia non conuenit actioni ſucceſſiuæ; ideo ait nõ eſſe vtriuſque parem rationem, igitur cum contritio ſit forma quædam inſtantanea, poterit effectiue pendere ab illa forma, cuius ipſa eſt diſpoſitio;

Non ſatiſfacit. Verum neque hæc ſolutio placet, nam eſto ſit vera ratio diſcriminis aſſignata inter actionem immanentem, & tranſeuntem; adhuc remanet ſoluenda illa prior difficultas, quomodo actioni præintelligatur exiſtentia formæ, ad quam ipſa diſponat, etiamſi id totũ fieret in inſtanti; Præterea eſto, recipiantur in eodem ſubiecto forma, & diſpoſitio, vt ponit Aluarez (quod crediderimus commune eſſe etiam actionibus ſucceſſiuis; ſemper enim diſpoſitiones, quæcumque ſunt illæ, recipiuntur in eodem ſubiecto ſaltem inheſionis, in quo recipitur forma, ad quã diſponunt) nunquam tamen diſpoſitio, vt diſpoſitio, poteſt intelligi conſequi formam, ad quam ipſa ordinatur, vt diſpoſitio; quare cum contritio ſemper ſit diſpoſitio, neque cogitatione poterit concipi poſterior ipſa gratia, ad quam diſponit: Accedit, videri falſum, ex philoſophia, quaſdam diſpoſitiones, quæ ſucceſſiue fiunt, non poſſe eſſe in eodem inſtanti cum forma, quæ acquiritur, & patet de dimenſionibus terminatis, quæ in eo ſolum inſtanti, quo verum eſt

A dicere, nunc tota forma eſt, verum eſt etiam dicere, nunc dimenſiones ſunt actu terminatę, & tamen hæ ſaltem per conceptum prius præintelliguntur ad formam, ad quam diſponunt; Verum enim eſt dicere, niſi materia actu ſit terminata dimenſionibus; actu non introduceretur in ipſam forma naturalis; ſic igitur in re noſtra, eſto, contritio ſit in eodem inſtãti, quo

B eſt gratia, adhuc ſemper verum eſſet dicere, gratiam non induci in animam, niſi hæc prius eſſet diſpoſita per motus liberi arbitrij, ex virtute ſuperna elicitos, ergo quocũque modo ſemper præintelliguntur actus liberi arbitrij ad ipſam formam. non deſunt alia exempla, quibus Auctores huius ſententiæ ſolent explicare hanc rem, vt tandem probent ſuam ſentẽtiam,

C vt eſt exemplum lapidis, proiecti in aquam, qui ipſemet locum ſibi facit, in quo ipſe recipitur; clauis perforantis lignũ; ſigilli figuram imprimentis in cera; actionis ſolis, qua illuminando diſgregat vapores aeris, qua enim illuminatione ſol in aere producit lumen, eadem diſgregat vapores, aeremque diſponit ad recipiendum lumen: his

D enim, & alijs ſimilibus conantur rem ſuam probare. Sed vere, & hæc adducta exempla patiuntur eaſdem difficultates, quas & priora, & ideo, &c.

Secunda ſententia eſt aſſerentium, motum liberi arbitrij, qui eſt diſpoſitio ad gratiam, procedere à gratia, ſeu auxilio ſpeciali actuali Dei effectiue; non autem à gratia habituali; licet ſimul tempore ſit

cum

Digitized by Google

cum ipſa gratia habituali, ita Alexan.Halenſ.p.4.q.17.mem.4.art. 7.§.2.& 3.S.Bonauent. in 4.d.14. a.1.q.3 & d.17.art.2.q.2.& 3.Scotus d.14.q.2.art.2.Gabriel q.1.art. 2.concl.1.Durandus ibidem,q.17. art.7.Richard.in 4.d.14.art.6.q.1. Io.de Baſſol.ibidem Vega lib.6. in Conc.Trident.c.28.& 29. Molina de Concord. quæſt.14.art.13.diſputat.46.Didacus Nugnus in 3. part. quæſt. 85. articulo 5. dub.2. ad finem, Suarius ibidem articulo 1.diſput.4.ſect.7.nu.8.hanc etiam vt probabilē tenuit Barthol. Med. 1.2.q.113.art.8. & alij. Pro ſolutione

D.Bonau.

Quis ſit actus formatus.

Notan. primo, nos hic per actū formatum intelligere, actum procedentem effectiue à gratia habituali, ab eaque imperatum, ſeu elicitum; per actum vero informem illum, qui nō eſt elicitus, aut imperatus effectiue ab illa: Vnde idem actus, qui ſecundum entitatem, & ſubſtantiam ſuam eſt informis: quia non eſt effectiue à gratia habituali, licet ſit ab auxilio præueniente Dei, idem perſeuerans incipit formari, adueniente gratia habituali, ex qua actus ille deinde incipit dici formatus, & meritorius gloriæ, ita docent S.Bonauent.in quarto diſtinctione 17. prima parte, articulo primo, quæſtione 3. Gabriel quæſt. 1. articulo 2.concluſ.5. Scotus quæſt. 2.§.De ſecundo, Suarius diſput.4.ſectio.7. Molina tum alibi, tum de concordia, q.14.art.13. diſputat.38. licet hic videatur ponere quamdā differentiam ſpecificam inter actum qui elicitur à potētia eleuata per

Quis actus informis.

S.Bonauēt.

A auxilia particularia actualia, & actum qui deinde formatus elicitur ab eadē informata habitu ſupernaturali, de quo alibi dicendū erit.

Actus contritionis ſemper eſt formatus.

Notandum ſecundo, actū contritionis ad modum ſupra explicatum ſemper eſſe formatum gratia habituali, quæ actum illum reddit formaliter ſanctum, & iuſtum; ratione cuius habet valorem, & ius intrinſece ad gloriam; dicitur au-

Quare contritio ſemper eſt formata.

B tem contritio ſemper eſſe formata gratia; quia, vt docte admonet Suarius diſputat. quarta, ſectione ſeptima, numero primo, nō datur aliquod tempus, aut momentum, quo ſit à gratia ſeparata, ſed illam infallibiliter habet: Vtrum autem poſſit dari inſtans aliquod naturæ, quo ille actus poſſit dici informis, poſtea videbimus.

C Notan. tertio, inter motum liberi arbitrij, & infuſionem gratię, eſſe ponendum ordinem ſecundum rem: quia actus noſtri, & gratia, ſunt duæ res realiter diſtinctæ, quare ordo ille, inter illa duo, erit etiam realis: Vnde actus huiuſmodi ſecundum cauſam, non quidem effectiuam, aut meritoriā, ſed diſpoſitiuam, priores erunt ipſa infuſione gratiæ habitualis, &

D hinc eſt, vt tales actus, vt ſic, ſint informes, & non meritorij, quia ſcilicet antecedunt gratiam habitualem, à qua eſt omnis formatio, & ratio meriti, vt alibi oſtenditur. His ſuppoſitis ſit

Vnica concluſio: Contritio non eſt poſterior gratia habituali.

Hæc cōcluſio videtur poſſe probari auctoritate D. Tho. qui p. p. q.62.artic.2. ad 3. ponit triplicem

S.Thom.

Digitized by Google

quamdam conuerſionē ad Deum; primam, per gratiā conſummatam; ſecundam, per gratiam iuſtificantem; tertiam per auxilium ſpeciale, quam dicit eſſe præparationem ad gratiam iuſtificantem, ſed hæc præparatio, &c. eſt contritio, qua mouemur ad gratiam iuſtificantem, ergo ſecundum S. Th. contritio antecedit illam.

Neque dicas cum Domino Aluarez ibi, ſermonem eſſe de contritione, vt procedit à gratia habituali, nā S. Tho. ait, huiuſmodi contritionem eſſe meritoriam gloriæ, certum eſt autem ad meritum requiri gratiam habitualem, ergo ſi contritio habet ius ad gloriam, debet eſſe ex gratia habituali.

Contra, nam Diuus Thomas aperte eo loco diſtinguit, conuerſionem, quæ eſt meritum beatitudinis, quam ait eſſe à gratia habituali, ab hac noſtra, de qua nos in præſentia loquimur, quæ ſolum eſt diſpoſitio ad illam.

Neque ſecundo dicas, loqui ibi D. Thomam de contritione quidem in ratione diſpoſitionis, ſub qua, ſine dubio, cōſideratione concedunt hi, illam antecedere gratiam habitualem, non autem de contritione, vt eſt paſſio ipſius gratiæ habitualis, ſub qua ratione ipſam gratiam conſequi exiſtimant, qui ſunt in contraria ſententia.

Cōtra, quia hoc ipſum eſt, quod nos quærimus, quomodo contritio, quæ ex ſe eſt ſolum diſpoſitio ad gratiam habitualem, poſſit eſſe depēdens ab ipſa gratia, nā quod non poſſit eſſe formata, & meritoria, niſi ſit ab ipſa gratia, nulla eſt difficultas, & cum Sāctus Thomas eo loco ſatis aperte indicet, illam, vt ſic, eſſe quidem ab auxilio diuino, non tamen ab aliquo habitu gratiæ, non videtur excludendus ab hac noſtra ſententia.

Secundo videtur poſſe probari concluſio, ex Concil. Trident. ſeſſ. 6. capitulo ſeptimo, vbi docet, Spiritum ſanctum dare gratiam iuxta menſuram diſpoſitionis, & cooperationis ex parte hominis, ex quibus ſic poſſumus arguere; Deus, vt det gratiam in hoc, vel illo gradu, reſpicit non ſolum contritionem, ſed etiam gradum contritionis, vt iuxta illius menſuram, vt Concilium ibi habet, infundat gratiam, ergo infuſio gratiæ non poteſt eſſe prior ipſa contritione in homine; propterea quod prius ſupponitur tanta contritio in homine, vt deinde illi tanta conferatur gratia ex Concil. Trident. alias potius iuxta menſuram gratiæ produceretur contritio, quam contra, quod eſſet contra Concilium, & contra veritatem: legatur Suarius diſput. 4. ſect. 7. nu. 4. *Conci. Trid.*

Tertio probatur ratione, quia contritio, vt diſpoſitio ad gratiā, eſt ratio mouens Deū ad infundendā gratiā homini, habenti cōtritionē, ergo hęc non poteſt illa eſſe poſterior, ſed omnino antecedere dēt.

Notandum autem eſt, hæc omnia quæ à nobis dicta ſunt de contritione, intelligenda eſſe de illa in ordine ad iuſtificationem, quæ fit extra ſacramentum; nam ſi de illa, quæ fit per Sacramentum, loqueremur; iam actus pænitentis,

Digitized by Google

inter quos eſt contritio, tamquam partes materiales ſacramenti pænitentiæ effectiue inſtrumentaliter concurrunt ad gratiam, vt alibi dicitur, vnde vt ſic huiuſmodi actus pænitentis ſunt priores ipſa gratia re, & cauſa; id quod in omnium ſententia verum eſſe, in vltima diſputatione huius libri oſtẽdemus.

In aliquo priori prius contritio intelligitur informis quã formata.

Sequitur primo, quod, quia contritio, vt diſpoſitio ad gratiam habitualem, antecedit illam; in illo priori naturæ intelligatur contritio informis, & non meritoria gloriæ de condigno, quia cum tota ratio meriti, & formationis ſit a gratia habituali, & in illo priori naturæ concipiatur contritio ſine illa, ſit, vt in illo priori intelligatur etiam informis, formetur autem ipſa gratia adueniente, & fiat meritoria de condigno gloriæ, atque etiam augmenti ipſius gratiæ, id quod fit in vnico inſtanti, vt docte tradunt S. Bonauentura in 4. diſtinctione 17. parte prima, articulo 2. quęſtione ſecunda, ad argumenta Gabriel. diſtinctione 14. quæſt. 1. articulo ſecundo, cõcluſione quinta, Sotus quæſt. 4. articulo 6. Molina, & Suarius vbi ſupra, cum communi.

S. Bonau.

Obijciunt Thomiſtæ, actus ſupernaturales fidei, ſpei, & charitatis, non poſſunt produci niſi ex habitibus ſupernaturalibus, & infuſis, huiuſmodi ſunt hi actus, qui ſunt vltimæ diſpoſitiones ad gratiam, ergo. minor patet, quia vt dictum eſt, actus dilectionis Dei ſuper omnia, eſt actus ſecundum eſſentiam ſupernaturalis, at non alio modo actus, vt actus eſt, eſt ſupernaturalis, quam quia prouenit ab habitu ſupernaturali, quia requirat aliquod principium ſupernaturale ex parte ipſius elicientis actum, ex quibus etiã probatur maior eiuſdem argumenti. Confirmatur, quia illi actus ſunt omnino ſimiles, cum alijs actibus, qui poſtea procedũt ex habitibus infuſis, ergo.

Reſpõderi poteſt primo, quod habitus infuſus requiratur quidẽ ad producendum actum, non tamen ſit ſimpliciter neceſſarius ad producendũ actum, ſed ſolum ad melius, & facilius, quia etiã actus naturalis procedens ex habitu acquiſito, poteſt eſſe ante ipſum habitum, licet neq; ita facile, neque ita prompte.

Reſponderi poteſt ſecundo, quod vere habitus infuſus eſt ſimpliciter neceſſarius ad producendum actum, ſed de lege ordinaria, non ex potentia Dei abſoluta, ſecundum quã non videtur negandum, poſſe produci hos actus cum ſola Dei motione, & licet cæteri, omnes actus ſecundum legem ordinariam procedant ex habitu infuſo, tamen hi actus, quia debent præcedere tãquam diſpoſitiones, ſunt ex ſola Dei motione, ſiquidẽ non implicat.

Reſpondetur vltimo, non eſſe neceſſarios habitus ſupernaturales ſimpliciter ad producendos hos actus, ſed ſolum ad hoc, vt ſint meritorij vitæ æternæ, tales autem non ſunt hi actus, de quibus nos loquimur, vt ſupradictum eſt.

Obijciunt 2. actus dilectionis

Dei ſuper omnia non potest eſſe niſi ex gratia infuſa gratũ facien-te,& habituali, hic autẽ actus, de quo loquimur, eſt dilectio Dei ſuper omnia, ergo nõ poteſt eſſe niſi ex habitu gratiæ.

Reſpondetur huic argumento ijs omnibus modis, quibus ad primum reſponſum iam eſt.

Obijcũt vltimo, ſi illi actus non procedunt ex habitu infuſo, ergo prima gloria non datur ex meritis, etiam adultis, conſequens eſt abſurdum, ergo ſequela maioris patet, quia nullum eſt meritum ſine gratia habituali, illi autem actus præcedunt ex noſtra ſententia omnino gratiam habitualem, ergo non ſunt meritorij, adueniẽte autem gratia ſtatim debetur homini prima gloria, ergo non debetur, neque datur ex merito, & ex aliquo operæ meritorio.

Miſſis ijs, quæ dicuntur a Vega q.6. de iuſtificatione, quoniam fortaſſe non vere ſoluerent vim argumenti.

Reſpondetur dari etiã primam gloriam ex merito, quia vt iam prænotauimus, adueniente gratia ille actus informatur ab illa, & ſic fit meritorius, vt docte tradit Bonauent. ſupra diſt. 17. & Richard. diſtinctione 14. vnde videtur ſolutum argumentum.

Defenditur, & explicatur ab Auctore ſententia D. Tho.

Notãdum autem eſt, quoniam auctoritas tot, tantorumque hominum, quos in contraria ſententia citauimus, nullo modo ſpernenda videtur; ideo quoquo modo illam explicare conabimur, alio tamen atque alio medio, quam paſſim, & communiter defendi ſolẽt

A ab illis; ſciendum enim eſt ex parte materiæ, vt patet ex philoſophia, duplicis generis diſpoſitiones aſſignari ſolere, alias quidem, quas habet materia ex ſe, vel certe quas ipſa recipit ab efficiente ante formę inductionem, id quod plane patet in igne; ſi enim hic ſit introducẽdus in materiam aquæ, B ſine dubio in hac debent præcedere dimenſiones quædam interminatæ, quas ex ſe habet materia; Item præcedit etiam præuia quædam calefactio ab igne facta in aquam; hæ autem diſpoſitiones, vt patet, neceſſario præcedunt formam, quæ introducitur, neque ab ipſa effectiue pendere poſſunt; ſunt tamẽ præterea aliæ quædam diſpoſitiones, quæ concomitantur ipſam formam inducendam, v. g. C perſiſtendo in eodem exemplo ignis, quando generatur ignis, forma ignis non recipitur in materia aquæ, niſi medijs diſpoſitionibus, ac dimenſionibus actu terminatis, ita vt verum ſit dicere, forma ignis recipitur in materiam aquæ, actu terminatam dimenſionibus; hæ autem diſpoſitiones non pręcedũt formam, quia materia illas non habet ex ſe, neque inducuntur ab a- D gente ante formam, ſed ſolũ fiunt ab illo in ipſius formæ inductione, terminantur enim illę diſpoſitiones per talem formam, quæ inducitur: hac igitur poſita philoſophia, bene poſſumus ſaluare hanc tantorum hominum ſententiam, quia enim in iuſtificatione peccatoris ſæpe præcedunt præuię quędam diſpoſitiones, factę ex pręueniẽte auxilio actuali Spiritus ſancti;

cti; eoque adiuuante, vt nullo modo has dependere à gratia habituali, ad quam diſponunt, exiſtimandum ſit, id quod neque negari ab ipſis Thomiſtis videtur, & quia in eadem iuſtificatione ſunt aliæ diſpoſitiones, quas facit Deus in nobis, per ipſius gratiæ infuſionem, quæ ſcilicet ſunt ad ſimilitudinem earum, quas diximus in philoſophia appellari dimenſiones terminatas, vt nullo modo hæ gratiam iuſtificantem antecedere ſint dicendæ, ſed verius illam omnino ſubſequi; cum ipſam gratiæ infuſionem ſequantur; ideo videtur dicendum, S. Thom. cum aſſerit vltimam diſpoſitionem ad gratiam, ab ea effectiue pendere, loqui de diſpoſitionibus ſecundi generis, ex quibus erit contritio, hoc modo conſiderata, non autem de prioribus. Verum tamen eſt, nos ſecundum noſtrum modum concipiendi concipere huiuſmodi diſpoſitiones ex parte peccatoris, ac ſi præcederent gratiam, cũ tamen à parte rei, ipſam conſequantur, vt videre eſt in exemplo allato de dimenſionibus, quæ vt terminatæ ſunt, concipiuntur à nobis tamquam antecedentes ad formam, dicimus enim hanc formam non induci in materiam, niſi ſit diſpoſita prius dimenſionibus actu terminatis; cum tamen potius à parte rei, & vere ipſam formam ſupponant, à qua terminationem recipiunt; ſic, inquam, in re noſtra videtur philoſophandum, etſi contritio ſit diſpoſitio, quæ concomitetur, & ſequatur formam, ab eaque in eo genere effectiue de-

A pendeat; nos tamen concipere illam, ac ſi gratiã antecederet, nam dicimus hanc non prius induci in animam, quam hæc ſit per contritionem diſpoſita: quo vere ſignificatur, nihil aliud, niſi quod gratia non recipitur in nobis, niſi nobis conſentientibus, illamque acceptantibus; cum tamen à parte rei illa ſupponat gratiam. & ex his poſſumus, quas ſupra attulimus,

B difficultates contra eamdem ſententiam diluere: ſolum enim probatur, actum effectiue procedentem ab aliquo habitu, non poſſe eſſe diſpoſitionem præuiam ad illum eumdem recipiẽdum, quod neminem illorum Doctorum, qui ſunt in ea ſententia, negaſſe videtur, non tamen probatur, illum actum nõ poſſe eſſe diſpoſitionem etiam requiſitam in infuſione gra-

C tiæ. Vnde in hac ſententia non eſt exiſtimandum, cõtritionem eſſe ex eo genere diſpoſitionum, quæ ſunt præuiæ ad formam, ſed illarum, quæ requirũtur ad inductionem formæ eiuſdem; Quare abſolute loquendo, dicimus infuſionem gratiæ eſſe priorem ipſa contritione natura, re, & cauſalitate, nã gratia habitualis eſt cauſa om-

D nis cooperationis liberi arbitrij; licet ſecundum noſtrum modum concipiendi, & ex parte materiæ prius eſſe motum liberi arbitrij ipſa gratiæ infuſione in hac ſententia exiſtimemus, quatenus ſcilicet intelligimus liberum arbitrium prius cooperari receptioni gratię, quam ipſam recipi in illo intelligamus. Addo, facillimè etiam poſſe defendi ſententiam, & expoſi-

Digitized by Google

tionē Illuſtriſſimi Caietani, quam ſup. attulimus, & confutauimus: Nam tota difficultas intelligendi illam Caietani reſponſionem, videtur ex eo oriri, quod non bene apprehendatur illa prioritas, & poſteritas, quam ipſe ponit, nam ſolet apprehendi ſecundum rationē vnius durationis, in qua vnum ſit prius altero ſecundum durationem, cum tamen reuera nulla ſit talis prioritas, neque ita ſit apprehendenda, ſed ſolum ſecundum rationem cauſæ, & effectus, nam ſi apprehenderemus, quod cauſare ſecundum aliquam rationem durationis ſit prius, quam cauſari, ſine dubio ſequerentur illa omnia abſurda, quæ nos ſupra attulimus contra illam ſententiā: at ſi intelligamus ſolum ſecūdum rationem cauſæ, nihil eſt abſurdi, nam ideo hoc cauſatur, quia illud cauſat, ergo eſt prius in ratione cauſæ: hoc autem modo nullum eſt inconueniēs, quod idem reſpectu eiuſdem ſit prius, & poſterius in diuerſo genere cauſę, nam cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſæ, vt patet de fine, & forma, quæ duæ cauſæ coincidunt, & ſunt idem, & tamen finis in cauſalitate finis prior eſt efficiente, & tamē in ratione formæ eſt poſterior in cauſando, eodem efficiente, quod idem patet de materia, & forma, quæ ſunt ſibi inuicem cauſæ, quia materia prima per formam habet eſſe actu, & ſubſiſtere. ergo eſt prior hac ratione, etiam forma non ſubſiſtit, niſi in materia, & materia eſt cauſa formæ in genere cauſæ materialis, ergo. atque hæc in gratiam A tantorum virorum dicta ſint, quibus ſatis commodè eorum ſententia, ſi tenēda eſſet, defendi poſſet.

Sequitur ex ijs, quę diximus, neque vere, neque ſecūdum ſententiā S. Thomæ dixiſſe Dominicum Soto, vbi ſupra, quod hi actus liberi arbitrij ſint diſpoſitiones ad gratiam, ſolum prout ſunt à libero arbitrio, ſint vero poſteriores gratia, prout ab eadem gratia pro B cedunt; Nam Sanctus Thomas non diſtinguit illud eſſe prius, & poſterius in ordine ad diuerſa principia, ſcilicet gratiam, & liberum arbitrium, ſed in ordine ad eamdem gratiam ſecundum diuerſas rationes conſideratam, vt dictum eſt, & hoc modo poſſe eſſe eadem gratia priores, & poſteriores, vt patet exemplis in hanc ſentētiam C adductis, & præterea etiam ratione, quod ſint diſpoſitiones ad gratiam, prout procedunt à gratia vel habituali in ſententia S. Tho. vel actuali in noſtra: quia ſunt diſpoſitiones ſupernaturales, contritioni, dilectionis Dei ſuper omnia, & pęnitentiæ, quæ non poſſunt mere procedere ex libero arbitrio, ſed ex gratia, vt dictum iam eſt; quare ſi dicuntur hæ diſpoſi- D tiones ad gratiam, eſſe motus liberi arbitrij, dicuntur ita; prout tamen ad eos producēdos mouetur liberum arbitrium à gratia, & ideo motus ille liberi arbitrij, vt ſic, potius paſſiue ſumitur, quam actiue.

Reijcitur Soti ſentētia.

QVAE-

Digitized by Google

QVÆSTIO VLTIMA.

An ſit dandum meritum de congruo.

QVæſtio hæc noſtra nõ videtur extra rem, quia cum conſtitutũ iam ſit, contritionẽ eſſe diſpoſitionem ad gratiam,eã que vt ſic antecedere, videtur poſ ſe in dubium reuocari, An vt ſic,il la contritio habeat aliquod meritum ad gloriam, quod nunc examinare, noſtrum inſtitutum erit, Deo ita fauente; idque breuioribus.

Prima ſententia eſt Capreoli 2.ſent.diſt.40.quæſtio.vnica, Soti lib.2.de nat. & gratia,cap.4.Medinæ part.2.quæſt.109.art.6.Aluarez diſput.69.numer.10. & videtur deſumpta ex S.Thom.1.2.q. 114.artic.5.fundamentũ eſt, quia meritum relationẽ habet ad præmium, ergo ſi in peccatore eſt aliquod meritum, neceſſe eſt, vt in eo ponatur aliquid,cui correſpon deat gratia iuſtificationis, aut vita æterna, tamquam præmium; ſed in peccatore nihil tale eſt, ergo. *S.Thom.*

Secunda ſententia eſt Mag.libr.2.ſent.diſt.27.Albert.Magn.in 1.diſt.41. art.2. ad 5. S.Bonauent. in 2.diſt.28.quæſt.3.Scoti,Duran. Gabr.in 2.diſt.28. Vegæ in Conc. Trid.lib.8.à cap.6.ad 15.Couarruuiæ prior.p.relect.§.4.nu.5.Bellarmin.lib.2.de pęnit.c.12. libro primo de iuſtif. cap.21.& libr.5.per *S.Bonauẽt.*

A plura capita.Coſmę Philiarchi lib. 3. de dogmatibus fidei; eandem velle videtur S.Tho. in 2.diſt.27. q.4. ad 4. & Richardus diſt.17.q. 4.& alij. *S.Thom.*

Notandum primo,in peccatore nos poſſe diſtinguere tres gradus operum; primus eſt eorum operum, quæ fiunt bona quidem; ſed quæ ſolum habent bonitatem moris, & fiunt ſolo concurſu Dei B generali; ſecundus eſt eorum,quę fiunt quidem ex auxilio ſpeciali Dei, ſed tempore præcedunt iuſtificationem; tertius eſt eorum, quæ & fiunt ex auxilio ſpeciali Dei, & vltimo diſponunt ad gratiam; attamen natura ſolum, non tempore illam præcedunt: Difficultas autem non eſt de prioribus operibus; certum enim videtur in ijs,nullum eſſe ponendum meri- C tum, neque etiam ex congruitate,quod veriſſimum in omni omnium ſententia eſſe conſtat:legantur Sotus, & Medina vbi ſupra, & Bellarmin. lib.1. de iuſtific.cap.21. qui id aperte docent; & Concil. Trid.manifeſte conuincit.ſeſsio.6. cap.5.& 6. & can.primo, ſecũdo, & tertio,quibus locis docet,totum initium noſtræ iuſtificationis peti a gratia præueniente, neminem- D que poſſe per naturę vires abſque adiutorio Dei credere, ſperare, diligere,& pęnitere ſicut oportet:& ratio ipſa ſuadere videtur, nam licet meritum ex congruitate innitatur liberalitati Dei, nihilominus tamen, quatenus tale, debet eſſe opus habens in ſe aliquã congruitatem, cui Deus reſpondeat in reddendo, vt eleganter docet *Conc.Trid.*

Domi-

Digitized by Google

Dominus Bellarminus libr. primo de iuſtificat. cap. 21. At vero cum huiuſmodi opera non ſint facta ex auxilio ſpeciali adiuuante, & excitante, nullam talem habere poterunt congruitatem, aut ad gratiam iuſtificantem, aut ad vitã æternam; id, quod clare docet D. Thom. 1. 2. quæſt. 114. artic. 5. vbi aſſerit hanc propoſitionem, Fides meretur iuſtificationem, eſſe retractatam ab Auguſt. libr. 1. retractat. capitul. 23. ſi fides accipiatur pro ea, quæ ſolis viribus liberi arbitrij acquiſita eſt. ex quo ſatis patet, ex mente Sanctiſsimi Doctoris excludi rationẽ meriti ab ijs, q̃ fiunt ex ſolo libero arbitrio; in quo autem ſenſu intelligendus ſit idem Auguſtinus, cum tum epiſtola 105. & 106. dicit *fidem mereri iuſtificationem*, ex propria ſententia, & in vero ſenſu, tum ibidem cum dicit fides meretur gratiam bene operandi; legatur idem Bellarmin. loco citato ad finem: vt loquatur ibi D. Auguſt. de fide quidem ſupernaturali, ex gratia præueniente, atque adiuuante data; ſed quæ præcedit charitatẽ, & remiſſionem peccatorum, quatenus ſcilicet ex fide omnis iuſtitia initium ſumit, vt idem S. Aug. hẽt epiſtol. 105. dicens, *reſtat igitur vt ipſam fidem, vnde omnis iuſtitia ſumit initium, non humano, quo iſti extolluntur, tribuamus arbitrio, neque vllis præcedẽtibus meritis, quoniam inde incipiunt bona quæcunque ſunt merita, ſed gratuitum Dei donum eſſe fateamur*; vnde Sanctus Auguſtinus tali fidei meritum impetrationis attribuit, modo nunc iam explicando: igitur quoad hęc priora opera nulli eſt dubium, quin ab illis iure excludatur omnis ratio meriti. Quare difficultas ſola erit de alijs operibus.

D. Thom. *D. Auguſt.* *D. Auguſt.*

A

Notan. ſecundo, in hoc potiſsimum differre meritum de condigno, ac meritum de congruo (ſupponimus autem hoc loco, id quod Bellarminus vbi ſupra, multis probat contra hæreticos hanc diſtinctionem in meritum de congruo, & de condigno, non eſſe commẽtitiam, ac nouam, ſed paſſim in vſu apud omnes Patres, & optime deduci ex ſacris litteris,) quod meritum ex condignitate innititur iuſtitiæ, quæ eſt in ipſo opere, vt ex gratia proficiſcitur, ſuppoſita promiſſione, atque ordinatione diuina, vt colligitur ſatis clare ex Concilio Tridentin. ſeſsion. 6. cap. vltimo dicente, *bene operantibus vſque in finem, & in Deo ſperantibus proponenda eſt vita æterna, & tanquam gratia filijs Dei per Chriſtũ Ieſum, miſericorditer promiſſa, & tanquam merces ex ipſius promiſſione bonis ipſorum operibus & meritis fideliter reddenda*; vnde bene Sanctus Auguſtinus ſermo. 16. de verbis Apoſtoli, ait, *Debitor nobis factus eſt Deus, non aliquid accipiendo, ſed quod ei placuit, promittendo. Aliter enim dicimus, homini, Debes mihi, quia dedi tibi, et aliter dicimus, Debes mihi, quia promiſiſti mihi: Deo igitur quid dicamus? redde mihi, quia dedi tibi: quid dedimus Deo, quando quod ſumus, & quod habemus boni ab illo habemus? nihil ergo ei de-*

B C D

In quo differant meritũ de condigno, & meritum de congruo.

In quo ſit meritum ex condigno.

Conc. Trid.

D. Auguſt.

Digitized by Google

ei dedimus, non eſt quemadmodum iſta voce exigamus debitorē Deum: illo ergo modo poſſumus exigere Dominum noſtrum, redde quod promiſiſti, quia fecimus quod iuſſiſti, & hoc tu feciſti, qui laborantes iuuiſti: & S.Fulgentius in prologo librorum ad Monimū, *nam,* inquit, *& ſeipſum ſua largitate dignatus eſt facere debitorem:* Duo igitur habet meritum de condigno, ſcilicet, condignitatem operis ex gratia, & promiſsionē Dei, qua promiſit prædictum opus remunerare, iuxta illud Pauli 2. ad Timoth.4. *quam reddet mihi in illa die iuſtus index,* vt propterea poſſet iure dici iniuſtus, niſi ſeruaret huiuſmodi promiſſionem, iuxta illud S.Auguſt. libr. de natur. & gratia cap.2. *nō eſt iniuſtus Deus, qui iuſtos fraudet mercede iuſtitiæ,* & lib.4. in Iulianum cap.3. *Per quod,* inquit, *vera iuſtitia, per hoc & regnum Dei, Deus namque ipſe, quod abſit, erit iniuſtus, ſi ad eius regnum verus non admittitur iuſtus;* meritum vero ex congruitate ſoli innitatur miſericordiæ, & liberalitati Dei; cum nullum habeat, neque ponat ius ad gloriam, ſed ſolum, vt ſicut eſt congruum, ex auxilio ſpeciali, hominem agere id quod poteſt, vt ſe diſponat, ita etiam ſit congruum liberalitati Dei, ac miſericordiæ præſtare id quod decet eius bonitatem, & liberalitatem erga homines. iuxta illud Ioelis 2. *Conuertimini ad Dominum Deum veſtrum, quia benignus, & miſericors eſt,* quod idem colligitur Daniel.4. Ionæ 5. Vnde colligimus id, quod aduertit etiā

S.Fulgent. | Paul.ad Timot. | S.Auguſt. | In quo ſit meritum de congruo. | Ioel.2. | Dan.4. | Ion.5.

A Illuſtriſsimus Bellarmin. libro primo de iuſtif.cap.2. ad meritum ex condignitate, ſequi ex lege Dei infallibili præmium, niſi peccato mortali impediatur, vt qui hoc titulo petant vitam æternam, non tam allegent miſericordiam, quā iuſtitiam, & fidelitatem; At vero ad meritum ex congruitate, non ſequatur præmium ex lege Dei infallibili, vnde hi non tanquam B præmium, mercedem, aut ſtipendium vocant iuſtificationem, ſed gratiam, ſed miſericordiam, iuxta illud ad Rom.3. *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius,* gratis, inquam, ad eum modum, quo intellexit Concil.Trident. ſeſs.6. cap.8. quo loco dixit hominē iuſtificari gratis, quoniam neque fides, neque opera, quæ iuſtificationem præcedunt, eam merentur, legatur Bel- C larminus vbi ſupra libr. primo de iuſtif.ca.21. Initio, quo loco explicat, quot modis intelligi poſsit illud Apoſtoli, quod paulo ante retulimus. *Iuſtificati gratis, &c.*

Ad Rom.3. | Conc.Trid.

Notand. tertio ex dictis colligi ad meritum inter nos, & Deum aliqua requiri ex parte actionis, quæ eſt meritoria, aliqua ex parte perſonæ, quæ meretur, aliqua ex D parte Dei, apud quē meretur: ex parte quidē actionis, quę eſt meritoria, tria requiruntur: primū, vt actio ſit libera, nam ex naturalibus, neque meremur, neque demeremur: ſecundum vt actio in genere moris ſit bona ex obiecto, fine, & omnibus circumſtantijs; tertium vt actio ſit præmio proportionata; id eſt, ſi ſit meritoria ex condigno, vt habeat condignitatem,

Quæ requirantur actio ut ſit meritoria.

tatem, æqualitatem, & ius ad præmium, ſi vero ſit meritoria tãtum de congruo, vt ſolum habeat congruitatem ad præmium, ad modũ iam explicatum; Ex parte vero perſonæ, quæ meretur, requiritur, vt ſit perſona grata Deo, & accepta ex gratia inhabitante, ſi de cõdigno mereatur; at ſi ſolum de congruo, vt ex Spiritu Sancto mouente ſit vltimo ad gratiam inhabitantem diſpoſita; ſecundo requiritur, vt perſona ſit viator, & non comprehenſor; ex parte denique Dei requiritur, vt ſit inſtitutio diuina, & ordinatio, qua acceptet meritum, vt remunerandum, quæ omnia ſatis nunc ſit innuiſſe, fuſior enim de illis tractatus pertinet ad locum vbi agitur de merito ex 1.2. quæſt. 114. his præmiſſis ſit

Ex parte perſona quæ meretur.

Ex parte Dei.

Prima concluſio, nulla videtur repugnantia, ponere meritum de congruo in operibus ſecundi illius generis.

Probatur primo ex illo Apoſtoli ad Rom. 4. *Ei, qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum*, ex quibus videtur ſatis aperte innuere Apoſtolus dari mercedem, quę ſecundum gratiam imputari poſſit, & non ſecundum debitum, cuiuſmodi eſt præmiũ, quod reſpondet huic merito de congruo, ergo ſecundum Apoſtolum ſupponitur eſſe hoc meritum de cõgruo.

Paul. ad Ro.

Secundo Ioelis 2. *Conuertimini ad Dominum Deum veſtrũ, quia benignus, & miſericors eſt*, certum autem videtur eo loco prophetã non loqui de conuerſione ex con-

Ioel. 2.

A dignitate; nam ſecundum hanc non allegatur, ad obtinendam petitionem, miſericordia, benignitas, ſed iuſtitia, ſed fidelitas, vt iam etiã innuimus, ergo cũ propheta velit nos conuerti ad Dominum, & ſic ex miſericordia obtenturos remiſſionem peccatorum; certe nobis ſatis clare indicauit hoc noſtrum meritum de congruo; nam ſolum ex hoc merito datur, noſtris operibus ex auxilio diuino B factis, gratia.

Secundo probatur cõcluſio ex D. Auguſt. tum alibi, tum epiſtola 106. vbi ſic habet, *ſi quis dixerit, quod gratiam bene operandi fides mereatur, negare nõ poſſumus; imo confitemur*, & idem tractat. 44. in Ioan. *Si peccatores*, inquit, *non exaudiret Deus, fruſtra publicanus C dixiſſet, Dominus propitius ſis mihi peccatori*, & cõcludit poſt multa Auguſtinus; *hac confeſſio meruit iuſtificationem*; certum autẽ eſt, fidem, & conuerſionem peccatoris, vt præcedunt charitatem, & remiſſionem peccatorum, non mereri gratiam ex condigno, ergo de congruo: quia tam fides, quam cõuerſio ſunt opera à Deo, D dona Spiritus Sancti, elicita ex præuenienti gratia, ac fauore, ergo habẽt dignitatem aliquam ad præmium; non condignam, ergo congruam; & ex hoc optima deduci poteſt ratio pro concluſione.

D. Auguſt.

Probatur igitur tertio ratione, quia huiuſmodi opera, vt fiũt ex auxilio ſpeciali Dei, aliquam videntur ſortiri poſſe congruitatem ad vitam æternam, vel iuſtificationem, ergo.

Secun-

Secunda concluſio: in operibus tertij generis videtur omnino ponēdum meritum ex congruitate.

Hanc concluſionem habet Doctiſsimus Aluarez ſupra num. 15.

Probatur concluſio; tum quia huiuſmodi opera fiunt ex auxilio ſpeciali Dei ad eum finem, vt homo diſponatur ad iuſtificationis gratiam, tum quia hæc non præcedunt huiuſmodi gratiā tempore, ſed tantum natura; vnde illam habent concomitanter, iuxta ea, quæ ſupra diximus, ergo hæc opera aliquo modo dicenda ſunt mereri ipſam gratiam iuſtificantem, non de condigno, quia, & ſi fiant à Deo extrinſecus excitante, & adiuuante, non tamen fiunt à Deo intrinſece inhabitante, per gratiam inhærentem, ergo de cōgruo.

Paul. ad Ro. Sequitur primo, recte dici ab Apoſt. ad Rom. 3. *nos gratis iuſtificari per gratiam ipſius Chriſti*, non quia tollatur ratio meriti de congruo, vt volūt nonnulli Theologi, ſed quia actus peccatoris, quibus ad gratiam iuſtificantem diſponitur, ſunt dona Dei, eliciuntur enim non ex vi liberi arbitrij, ſed virtute diuina excitante, & adiuuante ipſum liberum arbitrium.

D. Auguſt. Sequitur ſecundo, S. Auguſtinum contra Pelagianos id ſolum affirmaſſe, gratiam non dari ſecūdum noſtra merita, loquendo de illis operibus factis ex vi ſolius liberi arbitrij ſine ſpeciali gratia Dei, vt colligere licet ex eodem Auguſtino ex lib. de gratia, & lib. arbit. à cap. ſexto, vt propterea re-

A tractauerit illam ſententiam, *fides meretur remiſſionem peccatorum*, vt ſupra diximus; non autem de ijs, quæ fiunt ex ſpeciali Dei adiutorio; ita vt hæc non poſſint aliquo modo mereri ipſam remiſſionem peccatorum; nam, vt patet ex eodem epiſtol. 105. clare patet, neque ipſam remiſſionem peccatorum eſſe ſine aliquo merito; Vnde ne dicatur Sanctus B Auguſtinus ſibi contrarius; dicendum eſt, hoc ſecundo loco loqui Auguſtinum, de hoc merito congrui, quod ſupponit quidem gratiam, non quidem habitualem, nam vt ſic eſſet meritum de condigno, ſed actualem, quatenus ſcilicet videtur congruere pietati diuinæ, huiuſmodi operibus, ex gratia adiuuante factis, Deum datuC rum ſuas benignas aures; vt hoc modo dicantur peccatores exaudiri a Deo aliquando; quia ſcilicet peccatores habēt huiuſmodi bona opera ex gratia, vt ſupra facta; vnde Deus non ex lege aliqua infallibili, neque ex iuſtitia det illis gratiam iuſtificantem, ſed quia ſibi videatur congruum, ac ſuæ pietati maxime conforme, huiuſmodi preces non inanes, ac vacuas diD mittere, ſed potius illas exaudire, iuxta ſuæ bonæ voluntatis beneplacitum: quare non eſt, cur aliquando hæc ſententia Pelagiano errore arguatur, cū iam, vt diximus, habeat fundamenta ſatis firma.

Ad fundamentum contrariæ ſententiæ, iam ex dictis patet ſolutio; dicimus enim, cuique merito correſpondere ſuam mercedē,

ſuum

ſuum premium; ſed, quale eſt meritum, talem eſſe mercedem affirmamus, igitur merito de cõgruo, præmium de congruo, ſicut merito de condigno, præmium de condigno dandum erit; id, quod docte Bellarminus vbi ſupra deducit ex verbis Apoſtoli ad Romanos 4. ſupra allegatis; *Ei, qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum*, vt S. Apoſtolus videatur innuere duplicem rationem præmij, vt aliud ſit ex gratia, id ſcilicet, quod datur ex congruo; aliud vero ex condigno, quod datur ex iuſtitia.

Pau. ad Ro

Ex dictis poteſt ſolui dubium illud, quo aliqui quærunt, vtrum prima gratia poſsit cadere ſub meritum, quod ſit in diſpoſitione prævia ad ipſam gratiã, licet enim Thomiſtę vt plurimum id negaſſe videantur, quia cum aſſerant vltimam diſpoſitionem ad gratiã, effectiue eſſe ex ipſa gratia, conſequenter aſſerant neceſſe eſt, nullo modo illam poſſe mereri; nemo enim dicitur mereri, quod iã habet, ac poſsidet. Attamen nos quia cum alijs Theologis, quos ſupra citauimus, diximus, vltimam diſpoſitionem ad gratiam eſſe ex auxilio ſpeciali Dei, & re, ac natura ipſam præcedere, modo iam explicato; cõſequenter aſſerimus, tamquam probabilius, & verius, vltimam diſpoſitionem mereri ipſam gratiam, non quidem ex condignitate, ſed ex congruitate, id quod diuinæ pietati conformius duximus. Atque hæc de hac ſectione.

A

SECTIO QVARTA.

De Contritione, vt eſt in præcepto.

QVAESTIO PRIMA.

An ſit aliquod præceptum contritionis.

B

IAm ſupereſt, vt veniamus ad hanc tertiam ſectionem, & quoniã iam in ſuperioribus actum eſt de contritione ſecundũ ea, quę illam immediate, & intrinſece ſequebantur; nunc veniendũ eſt ad ea, quę extrinſecè eam conſequuntur: Vnde diſputabimus, de præcepto ipſius; An ſcilicet ſit aliquod præceptum contritionis; quodnam ſit illud, & quando obliget, ſic enim rectus ordo poſtulare videtur. Hoc igitur priori loco, erit quæſtio, An aliquod ſit pręceptum de contritione.

C

Pro explicatione ſciendũ eſt, nihil aliud quæri in hac quæſtione, niſi, An ſit neceſſaria Pœnitentia, ita vt, qui non pęniteat, non ſolum non aſſequatur veniam peccatorum; verum & de nouo peccet pp trangreſſionem præcepti.

D

Prima ſententia eſt, negãtium eſſe præceptum aliquod de contritione, nam exiſtimant contritionem eſſe ſolum neceſſariam neceſſitate medij, ita Victoria, referente Cano, p. 4. relect. de pęnit. initio; cui videtur fauere D. Tho. S. Thom. 2.2.

2.2.q.14.art.2. & in 2.ſent.diſtin. A 43.q.1.artic. 3.ad 3.argumẽtum, vbi aſſerit perſeuerantiam in peccati vſque ad mortem, non eſſe ſpeciale peccatum, ſed ſolam peccato concomitantiam: ex quo videtur concludi poſſe ex ſententia D.Thom. neque de contritione, quæ perſeuerantiæ illi in peccato opponitur, eſſe ſingulare præceptum.

S.Thom. Secunda ſententia eſt affirmãtium, dari præceptum de contritione, & quidem iuris diuini, ita Canus, vbi ſupra, ſequutus D.Th. in 4.diſt.17.quæſt.2.art.2.quæſt.3.ad 2.argumentum, & q.3.artic.1.quæſt.4. 2.2.q.62.art.vltimo 3.p.q.84.art.5.ad 2.art.7.ad 1.& 2.& denique quæſt.85.art.1.in argumento. Sed contra; Scholaſtici communiter in 4.diſtin.17. Sotus ibidem quæſt.2.art.6. Andr.Vega lib.13.in Concil.Trident.cap.19.& 20. Io.Medin. C.de pœnit.quæſtio.2.tit.1. Viguerius de Sacramẽto pœnit.cap.de contrit.verſ.11. Illuſtriſs. Bellarmin.libr.2.de pœnit.cap.8. Coſmas Philiarch.libr.2.de Sacrament. pœnit. cap.21. Suarius quæſt.90.diſput.15.ſect.1. Didacus Nugnus ad 3.p.quæſt.2. art.3. dub.2.

Quæ diſtinctio inter neceſſitatem medij, & neceſsitatem præcepti. Notandum primo, inter neceſſitatem medij, & neceſſitatẽ præcepti, illud potiſsimum diſcrimen eſſe, vt ſi quod eſt neceſſarium primo modo, ea ratione, qua neceſſariũ eſt, vel in re, vel in voto non habeatur, nullo modo contingat ſine illo finem haberi, etiamſi ex ignorantia inculpabili id accideret; neceſſarium autem ſecundo modo id non habeat, neq; enim id impedit aſſecutionem finis, ſi ſcilicet ex impotentia fiat, vt non habeatur; vt propterea tunc excuſet a peccato; quod ſi duplex hæc neceſſitas in aliquo vno reperiatur; tunc impotentia excuſabit quidem ab obligatione præcepti, ſed non ſupplebit efficacitatem medij.

B Notandum ſecundo ex communi ſententia; legantur Suarius ſupr.num.7. & Nugnus item vbi ſupra; ea omnia, quæ ſunt neceſſaria neceſſitate medij, & ſunt immediate in noſtra poteſtate, eſſe etiam neceſſaria neceſsitate præcepti; tum naturalis, id eſt, ex natura rei, ſequentis talem neceſsitatem, tum poſitiui, id eſt, pendentis à voluntate legiſlatoris; hoc e- C nim ratio ipſa dictat, vt ſi quid ſit neceſſarium ad finem conſequendum, id eligamus; neque enim vt docuit Sotus ſupra quæſt.2. art.6. & habetur ex Ariſtot.2.Ethic. qui medium inſtituiſſet, bene ſubditis prouidiſſet, ſi nullam tale medium eligendi, obligationem induxiſſet. *Ariſt.2. Ethic.* Diximus, & ſunt immediate, &c. propter gratiam iuſtificantem, quæ non cadit ſub præcepto, cum tamen ipſa ſit me- *Gratia iuſtificans non cadit ſub præcepto.* D dium neceſſarium, & ſit in noſtra poteſtate, in ratione diſpoſitionis præuiæ, vt etiam aduerterunt Sotus, & Canus vbi ſupra, nam gratia immediate eſt à Deo, non autẽ a nobis. Itaque ſatis erit ad noſcendam neceſsitatem præcepti circa pœnitentiam, oſtendere neceſsitatem medij; vt habent Sotus, Canus, & Bellarmin. ſupra. Diximus

ſecun-

ſecundo, In noſtra poteſtate, &c. vt excluderemus; quæ a ſola Dei voluntate dependent, vt ſunt incarnatio Chriſti Domini, & alia huiuſmodi, &c.

Notandum tertio, neceſsitatẽ medij non pendere ex natura ſua à neceſſitate præcepti; nam, cum
S.Thom. ex S.Thoma par.2.q.90.art.4.pręceptum etiam promulgatum abſentes non obliget, niſi ad eorum notitiam vel peruenerit, vel peruenire potuerit; Theologi bene concludunt, quod ſi quis nihil audierit, aut audire potuerit de Chriſto, v.g. non tenetur diuino præcepto ad eius fidem, & baptiſmum ſuſcipiendum, & tamen ſi illo careat, carebit medio neceſſario ad finem, & eodem modo idem poſſumus nos philoſophari de pęnitentia.

Vnica concluſio: Videtur certiſſimum, ac de fide, præceptum contritionis eſſe.

Probatur concluſio primo ex ſcripturis, quæ ita loquuntur de pœnitentia (nomine autem Pœnitentiæ ipſam hoc loco intelligimus contritionem) vt aperte ſignificent, eſſe de illa præceptum, primo igitur colligitur ex verbis
Luc.13. Luc.13. *niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis*, quæ verba ſine dubio dicta ſunt ante Sacramenti inſtitutionem (id quod dico, ne quis exiſtimaret illa intelligi de Sacramento Pœnitentiæ,) & ſunt ſimilia ijs, quæ dicũtur de
Ioan.6. Euchariſtia Ioan.6. *niſi manducaueritis, &c.* Item ijs, quæ Ioan.3.
Ioan.3. dicuntur de baptiſmo, *niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* Vnde ſicut ex his verbis Chriſti, colligitur neceſsitas præcepti baptiſmi, & Euchariſtiæ, ſic ex ſupradicto loco Luc.13. & alijs, quæ afferemus, optimè colligi poterit pręceptum contritionis, vt recte colligunt Canus, Sotus, & alij ſupra citati.

Secundo poteſt colligi huiuſmodi præceptum ex Matth.3. & Act.2. quo loco Petrus dixit, *pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum*, vbi vt videre eſt, eodem modo præcipitur baptiſmus, ac pęnitentia cordis. Matt.3. Act.2.

Tertio colligitur ex verbis Matthæi 4. vbi ſic habetur, *pœnitẽtiam agite, appropinquauit enim regnũ cælorum*, Act.3. *pœnitemini, & conuertimini, vt deleantur peccata veſtra.* ex quibus, & alijs, quæ afferuntur, præſertim a Cano, Soto, & Bellarmin. vbi ſupr. bene deducitur huiuſmodi contritionis præceptum. Matt 4. Act.3.

Quarto colligitur etiam ex alijs locis ſcripturæ, quibus peccatores reprehenduntur, quod nolint pęnitere. Prouerb. primo, *quia vocaui, & renuiſtis, ego quoque in interitu veſtro ridebo*, Iſai.65. *omnes in cæde corruetis, pro eo, quod vocaui, & non reſpondiſtis*; alia his ſimilia ſcripturæ loca habent ijdem Doctores, quos ſupra receſuimus, quibus idem probatur: Certe niſi præcepto obligarentur homines ad pęnitentiam, Deus non comminaretur illis tot mala. Prouerb.1. Iſa.65.

Secũdo probatur concluſio auctoritate SS. Patrum. S.Auguſtin. epiſtol.48. ad Vincentium, vbi ſic habet, *nec quemquã putes ab errore ad veritatem, vel à quocunq; ſen* D. Auguſt.

magno,

magno, ſeu parno peccato ad correctionē ſine pænitentia poſſe trāſire.

Tertull. Tertulliani li. de pœni. quo loco tādē poſt multa, ſic hēt, *bonum eſt pæniteere, annō? quid reſoluis? Deus præcipit.* legatur Hiero. in Eccl. c. 7.

S. Hieron.

S. Thom. Tertio ꝓbatur rōne, q̄ deducitʳ ex D. Th. 2. 2. q. 3. ar. 2. & p. p. q. 68. ar. 1. & ſequūtur Sot. Med. & alij, Conc. Trid. ſup. & hř ex Cōc. Tr. ſeſ. 6. c. 14. & ſeſ. 14. c. 4. vbi dicit. *contritionē omni tēpore fuiſſe neceſſariā ad iuſtificationē*: pnīa eſt neceſſaria neceſſitate medij, ergo etiā eſt neceſſaria neceſſitate p̄cepti, ſeq̄la patet; nā vt ſuppoſuimus, q̄ ſunt neceſſaria neceſſitate medij, ſunt ēt neceſſaria neceſſitate p̄cepti, ſi ſint in nřa ptāte, vt iā diximus, ſed huiuſmodi eſt pœnitentia, ergo.

D. Thom. Secūdo ꝓbatur alia rōne, q̄ deducitur ex D. Th. 3. p. q. 84. ar. 5. ad 2. p̄ceptū charitatis obligat ēt ad ꝓcurādā ſalutē noſtrā, ſed vt ēt cōcedit cōtraria ſnīa, cōtritio poſito peccato, eſt neceſſaria neceſſitate medij, ergo ex p̄cepto charitatis, tenemur hře, & elicere hoc medium.

Tertio adhuc ꝓbatur, quia ita vř cōparari cōtritio cū peccatore fideli, ſicut baptiſmus cū peccatore ĩfideli, ſed peccatori infideli pręceptū eſt de ſuſcipiēdo baptiſmū, ergo eadē rōne peccatori fideli p̄ceptū erit de eliciēda pnīa, quia quo ad hoc videtur eſſe æqua ratio.

Reſpōdent nōnulli argō allato, illud nō cōcludere, quia nō ſit vtriuſq; eadē rō, aſſerūt. n. diſcrimē eſſe inter baptiſmū, & cōtritionem, qđ, qui eſt iuſtificatus ante baptiſmū, adhuc tñ dēt ſuſcipere baptiſmū, qui vero iuſtificatus eſt poſt peccatū, nō tenetur amplius p̄cepto pnīæ, ſi in iuſtitia p̄manſerit.

Andreas Vega, Medin. locis cit. Suar. ſup. nu. 6. & alij, vt ſuſtineant argm̄ iā factū, aſſerunt aſſignatū diſcrimen inter baptiſmum, & pęnitentiam nullo modo eſſe admittendū, legantur hi Doctores.

Sed nos libēter dātes aſſignatū diſcrimē, reſpōdemus, illud nō facere ad rē, quia illud diſcrimē tm̄ oſtēdit diuerſā eſſe naturā p̄ceptorū, quia p̄ceptū baptiſmi eſt iuris poſitiui, contritionis vero eſt iuris diuini naturalis; vnde hoc tm̄ obligat in ordine ad finē, quo aſſecuto p̄ceptū nō amplius obligat, ētſi talis finis aliūde habitus ſit q̄ per tale mediū, quare argm̄ adhuc verſatur in ſuo robore, quia vis illius in alio ſita eſt, in illa ſcilicet ſimilitudine, quæ vera eſt inter illa duo.

Vltimo probatur, quia non alia rōne potuit S. Th. dixiſſe in 2. 2. q. 14. ar. 2. ꝓpoſitū non pęnitēdi eſſe diſtinctū peccatū, niſi quia peccatur cōtra diſtinctū pręceptū, ergo. S. Thom.

Obijcitur primo, quia ſi eſſet diſtictū p̄ceptū pnīæ, ſequeretur neminē poſſe dānari pp vnū peccatū ſed ad minimū neceſſario requiri duo, primo. n. dānabitur pp peccatū, qđ peccator dēt deteſtari, tum propter peccatū, qđ nō pęnituit.

Rndetur primo, ſi id totū cōcedatur, fortaſſis nō futurū magnū incōueniēs, legātur Suar. ſup. ſec. 2. n. 14. Bottar. tra. 1. de eff. cōtrit. c. 72. Dida. Nug. vbi ſup. ad argumenta.

Reſpōdetur 2. negādo ſequelā, fieri. n. pōt, vt qs ſubita morte corripiatur, & ſic nō tenebitur pręcepto cōtritionis, & damnabitur pp

Digitized by Google

contritio habet pro obiecto id, qđ eſt obiectum formale Virtutis Pœnitentiæ, nam illius obiectum eſt deteſtari peccatum ꝓpter Deum, pœnitentiæ vero eſt, velle vindicare peccatum, quæ ſunt formaliter diſtincta: Vnde ex noſtra ſententia videtur falſo negaſſe Nugnus antecedens illud, vt defenderet, quod videtur oĩno falſum, dari ſ. præceptum per ſe virtutis pnĩę: Vnde ꝓ ſolutione illius argumẽti dicimus ex nr̃a ſn̄a; ſi noĩe pnĩæ intelligamus, voluntatẽ illã ſatisfaciendi, de qua diximus ſup. loco, citato certum videri illius nõ dari diſtinctũ p̃ceptum: & rõ eſt, quia ille actus reflexus, quo quis vult ſatisfacere, nõ requiritur explicitus, atq; ita non hẽt diſtinctũ p̃ceptum p ſe: neq; dicas eſſe diſtĩctã virtutẽ, virtutem pnĩæ, vt iam loco citato ꝓbauimus, quia ſunt ẽt plurimæ aliæ virtutes q̃ tamen nõ habent diſtinctũ præceptũ, pp exiguitatẽ, & impfectionẽ actus, cuiuſmodi eſt pnĩ virtus; huius.n. actus nõ hẽt honeſtatẽ, niſi quatenus eſt efficax; atq; ideo ſi habeatur cõtritio ſine illo actu pnĩę virtutis, ſatis erit ad ſalutẽ; ſi vero noĩe pnĩæ intelligamus ipſam cõtritionẽ, iam dictum eſt, dari præceptũ illius: Reſpondemus ergo, & Nugno, & Suario, Contritionis dari quidem præceptum propter ea, q̃ iã diximus, nõ aũt dari pręceptũ pnĩæ virtutis ex rõne allegata; vnde cũ tota efficacia virtutis pnĩę pẽdeat ex actu, quem hẽt annexum tamq̃ actũ alterius virtutis cõtritionis, ſufficit, vt huius ſolum detur p̃ceptũ, cũ hæc ſit vltima diſpoſitio

Satisfit. & Nugno. & Suario.

A ad gratiam iuſtificãtẽ, non illa, vt loco iam citato fuſius diximus.

QVAESTIO SECVNDA.

Cuiuſmodi ſit hoc præceptum contritionis.

OStendimus in ſuperiori quæſtione, eſſe præceptum de contritione; non autem cuiuſ- B modi ſit illud; An ſcilicet ſit naturale, An poſitiuum, quod nunc inquirendum eſt à nobis, pro quo

Supponendum eſt ex Suario vbi ſupr. quæſt. 90. diſput. 15. ſect. 3. nu. primo, & Didaco Nugno etiam vbi ſupra ad 3. part. quæſt. 2. art. 3. dub. 3. præceptorum alia eſſe naturalia, alia poſitiua; rurſus quæ ſunt naturalia, alia eſſe, quæ conſequuntur naturam, vt ſic, C quæ ſcilicet natura ipſa ex ſe elicere poteſt, & contra diſtinguuntur à ſupernaturalibus, quæ ex ſolo diuino fauore, & non ex ſola naturæ vi elici poſſunt; alia, quæ diſtinguuntur abijs, quæ ſunt poſitiua; quæ licet ſint ſupernaturalia, dicũtur tamen naturalia, quia ipſi gratiæ ſunt connaturalia, ab homineque diuino fauore adiuto, atque per fidem illuſtrato [illegible] D ciuntur; Poſitiua autem præcepta ſunt, quæ oriuntur ex libera Dei voluntate, cuiuſmodi ſunt præcepta Sacramentorum. Difficultas igitur eſt, An præceptum contritionis ſit ex præceptis prioris generis, an vero ſecundi generis; & quia certum eſt, non eſſe ex ijs primi generis, quæ poſſunt elici ab ipſa natura, vt ſic; cum huiuſmodi

Præcepta alia ſunt naturalia, alia poſitiua.

Quæ naturalia.

Quæ poſitiua.

præceptũ ſit ſupernaturale; difficultas eſt, An ſit ex ijs primi generis, quæ conformia ſunt ad naturã ipſius gratiæ; & poſſunt elici ab ipſa quidem natura, ſed adiuta diuino fauore particulari.

Prima ſententia eſt aſſerentiũ, præceptum contritionis pertinere ad præceptum charitatis, quatenus charitas dicit amicitiam cum Deo; ſic enim charitas præcipit, vt & conſeruemus amicitiam cum Deo, et ſi amiſſa ſit, recuperemus illam: meminit huius ſententiæ Andreas Vega libr. 13. in Concil. Trid. cap 20. illam autem ſequitur Marſilius in 2. q. 18. Canus in relect. de pęnit. par. 4 Sotus in 4. diſtinct. 17. quæſt. 2. art. 6. & videtur etiam accedere Scotus quæſ. 1. artic. 1.

Verum hanc ſententiam nunquam ſatis probare potuimus ex ea parte, qua aſſerit, pertinere hoc præceptum ad charitatem, perinde quaſi charitas obliget ad conſeruandam, retinendamque gratiam; quia nullum exiſtimamus eſſe præceptum diſtinctũ de conſeruanda gratia ab alijs præceptis, vt dicemus.

Secunda ſententia eſt eorum, qui putant præceptum contritionis pertinere quidem ad charitatem, ſed qua ratione charitas præcipit, vt amemus nos, & noſtra bona; ita Scotus loco citato, vbi loquitur quidem de confeſſione, ſed conſequenter idem tenetur dicere de contritione, videntur etiam accedere ad hanc eandem Sotus, & Canus locis cit.

Verum neque hæc ſententia

A ſatis probatur, qua ratione reuocat præceptum contritionis ad pręceptum charitatis, qua quis debet ſeipſum diligere; ſequeretur enim quod, quis peccando dupliciter peccaret; quod non videtur concedendum, niſi tamen damnum illud ſpirituale per ſe intenderetur; nam tunc ſpecialem haberet malitiam; quod ſi id non intendatur, neque haberet ſpecialem

B aliquam malitiam, damnum autem illud ſpirituale concomitatur omne, & quodcunque peccatum; vnde non ſemper ponit diſtinctã peccati rationem, neque eſt eadem ratio in damno corporeo, quia hoc perficitur actione externa, neque dependet ab intentione, vt infra fuſius dicemus.

C Tertia ſententia eſt aliorum, qui ponunt quidem hoc præceptum ſpectare ad eandem charitatem, ſed quatenus hac tenemur diligere Deum, & noſmetipſos; ſequuntur etiam hunc modum Sotus, & Canus vbi ſupra.

Sed neque probanda videtur huiuſmodi ſententia, quia ſi id verum eſſet, ſequeretur cum illa duo ſint diſtincta præcepta, & habeãt

D diſtinctam obligationem, diligere ſcilicet ſe, & diligere Deum, in ſingulis peccatis duplicem ineſſe rationem malitiæ, & conſequenter duplex peccatũ, qđ abſurdũ eſt.

Quarta ſententia eſt negantiũ, de contritione eſſe præceptum naturale, & ſolum ponentium præceptum poſitiuum, ita Ioan. Med. C. de pœnitent. tractat. 1. quæſtio. ſcđa, & ex parte videtur accedere

Digitized by Google

Vega lib.13.in Concil.Trid. c.20. vbi conatur hoc pręceptũ reuocare ad præceptũ de non occidendo.

Sed quoad ſententiam Medinæ infra dicemus, quid de ipſa ſit ſentiendum; quoad autem ſentẽtiam Vegæ, quatenus dicit præceptum contritionis reuocari ad pręceptum de homicidio, dicimus eſſe omnino falſam, tum quia ex D.Thom.par.2.& ſequuntur Canus de pęnit. p.3. Suarius ſupr.diſput.15.ſect.3.nu.14. non eſt neceſſe, oĩa iuris naturalis præcepta reuocari ad decem præcepta Decalogi, quia in præceptis Decalogi continentur tantum ea, quæ euidẽter deducuntur ex principijs naturæ: tum quia alias ſequeretur, in ſingulo quoque peccato ineſſe duplicem rationem peccati, ſcilicet, & quia ſeipſum ſpiritualiter occidit, & quia peccat contra rationem, quod abſurdum eſt.

Rejcitur Vega.

S.Thom.

Neque obeſt, quod ait Vega, aliam eſſe rationem in alijs peccatis, & aliam in peccato impęnitentiæ, quia alia non afferunt dãnum irreparabile; impęnitentia autem affert.

Non obeſt, inquam, tum quia videtur ille ſupponere impęnitentiam non eſſe, niſi in fine vitæ, quod forte falſum eſt; tum quia inferre damnum irreparabile, aut reparabile; non inferunt diſtinctam malitiam; Accedit demum, quia ad eandem ſpeciem peccati videtur pertinere mortẽ inferre, & illam non prohibere, cum poſſis, & debeas.

Quinta ſententia eſt aſſerentium, hoc præceptum contritionis

Onuph. de Pænit.

A eſſe diſtinctum præceptum, ſicut & ipſa Pœnitentia eſt diſtincta Virtus, & ad hanc reduci, ita Petrus a Soto lect.13.de pęnit. Didacus Nugnus vbi ſupra, & ex parte Suarius loco ſupr.cit.

Sed neque videtur probanda, quatenus dicit, hoc præceptũ contritionis pertinere ad diſtinctam Virtutem Pœnitentiæ, quia vt iã
B diximus, actus ille reflexus, qui eſt proprius virtutis Pœnitentiæ, qui dicit voluntatem ſatisfaciendi Deo offenſo, neque eſt ſimpliciter neceſſarius, neque in præcepto, ergo non poterit contritionis præceptum ad illud de pęnitentia virtute reuocari; cum de hac nullum ſit præceptum; ſi tamẽ de virtute pęnitentiæ proprie loqui velimus, vt iam dictum eſt.

C Neque obeſt, quod ſupra diximus; Pęnitentiam eſſe diſtinctam virtutem, quia ſunt etiam aliæ quãplures virtutes diſtinctæ quidem, quæ tamen non habent diſtinctum præceptum propter exiguitatem, & imperfectionẽ actus, cuiuſmodi eſt pœnitentia, cuius actus non habet honeſtatem, niſi quatenus eſt efficax; quod quia
D habet à contritione, vt iã diximus, ideo ſufficit vt huius ſit præceptũ, non illius.

Sexta ſententia eſt Suarij aſſerentis, præceptũ contritionis, quatenus dicit eſſe Deo offenſo ſatisfactionẽ exhibendã pertinere ad ius, & præceptũ naturale; quatenus vero dicit eãdem ſatisfactionem eſſe faciendã per cõtritionẽ, eſſe ex iure poſitiuo, ſic habet ſup. diſp.15.ſect.3.nu.3. Suarius.

Verum de hac ſententia infra dicemus, oſtendemus enim, eſſe ſatis voluntariam ſententiã, & falſam.

Septima ſententia eſt dicentiũ, præceptum pęnitentiæ pertinere ad illam virtutem, contra quam eſt peccatum.

Sede & de hac ſentẽtia infra in tertia concluſione dicemus, quid ſentiendum ſit.

Vltima ſententia eſt cõmunis fere omnium Scholaſticorum, aſſerentium penitentiæ eſſe præceptum naturale, ad ſenſum ſupra explicatum, ad quam ex ſuperioribus allegatis ſententijs, nonnullæ referuntur, ſic. S. Th. 3. p. q. 84. artic. 7. ad 1. & 2. & alij Scholaſtici communiter, quos recenſent & Suarius, & Nugnus vbi ſupra.

S. Thom.

Notandum primo ex ijs, quæ diximus, duos actus nos poſſe cõſiderari in ipſa penitentia virtute; vnum, qui eſt voluntas, ſeu intentio ipſa ſatisfaciendi, & formaliter diximus eſſe ipſam virtutem penitentiæ; alterum, qui eſt ipſa contritio, per quã fit Deo ſatisfactio, & eſt terminus illius voluntatis, ſeu intentionis, qua volumus ſatisfacere; Hic autem non eſt diſputatio de priori actu; certum enim eſt in noſtra ſentẽtia, illum per ſe primo non cadere ſub præcepto, quidquid dixerint, & Suarius, & Nugnus. ſi vero de altero actu, difficultas eſt, an ſatisfactio per talem modum, ſcilicet per contritiõ nõ ſit ex vi alicuius iuris naturalis.

Quid ſit lumen naturale.

D. Tho.

Notandum ſecundo per lumen naturale nos hic nihil aliud intelligere, niſi quod habet D. Thom. Opuſc. 4. lumen, ſcilicet in

A tellectus agentis, & rationis, quod cuilibet homini in ipſa creatione datum eſt, iuxta illud Pſal. 4. *Signatum eſt ſuper nos lumen, &c.* & Pſalm. 15. *Benedicam Domino omni tempore, qui tribuit mihi intellectum, &c.* Pſalm. 17. *Illumina lucernam meam.* & Iob 21. *Super quem non fulget nomen eius, &c.* & hoc lumen illud eſt,

Pſal. 4.

Pſal. 15.

Pſal 17.

Iob 21.

quo homo in cognitionem naturaliter cognoſcibilium, & operabilium peruenire poteſt, quo lumine ex communi omnium ſententia tria præcipue cognoſcere poſſumus, quæ ſunt veluti tres leges, ac principia à natura data, quorum primum eſt, Bonum eſſe faciendum, ac malum euitandum; alterum eſt, quod tibi non vis, ne alteri facias; tertium nullũ

B

C malum eſſe impunitũ, ac nullũ bonum irremuneratum; & vt dicamus aliquid de hoc tertio principio, cum hoc faciat ad rem noſtram, iam videtur certum, recte ex eo vnumquemque naturaliter cognoſcere poſſe duo, ſcilicet; & Deum eſſe, & eſſe remuneratorem, vt patet ex 2. 9. quæſt. 2. art. 2. & Deum quidem eſſe, patet,

D quia exiſtentia Dei ſemper ſupponitur; nam ſi malum debeat puniri, & bonum remunerari; ergo ab aliquo id fieri debet, ſed is non poteſt eſſe alius à Deo, rerum omnium auctore, ergo Deus ſemper ſupponitur eſſe; quod autem idem debeat eſſe remunerator; patet etiam, quia niſi quis exiſtimet Deum habere prouidẽtiam rerum humanarum, & bona opera remunerare, ac mala puni-

Digitized by Google

nire, etiam in alia vita; vix,aut ne vix quidem, quis pugnabit vſq; ad mortẽ pro iuſtitia; quod clare colligitur ex illo Gen. 4. vbi Deus dixit ad Cainum, *Nonne ſi bene egeris recipies ; ſi autem male, ſtatim peccatum tuum foribus tuis aderit*, quibus Deus voluit Caino innuere, ipsũ potuiſſe ex ſe, & vi ſui luminis cognoſcere Deũ Opt. Maximum, boni retributorem, ac mali punitorem; Vnde ex his iure optimo quiſq; deducere poteſt, lumine naturali cognoſci poſſe peccatum eſſe contra legem naturæ, & Dei; vt bene conſtat, ipſum Ciceronem iam deduxiſſe; cum dixit in ſuo parad. tertio, *nemini licere peccare*, & cum in 2. lib. offi. ait *peccare ſemper turpe eſſe*, & clarius in tertio ibidem, cum inquit, *certe, ſi omnes Deos, hominesque celare poſſemus, nihil tamen auare, nihil iniuſte, nihil libidinoſe, agendum eſſe* (dictum non homine Ethnico, ſed Chriſtiano dignũ) accedit præterea ratio, quæ hoc ipſum ſatis aperte demonſtrat; nam ſi peccatum, vt malum ſic a Deo punitur, ergo ſignum eſt, maxime illi diſplicere, illiusq; voluntati contrarium eſſe; & conſequẽter etiam ſatis conſtat, quantum ſit deteſtabile peccatum, etiam ex ipſo lumine naturali. quare, cum ex lumine naturali quiſque cognoſcere poſſit, peccatum eſſe cõtra Deum, & ipſum maxime eo offendi, & ab eo maximis puniri ſupplicijs; ac propterea euitãdum iuxta illud Homeri Odyſ. 10.

Gen. 4.

Lumine naturali cognoſcitur peccatum eſſe contra legẽ naturæ & Dei.

Cicero.

Homerus.

Iupiter homines inſpicit, & punit, quicumque peccat, ſit conſequenter, vt etiam colligere quiſq; poſſit, eodẽ lumine naturali, poſſe aliquem cognoſcere veniam delictorum ab eodem Deo eſſe petendam, illique eſſe ſatisfaciendum, iuxta illud Ouidij 5. Faſtorum.

Sæpe Iouem vidi, tum cum ſua mittere vellet
Fulmina, thure dato contimuiſſe manum.

Et primo de Ponto.

Sæpe leuant pænas, ereptaque lumina reddunt,
Cum bene peccati pænituiſſe vident.

Cum ergo lumine naturali Deus cognoſci poſſit, & exiſtens, & remunerator, & præterea peccatum eſſe contra legem Dei, eoq. maxime Deum offendi, ac pęnitẽtia placari; ſit conſequenter, vt ſicuti de offenſis amici naturaliter triſtamur, ſic etiã de offenſis Deo factis pęniteamus, eo modo quo lumine naturali pęnitere poſſumus; neque enim hæc luminis naturalis cognitio, ac pęnitudo põt eſſe perfecta; aut diſpoſitio ſufficiens ad gratiam, niſi aliquid aliud ſupernaturale accedat, vt habet Cõc. Trid. ſeſſ. 6. can. 3. quare ſi ad tantũ lumen naturale, fides, ac lumẽ aliquod ſupnaturale accedat, poterit idem lumẽ, ſic præuentũ, multo perfectius illa omnia cognoſcere, peccatumque vt eſt contra diuinam bonitatem deteſtari.

Quæ cognoſci poſſunt lumine naturali.

Conc. Trid.

Notan. tertio, licet certũ ſit ex fide, hominem, nullo modo poſſe pęnitere, ſicut oportet, vt habet Conc. Trid. loco citato ſeſ. 6. can. 3. ita, vt infallibiliter cõſequatur gratiam ſanctificantem, vt ait S. Tho. 1. 2.

Conc. Trid.

S. Tho.

1.2.q.112.art.3.neq; vllum actũ elicere, quo ſe ad gratiam præparet, aut præparare poſſit abſq; auxilio ſpeciali Dei, vt toties diximus, & habet D. Tho.1.2.q. 109. art.6.& conſtat ex verbis Chriſti; Ioan.6. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus traxerit eum*, & 2.Cor.3. *Non ſummus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis,&c.* Attamen non eſt negandum, hominem per liberum arbitrium poſſe aliquod bonum morale velle, & operari, vt habet D. Ambroſius lib.3. de vocat.gentium, dicens, *etſi voluntas hominis ante iuſtificationem deprauata ſit, volendi tamen vim non amiſit; quod nihil tam ſit in poteſtate voluntatis, quam ipſa voluntas, ſeu ipſum velle*, & D.Tho.1.2.q.109. art.2.loquens de homine in ſtatu naturæ corruptæ ait, *quod poteſt per virtutem ſuæ naturæ aliquod bonum particulare agere, non tamẽ totum bonum naturæ ſuæ proportionatum, ſiue connaturale, ita vt in nullo deficiat, quemadmodum poterat homo in ſtatu naturæ integræ*; & in illud Pauli Ad Rom.2. *Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis*, quo loco idem D.Tho.ait, *id de lege naturæ intelligendum eſſe, qua homo operari poteſt aliquod iuſtũ, vt honorare parentes, reddere depoſitum, inimicis veniam dare, euitare malorum mores*, & alia huiuſmodi, & S. Auguſtinus, lib.de ſpiritu,& litt.cap.27.& 28. ait de infidelibus, *quod etiam in vita impia*

D.Thom. — Ioan 6. — Paul. ad Cor. — D. Ambroſ. — D.Thom. — Ad Rom.2. — S. Thom. — S. Auguſt.

A *aliqua bona opera reperiuntur, etſi ad vitam æternam nõ proſint, cum imago Dei in homine, etſi ob peccatum obſcurata, non tamen penitus ſit deleta*; id quod etiam habet alijs locis, vt libro 3. Hypognoſt. (quidquid ſit, vtrum ſint ipſius Auguſtini) quæſt. & lib.4. contra Iulianum, cap.3. & poteſt probari ex D.Paulo, & ad Rom.2.loco citato, & ad Rom. primo, vbi oſtendit
B Paulus Philoſophos, & gentes excuſari non poſſe, quia ex ijs, quæ facta ſunt cognoſcere potuerunt Deum, & gratias illi agere, tã quam auctori, & benefactori; tum denique ex Pſal.18. *Cæli enarrant gloriam Dei*, quo teſtimonio vtitur Paulus ad Rom.10. vt probaret excuſari non poſſe gentes, quia licet non audierint Apoſtolos, ſatis tamen audire potuerint
C cælos, clamantes gloriam Dei, ita vt ex ipſa cælorum fabrica cognoſcere potuerint Deum, vt auctorẽ, & benefactorem; & ſic gratias ei agere. accedit vltimo auctoritas Scholaſticorum, illud idem confirmantium, S.Thom.in 2.diſtin.28. quæſt.1.art.1. S Bonauent.art.2.q. 3. Aegidij, quęſt.1.ar.2.dub.primo Richardi, quæſt.1.art.1. Caietani,
D par.2.quæſt.119.art.2. Soti libro primo de nat.& gratia cap.20.21. & 22. Vegę, de iuſtifi. quæ.12. Bartholomæi Medinę, 1.2. quæſtio. 119.artic.2. & Valentiæ ibid.q.1. diſput.8.puncto 3. hominem ſcilicet, per ſeipſum ſolo generali influxu adiutum poſſe tum velle, tum etiam operari morale aliquod bonum; & conſequenter, etſi non ſicut oportet, admiſſi pec-

Paul. ad Ro. — Pſal.18. — S.Thom. — S. Bonau.

Digitized by Google

peccati dolorem aliquem elicere, & item pro eo ſatisfaciendi Deo aliquale propoſitum admittere, vt optime docet S. Tho. in 2. diſt. 28. art. 1. ad 1. dicens, *hominem poſſe iuſta operari, & multa bona facere ſine aliqua gratia naturalibus ſuperaddita, quamuis non meritoria*, & confirmat Glo. in illud Pauli ad Rom. 2. *Gentes, quæ legem non habent, &c.* dicens, *ſi non habent legem ſcriptam, habent tamen legem naturalem, qua quiſque intelligit, & ſibi conſcius eſt, quid ſit bonũ, & quid malum, quid honeſtum, quid turpe, quid fugiendum, & quid denique proſequendum*. An autem in ſtatu naturæ corruptæ poſſit homo omnia bona, & quæ, alibi oſtenditur 1. 2. quæſt. 119. art. 2. nobis ſat fuit dixiſſe, quæ diximus, vt oſtenderemus, quid poſſit ius naturale in homine expoliato gratuitis vt inde intelligeremus, illud idem naturale, ſi informetur diuinis auxilijs, poſſe moueri ad deteſtandum peccatum, per contritionem, quatenus illo offenſus eſt Deus ſumma bonitas, finiſque ſupernaturalis rerum omnium, illique reconciliandum.

S. Thom.

Gloſſ.

Notandum 4. nullum actum, qui fiat ab homine peccatore, etiã ex auxilio particulari diuino, eſſe ex ſe, & ex natura ſua ſufficientem, & æqualem ſatisfactionem pro peccato & iniuria Deo facta; poſſe tamen imperfecto modo dici talem, id quod nos ſupra oſtendimus, & inter alios fuſius oſtendit Suarius tomo primo, tertia parte, diſputatio. 4. præcipue ex Pa- A tribus, qui in eo conueniunt, vt dicant, in ſatisfactione hominis, qui non ſit ſimul Deus, non eſſe ſufficientem valorem, aut pretiũ pro peccato proprio aut alieno; nos tamen vnum afferemus locũ ex Baſilio in illud pſalm. 48. qui confidunt in virtute ſua, vt prædicta probemus, ait igitur S. Baſilius, imprimis eſſe opus digno re- B miſſionis pretio, poſtea ſubdit, nullum hominem nudum dare poſſe Deo precium redemptionis animæ ſuæ, ſed ſolum hominem Deum id poſſe; & tandem ait, *Quid poteſt homo inuenire tantũ, vt det pro redemptione animæ ſuæ*, ac ſi dixerit, *nihil*, & ſubiungit, *ſed inuentum eſt vnum, &c.* vt ſic indicaret ſanguinem Chriſti fuiſſe vnicum pretium. quare, etſi ope- C ra hominis etiam ex auxilijs particularibus diuinis facta, non perfecte Deo offenſo ſatisfaciant; habent tamen aliquam, quam poſſunt habere ſatisfactionem, modo iam explicato in priori diſputatione.

S. Baſil.

Notandum vltimo, Suarium, ſupra numero 7. conceſſiſſe quidem actum contritionis, vt dixit voluntatem ſatisfaciendi Deo, ca- D dere ſub obligatione legis naturalis; non tamen ſine diuina ordinatione eumdem actum, vt dicit ipſam deteſtationem peccati, per quam fit ſatisfactio Deo, cadere ſub eadem lege naturali; vnde ait. licet hic actus ſecundo modo ſumptus, ex ſe ſit ſufficiens ad ſatisfaciendum Deo, ſi ex diuino fauore fiat, non tamen eſſe ſimpliciter neceſſariũ, niſi adſit volũtas diuina, q̃

deter-

determinet hunc actū ſatisfactionis, per contritionem, eſſe exhibēdum; ſed vt fateamur, quod ſentimus, nō placet hoc placitum Suarij, ſicut neque placuit Nugno vbi ſupra, & vt loquamur de illo actu, ſecundo modo ſumpto, nam de priori iam diximus, certum videtur, illum vt ſic, etiam quod attinet ad modum, eſſe ex iure naturali, id eſt, connaturalē ipſi gratię, non ex aliquo præcepto poſitiuo; neque requiri aliam aliquam ordinationem ad eū: pro quo aduertendum eſt, aliud eſſe actum contritionis eſſe ex natura ſua, & ex ſe aptum, & idoneū ad placandū Deum iratum, eique ſatisfaciendum; aliud de facto huiuſmodi actū contritionis acceptari à Deo, loco ſatisfactionis, id quod dici ſolet in ſententia Scoti in 1. diſt. 17. quæſt. 1. & 2. Gabriel ibidem q. 1. art. 3. dub. 2. & aliorum de opere meritorio, vt aliud ſit opus ex gratia factum, eſſe ex ſe condignum vita æterna, aliud actu acceptari à Deo ad vita æternam, nam etſi opus ſit dignum vita æterna, adhuc tamen Deus poteſt illud non acceptare ad illam; vnde ad hoc requiritur preterea promiſſio, & ordinatio diuina, vt ſcilicet detur actu vita æterna operi ex gratia facto, neque .n. Deus poteſt aliūde obligari, niſi ex propria voluntate, vt iam innuimus ſupra; hinc tamen, non licet colligere, quin opus illud ex ſe ſit dignum vita ęterna, ētſi, vt diximus, irremuneratum relinqueretur; ſic igitur in pręſēti noſtro caſu, videtur poſſe dici de contritione, vt

Non placet Suarius.

A aliud ſit actum contritionis ex ſe & ex natura ſua eſſe aptum, & idoneum ad ſatiſfaciendum Deo offenſo, aliud talem actum acceptari à Deo in ſatisfactionem; certū enim eſt, primum ex iure naturali, abſque aliqua alia ordinatione diuina, id præſeferre, vt ſcilicet talis actus ex natura ſua aptus, idoneusque ſit Deo ſatisfacere; nō tamen videtur negādum ad illud

B ſecundum præter id, quod diximus, requiri beneplacitum diuinum, aut ordinationem aliquā diuinam, qua Deus promiſerit ſe talem actum de facto acceptaturū, pro ſatisfactione ſibi danda; vnde in hoc non diſcrepamus a Suario; requiri ſcilicet hanc ordinationē diuinam modo explicato, diſcrepamus autem in priori, quare dici

C mus contra ipſum, actum contritionis abſque aliqua alia noua determinatione diuina, ex ipſo iure naturali ſtatui gratiæ conformi, id præſeferre, vt ſuo modo aptus ſit, ad ueniā à Deo petendam, ipſiq; ſatisfaciendum, nam etiamſi Deus non determinaſſet talem actum contritionis ad talem effectum, adhuc ex ſe eſſet talis, vt aptus eſſet ad talem finem, ex ipſo .n. iure

D naturali habetur vt per illud ſatisfaciamus perſonæ offenſę, per qđ bene, & proxime poteſt perſonæ offenſæ ſatisfieri, honorque debitus exhiberi, quod quia totum hoc habet contritio in ordine ad Deum, vt alibi oſtenſum eſt ex ſcripturis; ideo tale etiam mediū cadet ſub eodem iure, & lege naturali.

Prima concluſio, Præceptum

con-

contritionis ſimpliciter, & abſolute videtur eſſe iuris naturalis.

S. Thom. Hanc cõcluſionem habent D. Tho. 3. par. quæſt. 84. artic. 7. ad 1. vbi ait de iure naturali eſſe, quod aliquis pęniteat de malis, quæ fecit, & quæſt. 86. art. 6. ad vltimũ, idem etiam habet Caietanus 3. p. quæſt. 84. vbi ſup. Sotus in 4. diſt. 14. quæſt. 1. art. 7. Canus de pęnit. par. 3. Halenſ. 4. part. quæſtio. 18. S. Bonau. membr. 2. art. 9. S. Bonauent. in 4. diſt. 17. in 2. par. diſtinctionis art. 1. quæſt. 1. Richardus art. 2. quæſt. 3. Maior, quæſt. 9. Didacus Nugn. ſupra, & ex parte Suarius item vbi ſupra.

Secundo colligitur ex verbis Conc. Trid. Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. *Fuit autem quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus neceſſarius, & in homine poſt baptiſmum lapſo, &c.* ex quibus ſatis clare habetur, contritionem etiam quoad modũ eſſe ex iure naturali aptam ad ſatisfaciendum Deo offenſo.

Tertio probatur concluſio ratione, quia certum eſt iure naturæ, hominem teneri Deo offenſo facere ſatis, vt ſup. adnotauimus, ergo etiam conteri, nihil enim poteſt aſſignari aptius, quo Deo poſſit reddi ſatis, quam ipſa contritione. confirmatur, quia hic actus cõtritionis ex natura ſua eſt maximè aptus, & idoneus ad veniam conſequendam, ergo ex natura ſua eſt etiam aptus, & idoneus ad ſatisfaciendum pro iniuria: antecedens patet, quia dolor dę iniuria illata, ſi ſit ex vero affectu, maximè mouet illum, cui illata eſt iniuria, quare etiam maximè facit ad veniam impetrandam, ſed hoc ipſum eſt exhibere ſatisfactionem offenſo, ergo.

A Secundo probatur ead. concluſio ratione, quia vt minimum certum eſt, ad ſatisfaciendum Deo requiri actum virtutis, in quo ſaltem implicite continetur dolor, & deteſtatio peccati præteriti, ergo ſaltẽ implicite cõtritio requiritur ex

B lege naturæ ad ſatisfactionem.

Obijcit primo Io. Medin. vbi ſupra, ius naturale non obligare ad impoſſibile, eſt autem impoſſibile reuocare actum præteritũ, ergo.

Reſpondetur, vt etiam iam alibi dictum eſt, pęnitentiam nõ ita reuocare actum præteritum, quaſi illum reddat infectum, ſed quia quodammodo reſtituit id, quod fuerat ablatum per illum actum.

C Obijcit ſecundo, huiuſmodi actum contritionis nõ eſſe iure naturæ neceſſarium, neque ratione bonitatis, quæ de cætero ſit neceſſaria, neque ad tollendam præteritam malitiam, neque ad ſatisfaciendum, tum quia hic actus non ſatisfacit, tum quia non poteſt intelligi ſatisfactio ſine gratia, vt ſupra poſuimus.

D Reſpondetur; argumentum tãtum probare, ſi quid probat, non pertinere ad purum ius naturæ hanc contritionem; quatenus ſcilicet ius naturæ excludit omnem cognitionem ſupernaturalẽ, vt ſupra præſuppoſuimus, nam libenter dabimus contritionem nõ eſſe ex iure naturali, quaſi ſit ex ipſo iure naturali ſecũdum omnia, ſed dicitur contritio pertinere ad ius natura-

naturale, quatenus ius naturale dictans, peccatum eſſe deteſtandū, ſi deinde eleuetur ad ſtatum gratiæ, poſſit illud idem deteſtari, propter Deum offenſum. Quare ad argumentum ſimpliciter dicendum eſt, requiri actum contritionis, quatenus nō ex aliquo præcepto poſitiuo, ſed ex natura ſua, videtur maxime aptus, & idoneus ad conſequendam veniam à Deo, ipſiq; offenſo ſatisfaciendum, ſiue ſatisfactio fiat ex iuſtitia, ſiue ex miſericordia: ſi quis enim non ſit ſoluendo quantum debet, non liberatur ab obligatione ſoluendi, qđ poteſt, vt etiam aduertit Suarius, ſupra num. 6. vnde peccator nūc de facto, cum facit quantum in ſe eſt ex auxilio diuino particulari, vt honorē Deo debitum reddat, illique offenſo ſatisfaciat per actum contritionis, facit id quod ex naturali iuſtitia facere debet.

Obijcit tertio Medina, in humanis non requiri huiuſmodi deteſtationem actus præteriti, modo fiat ſatisfactio per actū externū.

Reſpondetur diſſimilē eſſe rationem vtriuſque, quia ſatisfactio in humanis fit per actum externum, ratione cuius non requiritur actus internus, niſi per accidens, ſcilicet niſi quatenus eſt neceſſarius actui externo, ſatisfactio aūt, quæ fit Deo, fit præcipue per actū internum; actus autem internus, vel implicite, vel explicite includit hanc diſplicentiam, vt alibi oſtenſum eſt.

Reijcitur Ioan. Medina. Sequitur primo non videri excuſandum Medinam vbi ſupra, ſicuti illum excuſare conatur Suarius loco iam citato ſect. 3. perinde quaſi ipſe non negarit, contritionis præceptum eſſe naturale, primo illo ſuo modo, quoad ſatisfactionē ſimpliciter, licet negarit eſſe naturale ſecundo modo, ſcilicet quoad modum ſatisfaciendi p contritionem; nam ſi attentius Medina conſideretur, ſatis aperto negaſſe viſus eſt, lumen naturæ ad id peruenire: vt cognouerit Deum placari ſatisfactione; cum tamen ſatis clare pateat ex dictis ius naturæ præſcribere peccatum deteſtandum eſſe, ſaltem vt deteſtabile eſt uiribus naturæ, vt offenſiuum ipſius naturæ, & Dei vt ipſius naturæ auctoris.

Reijcitur Suarius. Sequitur ſecundo, male Suariū ſupra num. 2. & 7. dixiſſe, ex quo poſſit remitti peccatum ſine contritione, ideo non eſſe vnicum, & neceſſarium remedium ex lege naturæ ad ſatisfaciendum Deo, & pęnitēdum de peccatis, ait enim, *Si quis tanto amore ferretur in Deum, vt nullius contritionis meminerit, quia nulla peccata occurrant, bene illum iuſtificari, ac Deo ſatisfacere, ergo contritio non eſt vnicum & neceſſarium remedium naturale*, diximus enim contritionem eſſe vnicum remedium naturale ad modum ſupra explicatum; propterea quia, aut actu, aut virtute requiritur ad iuſtificationem, vnde ſi quis ex ſola charitate iuſtificatur, quia nulla occurrāt peccata; is ſine dubio intelligitur contritionem quamdam virtualē habere, quæ in illa ferventi charitate continetur, ratione cuius ſi peccata occurrerēt, illa ſine dubio

actu

Digitized by Google

actu deteſtaretur, quare ex iure naturali, & non poſitiuo habet contritio ex ſe, & ex natura ſua ſi ſint peccata, & memoriæ occurrant, vt illa deteſtetur actu, vt docte tradit Nugnus vbi ſupra contra Suarium; quod ſi non occurrant memoriæ peccata, id eſt per accidens reſpectu contritionis, & tunc ſufficit, vt ſit virtus ipſius in illo amore, virtute cuius ille ſic iuſtificatur, vt ſupra etiam dictum iam eſt.

Secunda concluſio; præceptum contritionis non pertinet ad principale ius naturæ, & penitus indiſpenſabile: pro cuius concluſionis intelligentia.

Notandum eſt, in iure naturæ contineri duo præceptorum genera, vt in ſuperiori noſtro libello, qui fuit de ſigillo confeſſionis, diximus; alia enim ſunt affirmatiua, quæ præcipiunt aliquid, & obligant non ſemper, & ad ſemper, ſed aliquo certo quodam tempore; quæ præcepta, ſicut aliquo tempore non obligant, ita non repugnat aliquo modo poſſe diſpenſari; alia ſunt negatiua, quæ quia prohibent aliquid, quod eſt intrinſece malum, ideo obligant ſemper, & ad ſemper, & ſunt indiſpenſabilia. his poſitis

Affirmatiua præcepta

Negatiua præcepta.

Diximus in concluſione præceptum contritionis non pertinere ad hoc ſecundum genus, ſed ad primum, id quod videtur eſſe contra Nugnum illo ſuo dubio ſecundo, dum reſpondet ad ſecundum argumentum.

Probatur concluſio, quia hoc videtur commune omnibus præ- A ceptis affirmatiuis, quæ vt non obligant quocunque tempore, ſed certo aliquo, ac definito; ita poteſt Deus, etiam illo tempore, quo obligant, tollere obligationem.

Secundo probatur concluſio, quia vt diſpenſatio fieri non poſſit, debet eſſe aliquod abſurdum, aliqua turpitudo, quæ inde ſequi poſsit, ſed in caſu noſtro nulla B apparet turpitudo, ſi fieret huiuſmodi diſpenſatio, vt de ſe patet, ergo.

Tertio non videtur negandum diuinæ potentiæ, poſſe eximi hũc, vel illum ab aliqua obligatione præcepti, etiam manente integra eiuſdem præcepti obligatione, vt alibi diximus, loco ſupra citato, ergo etiam poterit liberari ab actu contritionis.

C Sequitur primo; quamquam poſſit Deus, vt etiam adnotauit Suarius ſup. diſput. 15. ſect. 3. num. 15. diſpenſare in præcepto contritionis, non tamen ſi de facto diſpẽſat, continuo diſpenſare in præcepto ſatisfactionis, quo obligatur peccator ſatisfacere Deo pro peccato; quamuis & hoc ſecundum facere poſſit, quidquid dicat Suarius ibidem eodem num. 15. pri- D mum illud non ſequi, ſcilicet, ſi Deus diſpenſet in contritione, diſpenſare etiam in ſatisfactione; probatur, quia obligatio ſatisfactionis naſcitur vi præcepti, vt ibidem ait Suarius, poſito debito, vnde naſcitur præceptum obligans, ſed cum Deus diſpenſat in contritione, tollit quodammodo debitum, quo ſublato ipſum per ſe præceptum nullum eſt, ſicut quan-

Digitized by Google

quando aliquis remittit alteri debitum, non diſpenſat in præcepto reſtitutionis, ſed tollit debitũ; quare diſpenſatio tunc formaliter non cadit in ipſam ſatisfactionẽ, ſed potius in ipſam materiam, quæ mutatur, vt alibi diximus, de materia voti, quando facta eſt mala, & noxia voventi, vt propterea votum illud poſſit diſpenſari non ratione ſui, ſed ratione materiæ: primũ vero probatur, quia diſpenſare in præcepto, nihil aliud videtur eſſe, quam poſita obligatione præcepti aliquem ab illa eximere, certum autem eſt, poſſe Deum etiam in articulo mortis liberare aliquem ab obligatione præcepti contritionis, ita vt ille non peccet de nouo, ſi non conteratur, ex hoc tamen non neceſſario ſequitur, Deum debere remittere peccatum, ratione cuius tenebatur conteri, vnde poſſet in alia vita illum dãnare propter primum peccatum, non propter ſecundum, vt etiam docuit Medina vbi ſupra: & huius rei tota ratio eſt, quia hoc præceptum contritionis non eſt omnino indiſpenſabile.

Sequitur ſecundo, aliud eſſe præceptum contritionis eſſe diſpenſabile, aliud peccatum poſſe remitti ſine contritione, quia ſiue remittatur peccatum ſine illa, ſiue non, certũ videtur diſpenſare præceptum contritionis, eſſe nihil aliud, quam relaxare obligationem alicui, ne ex hoc nouum committat peccatũ, quod alias ſine tali relaxatione committeret, quamquam neutrum diuinæ po- A tentiæ videatur negandum, vt oſtendemus alibi, Deo fauente.

Tertia concluſio, præceptum contritionis eſt vnum, & ſingulare, diſtinctum ab omnibus alijs præceptis.

Hanc concluſionem ponimus contra illos, qui exiſtimarunt præceptum contritionis pertinenere ad ſingulas virtutes contra quas peccatur.

B Probatur primo, quia actus pœnitendi, & actus contritionis habent peculiarem aliquam, & diſtinctam bonitatem, & appetibilitatem, ergo & peculiarem obligationem: ſed vbi eſt peculiaris obligatio, ibi eſt præceptum diſtinctum, ergo.

Probatur ſecundo, quia, vt iam ſupradictum eſt, contritio non C reſpicit peccatum ſecundum illam peculiarem rationem, vt opponitur rectæ rationi, ſed reſpicit in ratione quadam communi, quatenus eſt contra Deum, ergo habet diſtinctam malitiam, ergo & diſtinctum præceptum.

Probatur tertio, quia alioquin ſequeretur in ſingulis peccatis ineſſe duplicem quamdam rationem D malitiæ, alteram contra præceptum peculiare virtutis, & alteram contra præceptum pænitentiæ, quod tamen nemo dixerit.

Sequitur ex dictis hoc præceptum contritionis pertinere ad præceptum charitatis, quatenus charitas ex natura ſua inclinat ad quærendam, & recuperandam diuinam amicitiam, & conſequenter ad præceptũ de colendo Deo,

vt

Digitized by Google

A vt bene Suarius ſup.nu.14. dixerit, formaliter quidem ad tale prçceptum de colendo Deo reduci, licet radicaliter ad charitatem reducatur.

Neque dicas, contritionem eſſe quamdam ſatisfactionem Deo debitam; At ſatisfactio, ſicut iam diximus, proprie non pertinet ad charitatem; ſed ad pçnitentiam, ergo.

Nam reſpondetur, verum eſſe, charitatem non reſpicere ſatisfactionem, formaliter loquendo, quemadmodum neque contritionem, vt eſt in præcepto, quærere formaliter ſatisfactionem, ſed ſolam amicitiam Dei, ſiue id fiat ex iuſtitia, ſiue ex miſericordia, ſatisfaciendo, ſiue non ſatisfaciendo.

Neque ſecundo dicas, ſatisfactionem, quam quærit pçnitentia tribui Deo per contritionem, ergo ſicut cultus, qui tribuitur Deo quocunque actu virtutis, pertinet ad religionem, ita etiam hic actus contritionis pertinebit ad pænitentiam.

Reſpondemus enim, iam ex ijs, quæ alias diximus, patere ſolutionem, quando enim cultus datur Deo per actum externum ſine dubio pertinet ad religionem, quando autem fit per actũ virtutis internæ, certe neque habet diſtinctam bonitatem à virtute interna, neque diſtinctam obligationem; id quod accidit in ipſa contritione, atque ideo præceptũ ſatisfactionis non habet diſtinctam aliquam obligationem ab obligatione charitatis, vt etiam docuit Didacus Nugnus ſupra dub.2. ad finem ad ſecundum argumentum. Atque hçc de hac ſecunda quæſtione.

QVAESTIO VLTIMA.

Quando obliget huiuſmodi præceptum contritionis.

B VBI oſtenſum eſt, contritionem eſſe medium neceſſarium ad conſequendam Dei amicitiam; iure quærendum videtur de tempore, quo huiuſmodi contritionis præceptũ obligat. In quo

Prima ſententia eſt ponentiũ; huiuſmodi prçceptum ſtatim obligare, atq; ita quoties peccata ſubeant memoriæ, niſi quis ſtatim

C pçniteat illorum, de nouo peccare, ita Gugliel.Pariſien. in tract. de Sacramento pçnit. Innocent.quartus, in c.Omnis vtriuſq; ſexus, &c. Archidia. in c.Ille Rex de pçn.diſ. 3.Th.Argent.in 4. diſt.17.quçſ.2. artic.4.ad 4. argumentum. ſed hi potius videntur loqui de confeſſione, accedere videntur ad hanc

D ſententiam Halenſis.4.p.quçſ.17. memb.2. art.2.§.2. Marſilius in 4. q.12.ar.1.dub.2.Petrus à Soto lec. 13.de pænit.S. Anton.3.p.tit.14. c.18.§.2.Silueſt.verbo Cont.nu.4. *S. Ant.*

Argumenta autem pro hac ſententia multa ſunt, quæ à varijs afferuntur, nos autem hoc loco principaliora afferemus.

Probatur autẽ primo hæc ſententia, quia precepta primæ tabulæ obligãt ad conſeruandam gratiæ,

Digitized by Google

tiam, & amicitiam Dei, ergo etiã ad recuperandam, ita arguit Marſil. vbi ſupra, confirmatur primo, quia non minus tenetur quis recedere a peccato commiſſo, quam ſe præſeruare a committendo; tenetur aũt quis ſemper cauere peccatum, ergo ẽt ab illo recedere; Confirmatur ſecundo ex ſententia D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 8. ſicut ſemper illicitum eſt non reſtituere, ita neque licet manere in peccato, ne ad momentum quidem, ergo. S. Thom.

A

B

Probatur ſcdo ex eodẽ D. Tho. ibidẽ, reſtitutio famæ, honoris, & bonorum ſtatim eſt neceſſaria, & ſemper obligat, ergo eadem ratione contritio, qua quis ſe quodammodo reſtituit Domino, à quo per peccatũ diſceſſerat, eſt neceſſaria ſimpliciter; Confirmatur, quia, vt dicebamus, eadem videtur ratio reſtitutionis, & contritionis, ergo ſicut reſtitutio obligat ad ſtatim, ita etiam contritio; Confirmatur 2. ex Cano par. 4. de pœnit. qui facit alteri iniuriam, ſtatim tenetur ſatisfacere, ergo qui iniuriam facit Deo peccando, ſtatim ẽt tenebitur ſatisfacere per cõtritionem, ergo.

C

Probatur tertio, tenetur quis ſtatim à ſe remouere malum corporeum, ergo multo magis etiã tenebitur a ſe remouere malum ſpirituale, ergo.

D

Probatur quarto ex Cano loco iam cit. & Soto in 4. d. 17. q. 2. art. 6. tenetur quis ſtatim corripere fratrem, & illum a peccato liberare, ergo multo magis tenetur ſe corripere per contritionem, & liberare a peccato.

Secundo poteſt probari cõcluſio auctorit. SS. Patrũ, D. Greg. homil. 11. in Ezech. & lib. 15. moral. c. 1. vel 9. vel c. 13. vbi ait, *peccatum, quod per pœnitentiam nõ deletur, ſuo pondere trahere ad aliud*, ergo. S. Gregor. S. Leonis epiſt. 91. ad Theodoſ. epiſcopum, vbi ait, *periculoſiſſimũ eſſe, & maxime deteſtabile, differre pœnitentiam*, ergo ſecundum SS. Patrum doctrinã tenemur ſtatim perpetrato peccato, de illo cõteri, ne ſcilicet trahamur ad aliud. S. Leo.

Tertio probari ẽt poteſt ex Cõcil. Mileuit. c. 3. quo loco Patres dicunt, gratiã, qua iuſtificati ſumus, non ſolum eſſe neceſſariam ad bene agendum, ſed etiam ad euitanda peccata, ergo qui eſt in peccato mortali, debet quamprimum curare, vt gratiam per contritionem habeat, vt ſic in poſterum euitet alia peccata. Conc. Mileuit.

Poteſt etiã vltimo loco probari hæc ſententia, ex aliquib. locis ſacræ ſcripturæ, in quib. videtur præcepti repentina pœnitentia, Eccleſ. 3. *ne tardes conuerti ad Dominũ, & ne differas de die in diem, &c.* Apoc. 2. *age pœnitentiam, & prima opera fac; ſin autem veniã tibi cito, & mouebo candelabrum tuũ de loco ſuo*, Hierem. 9. *Confortati sũt in terra, quia de malo ad malum egreſſi ſunt, & me non cognouerũt, dicit Dominus.* Eccleſ. 3. Apoc. 2. Hierem. 9.

Secunda ſnĩa eſt Domini Caietani tom. 1. opuſc. tract. 17. q. vnica, quã refert, & multis confutat Medin. C. de pœnit. tract. 1. q. 6. quæ cõſiſtit in eo, vt dicat præceptum cõtritionis ex parte ſtatim obligare, & ex parte, neque ſtatim obligare, ad quod probandũ multa dicit Caie-

Caietanus, quæ a nobis ſunt hoc loco afferenda, pro maiori intelligentia huius ſententiæ.

Dicit ergo primo Caietanus, p̄ceptum contritionis, ſicut & præceptum reſtitutionis, partim eſſe affirmatiuum, & partim negatiuum: affirmatiuum quidem, quatenus præcipit actū deteſtationis peccati; negatiuū vero, quatenus prohibet permanētiā in peccato.

Dicit ſecundo, præceptum contritionis, quatenus affirmatiuū eſt, habere certum tempus obligationis, & nullo modo obligare quandocunq; peccata veniūt in mētē.

Dicit tertio, præcepta negatiua eſſe duplicis generis, alia.n. ſunt, quæ prohibent actum, & ex conſequenti nullo modo violari poſſunt ſine nouo peccato; alia vero, quæ prohibent habitū, quæ violātur, vt plurimū ſine nouo peccato.

Dicit quarto, præceptū contritionis, & reſtitutionis pertinere ad hoc ſecundum genus, quia quatenus hæc duo præcepta ſunt negatiua, reddunt habitualem permanentiam in peccato, & detentionem rei alienæ illicitam ex genere ſuo, quæ non facit nouū peccatum, niſi ſit nouus actus.

Dicit poſtremo, tripliciter poſſe tps cōcurrere cū aliquo præcepto; primo, quaſi menſura illius, qua ratione dies feſtus eſt mēſura de audiendo ſacro. ſecundo ex coniunctione cum alio actu, vt v.g. quando contritio neceſſaria eſt ante cōmunionem, propter præceptū Eucharistiæ. tertio quando eſt periculum alterius peccati, v.g. non reſtituere aliquo tempore, obligat, ſi ſit periculum, vt fiat nouus actus: ex quibus concludit, contritionē non obligare per ſe, ſed ratione adiuncti; hæc ſunt quæ à Domino Caietano dicuntur, quę quantam veritatem habeant, infra conſtabit.

Tertia ſententia eſt cōis, & aſſerit præceptum contritionis certū habere tempus, quo obligat: ita S. Bonau. in 4. d. 16. art. 3. q. 2. Adrianus q. 3. de confeſs. Can. p. 4. de pœnit. Sot. in 4. d. 17. q. 2. art. 6. Medina tract. 1. de pęnit. q. 6. & tract. 2. q. de confeſsione ſtatim facienda: Angelus ver. Cōtritio nu. 5. Viguerius de ſacramento Pęnitentiæ verſic. 11. Roſel. ver. Cōtritio. nu. 4. Silueſt. ver. Confeſs. 1. nu. 3. Nauarr. c. 1. nu. 27. Iacob. de Graff. libr. 1. caſ. conſc. c. 5. Coſmas Philiar. lib. 2. de ſac. pęnit. c. 21. Suarius ſup. diſput. 15. ſect. 3. nu. 5. Didacus Nugn. ad 3. p. q. 2. art. 3. dub. 3. ex parte videtur accedere Caiet. in ſum. ver. Cōtritio, & alij infra citādi; & licet hi oēs cōueniant in eo, vt ponāt hoc præceptum contritionis, non ſemper obligare, ſed quodam certo tempore: differunt tamen in conſtituendo hoc tempus, quo huiuſmodi præceptum obliget. *S. Bonau.*

Alij enim exiſtimāt hoc pręceptū obligare die feſto, quia nihil ſit, quo magis colatur Deus, quam præcepto charitatis, & cōtritionis; ita Marſil. in 4. q. 12. art. 1. Angelus verbo Feriæ nu. 41. videtur accedere S. Anton. 2. p. tit. 9. c. 7. §. 3. & 4. & Petr. à Soto lect. 13. de pęnit. Inclinat in eandem Viguerius vbi ſup. & Coſmas Phil. loco iam citat. Halenſ. 2. p. q. 32. nu. 3. art. 2. mēb. 4. art. 1. & in 5. artic. 1. & Scot. in 3. d. 27. *S. Antonin.*

d.27.ar.3.§.Quantum ad ſecundũ Gabr.in 3.diſt.37.art.1.in fine.

Alij exiſtimant hoc pręceptum obligare, vbi primum deferbuerit ardor peccati, & vbi primum peccatum in mẽtem venerit; videtur ſentẽtia Marſilij loco citato, S.Anton.3.p.ti.14.c.18.§.2.& tribuitur S.Tho.in 4.d.17.q.3.art.1.q.5.

Anton.

Alij huiuſmodi præceptũ obligare in publica, & cõi calamitate, ita Adrian. in 4.q.3. de pęnit. non videntur diſſentire Coſin.Phil.ſupr.c.21.Nauarr.ca.1.nu.27.Iacob. de Graff.lib.1.ſupr.c.5.nu.24.Rodriq.de cont.c.50.num.3.Didacus Nugnus vbi ſupra.

Alij habita opportunitate, ſi ſit periculum obliuionis, ita Sotus in 4.diſt.17.q.2.art.6. Maior ibi.q.2.

Alij obligare hoc præceptũ per ſe etiam extra articulũ mortis, ita Didacus Nugnus ſup.dub.3.

Alij vltimo affirmant, hoc contritionis pręceptũ obligare in neceſsitate; hanc autem neceſsitatẽ primo peti in articulo mortis per ſe; per accidens vero, cum ſuſcipiẽdum, aut adminiſtrãdum ſit ſacramentum, aut aliquod opus, quod prærequirat gratiam in miniſtro.

Et hos omnes modos infra examinabimus, eoſque cõfutabimus, qui nobis videbuntur minus probabiles.

Prima concluſio; præceptũ contritionis nullo modo obligat per ſe ſtatim.

Hanc concluſionem ponimus contra priorem ſententiam; concluſionem tamen noſtram bene nouimus, eſſe communem ſententiam, non ſolum Theologorũ, ſed A etiam Summiſtarum, quos ſupra recenſuimus, quoad hoc enim omnes conueniunt.

Probatur igitur primo noſtra concluſio, quia ex omnium ſentẽtia, id, quod aſſerunt Doctores, qui ſunt contrarij, videtur valde durũ, & ſine fundamento poſitum, vt fuſius probat Suarius, ſupra à n.5. quia, neque ex parte iuſtitiæ, neq; ex parte charitatis in Deũ, neque B ex parte charitatis propriæ, poteſt oriri illa obligatio, quam ponunt contrarij, legatur ipſe Suarius loco citato, & ex dicendis facile ſingulæ partes aſſumptæ patebunt.

Secũdo probatur, quia hoc præceptum contritionis eſt præceptũ affirmatiuum, hoc aũt intereſſe diximus inter præcepta affirmatiua, & negatiua, quod negatiua o- C bligãt ſemper, & ad ſemper: affirmatiua vero, licet ſemper, non tamen ad ſemper, ſed certo quodã, & determinato tẽpore, ergo neq. etiã contritio obligabit ſemper, & ad ſemper, ſed certo quodã, & ſtatuto tempore, ergo.

Tertio probatur, quia licet ex pręcepto charitatis, quiſq. obligetur ad non concipiendũ, aut faciẽ- D dum aliquid contrariũ amori Dei, non tñ ex eodẽ præcepto obligatur, vt non poſsit perſiſtere in habituali inimicitia, ergo non obligatur, quis cõteri ſtatim peracto peccato: patet illud non ſequi ex priore admiſſo, quia poteſt quis eſſe in habituali inimicitia Dei, ſine complacentia illius, & cũ indifferentia actus voluntatis ad illam inimicitiam habitualẽ, cum id non ſit aliquid intrinſece malum, vt fuſius oſten-

oſtendit Suarius ſupra à num. 14. A

Vltimo probatur cõcluſio, quia argumenta in contrarium facta faciliime diſſoluuntur, ergo.

Vnde ad primum argumẽtum Reſpondemus, nullum eſſe prǽceptũ, quod obliget obligatione diſtincta, & peculiari ad conſeruandam gratiam, ſed hanc obligationem conſeruandæ gratiæ cõtineri in obligatione ſeruãdæ legis, alioquin in ſingulis peccatis eſſet duplex peccatũ, obligatio igitur conſeruandi, aut recuperandi gratiã, iuxta naturã p̃cepti iudicanda eſt. B

Ad primam confirmationẽ dicimus, eſſe diuerſiſsimã rationem obligationis, cauere.n. peccatũ futurum tenetur quis vi præcepti negatiui prohibentis actũ, conſequẽter ſemper tenetur: At vero recuperare gratiam amiſſam, tenetur vi præcepti poſitiui, quod habet certum tempus. C

Ad ſecundam cõfirmationem reſpondetur, duo poſſe cõſiderari in ſententia D. Thomæ, primo cõparationem inter peccatum non reſtituendi, & non pęnitendi; ſecũdo vim ipſam verborũ D. Thomę: de priori comparatione dicemus infra, de altera vero verum eſt, qđ ait S. Tho. loco cit. nũquam.n. licet permanere in peccato, quia permanentia illa in peccato eſt effectus rei illicitæ, i. peccati patrati. D

Ad ſecundum argumentũ reſpondent varij, vario modo, & primo quidem Caiet. eodem loco citato reſpõdet, eandem eſſe rationem in vtroque precępto, quatenus habẽt rationem præcepti negatiui, ſed quia negatiua, vt talia non prohibent actum, ſed habitũ, ideo nõ ſemp eſſe nouũ peccatũ.

Sed non placet hæc reſponſio, nã vt aiunt Canus, Suarius, & Nugnus, vbi ſupra, nulla ſunt præcepta negatiua, quæ prohibẽt habitum: Accedit (quidquid dicat ibidem Caiet.) longe eſſe diuerſam rationẽ in præcepto cõtritionis, & reſtitutionis, nã plerunq. fieri põt, vt omiſſio reſtitutionis ſit nouum peccatũ, non ſic in omiſſione contritionis, niſi adſit certum tempus. *Reijcitur Caietanus.*

Medina vbi ſupra, & ex parte Coſmas Phil. ſupra c. 21. dicunt, reſtitutionem aliquando eſſe neceſſariã ex cõtractu, aliquãdo ex delicto, & quidẽ, ſi neceſſaria ſit reſtitutio ex contractu, nõ obligat, niſi quando creditor iure exigere põt; quando vero eſt neceſſaria ex delicto, ſtatim obligat, & ſemper: iã pœnitentiam dicunt eſſe quidem reſtitutionem ex delicto, ſed hoc delictum, quia eſt contra Deũ, nõ obligat, niſi prout Deus exigit ſatisfactionẽ, Deũ aũt aſſignaſſe certum tempus pęnitentiæ affirmãt.

Sed neque placet reſponſio, tũ quia ſupponit contritionis nõ eſſe præceptum iuris naturalis, ſed poſitiui, quod tamẽ ſuperiori quęſtione confutatum eſt, tum quia petit id, quod eſt in quęſtione. *Non placet Medina.*

Sotus in 4. ſupra art. 6. & libr. 1. de iuſt. & iur. q. 7. art. vlt. & ſequitur Coſmas Phil. vbi ſupr. c. 21. & Suarius ſup.a nu. 6. aſſerunt, nullũ eſſe præceptum de recuperanda gratia, aut conſeruanda, vel de nõ eſſendo extra gratiã, vt ipſi aiunt, quare concludunt, diſſimilem eſſe rationem reſtitutionis; imo addũt

Digitized by Google

præterea ijdem citati Doctores, licet ẽt non reſtituere ſit aliquid illicitũ, nõ eſſe tamẽ nouũ peccatũ.

Non placet Sotus. Sed neque oĩno ſatisfaciũt, certum.n.eſt, omiſſionẽ reſtitutionis, plerũq. eſſe nouũ peccatũ, & ſępiſſime continuari peccatũ, quod nõ poteſt dici de permanentia in peccatoid quod, neque negãt ijdem in contrarium allegati Doctores.

Canus, vbi ſupra ponit duplicẽ ſimilitudinẽ inter præceptum cõtritionis, & reſtitutionis; vt prima ſit, vt ſicuti peccatum furti non remittitur, niſi fiat reſtitutio, ita neq. expiatur delictum, niſi per pœnitentiam; ſecunda vero, vt ſicuti obligatio reſtitutionis naſcitur ex peccato, ita obligatio contritionis ex peccato naſcatur.

Non placet Canus. Sed neque id ſatis probatur, nã reuera S. Thomas ait, ſicuti illicitũ eſt, omittere reſtitutionem, ita illicitum eſſe permanere in peccato, quare quod affertur a Cano, nõ ſoluit argumentum.

Vt igitur aperiamus nos, quid in re præſenti dicendum videtur; dicimus diuerſam eſſe rationẽ in vtroq. pcepto; propterea qđ obligatio reſtitutionis naſcatur p ſe, ex pcepto negatiuo, quod prohibet a- A ctum contrectationis rei alienæ, & qa omiſſio reſtitutionis, rei alienæ, ſi quis poſſit, & non aduertat, eſt continuatio actus præcedẽtis, ſemper peccatũ eſt, obligatio vero pænitentiæ naſcitur ex præcepto poſitiuo, atque ideo, licet omiſſio reſtitutionis non ſit actio phyſica, tamẽ quatenus volita, eſt actio quedã moralis, & poteſt eſſe obiectũ præcepti negatiui, ſicut ceſſatio diebus feſtis, eſt omiſſio quædã, & tamen eſt obiectũ præcepti negatiui, quo prohibetur opus ſeruile; Vnde ſequitur, quidquid dicant Caiet. 2. 2. q. 66. art. 3. ad 3. & Sotus vbi ſupra, omiſſionẽ reſtitutionis ſemper eſſe peccatũ, & quaſi continuationẽ peccati præcedẽtis, niſi interrũpatur per ſomnũ, per naturalem obliuionem, inaduertentiã, impotentiam, & alia ſimilia, cõtritio vero, quæ eſt præceptum affirmatiuũ, obligat ad penitentiã certo aliquo tempore, neque contra hoc præceptũ peccatur, niſi quando obligat: atque ita, quia permanẽtia in peccato, nõ eſt quid prohibitũ præcepto, quo prohibetur peccatum; non eſt, neque præſupponitur cõtinuatio peccati præcedentis, neque voluntas permanẽdi in peccato, habet rationem peccati; niſi præceptũ obliget recedere a peccato, legantur Suarius vbi ſupr. nu. 8. ſect. 4. & Nugnus.

Omiſſio reſtitutionis ſẽper eſt peccatum.

B

C

Ad priorẽ confirmationẽ reſpõdetur ex Cano, Suario, Nugno, diuerſam eſſe rationem illorũ præceptorum; vnde ex vno non eſt arguendum ad aliud, in quo autem ſit illa diuerſitas, iam patet ex dictis ad ſecundum argumentum.

D Ad alterã cõfirmationẽ, dr̃, aliã eſſe rõnẽ iniuriæ, q̃ fit proximo, & q̃ fit Deo, quia iniuria, q̃ fit pximo lædit proximũ, inferẽdo illi aliqđ dãnũ, conſequenter reſtitutio, aut ſatisfactio pro iniuria eſt pximo debita, iniuria vero, quæ fit Deo, nullo mõ lædit Deum, neque enim Deus poteſt in aliquo lędi, & deo nullo modo eſt debita Deo, iquaſi illi aliquid deſit, quare tunc

tantum

Digitized by Google

tantum obligat, quando ratione proprij boni tenetur peccator ſibi conſulere, ſic reſoluũt Canus, Suarius vbi ſupra, & Nugnus ad quintum argumentum.

Ad tertium reſpondet Canus, diuerſam eſſe rationẽ in bonis corporis, & in bonis ſpiritualibus, qđ bonorũ corporis nemo habet dominium, nemo enim eſt dominus propriæ vitæ, vt probauimus fuſius in ſuperiori tomo noſtro, iam in lucem edito: At vero bona noſtra ſpiritualia ſubſunt dominio noſtro, quia noſtra voluntate comparantur; Vnde colligit, ſub pœna peccati teneri quẽlibet ſuæ ſaluti corporeæ conſulere; non itẽ peccare ſic eũ, qui non ſtatim pæniteat: Addit Nugnus ad quartum argumentum, teneri ad ſtatim ſibi conſulendũ, ne ſequatur mors; non ſic in ſpiritualibus, quia non ſtatim ſequitur mors, vnde poteſt illã pęniteut iam in aliud tempus differre.

Neque placet ſolutio Cani, ſed neque Nugni.

Verum, neque quod aſſerit Canus, neque quod aſſerit Nug. ſatis placet, & quod attinet primo ad reſponſionẽ Cani; quia illa inuoluit multa, quæ non videntur vera, neque enim facile concedendum videtur Cano, eum mortaliter peccare, qui non remoueat à ſe omne malum corporeum, aut qui patitur illatum, niſi tamẽ ex dilatione moraliter timeretur mors, vt etiã adnotauit Medina; ſecundo neq; videtur ſatisfacere illud diſcrimẽ de dominio: quia inde tantum ſequitur eum, qui peccat cõtra bona ſpiritualia, non peccare contra iuſtitiã, ſed cõtra charitatẽ; fatemur tamen eũ, qui peccaret ſponte contra propriam vitam, peccare quodãmodo contra iuſtitiam, & poſſe prohiberi, non tamen poſſe prohiberi eum, qui peccat cõtra bona ſpiritualia, etſi peccet ex odio: & ratio eſt, quia quis poteſt quidem prohibere peccata contra iuſtitiã, nõ ſic alia, neque enim eſt eadem vtriuſque ratio.

Quoad ſolutionem Nugni, dicimus, adhuc ipſi probandũ eſſe; teneri illum ſtatim ſibi conſulere, etiam in bonis corporalibus.

Reſpon. ergo ad arg. iam ex dictis conſtare, quid ad illud dicendum ſit; nam, vt etiam admonuit Medina quæſt. illa iam cit. etiã in bonis corporis, nec quocumq; modo, nec ſtatim tenetur quis ſibi cõſulere, quia aliud eſt inferre ſibi malum, aliud ſibi illatũ tolerare, vt adnotauit Suar. ſup. ſect. 5. n. 27. quare neq; obligabitur ſtatim, &c.

Ad 4. multi multa, legãtur Canus, Suar. num. 28. Nugnus, vbi ſupra, qui multa in hanc rem ingeſſerunt, quibus tamen omiſſis

Breuiter dicẽdũ videtur ex Medina, neque correctionem, neque contritionem obligare ſtatim, ſed correctionẽ tunc obligare, quãdo probabilis eſt ſpes vtilitatis in proximũ, quia tunc præſumitur conſilium illi neceſſariũ, quod tamen non eſt in cõtritione, quia quilibet ſcit, ſe ſponte peccaſſe, & ſi videt ſe peccare, non eget aliquo conſilio, & ideo contritio ſolũ obligat, cum præceptum vrget; Non teneri autem nos ſtatim corripere fratrem noſtrum, patet ex D. Auguſtin. qui libr. 1. de Ciuit. Dei c. 9. ex triplici cauſa docet, poſſe differri correctio-

S. Auguſt.

rectionem fraternam; primo ſi ratione vtilitatis expectetur aliud tempus; ſecundo ſi periculũ ſit, ne correpti deteriores fiant; tertio ſi ex correctione boni paſſuri ſint detrimentum aliquod, hoc dicimus contra Canum, qui vbi ſupra, inquit, tunc ſolũ differri poſſe correctionẽ fraternã, quando imminet maius malum, ſed de hoc alibi.

Verum non videntur hæc prætermittenda, quæ pro ſolutione allati argumenti adducuntur a Nugno loco citato, affert enim duplicem ſolutionem, etiamſi neutra placeat: Vt igitur exordiamur a priori, quam tamen ipſe habuit a Cano, ſic ipſe reſpondet ad argumentum factum, vt admiſſo illo antecedẽte, videatur omnino negaſſe illam ſequelam, ſcilicet, ergo etiam habita opportunitate, tenetur homo ſeipſum corrigere media pęnitentia; Et reddit rationem, quia, inquit, quod homo eſt dominus ſuorum bonorum ſpiritualium, & ideo poteſt cedere iuri ſuo, non ſic iuri alterius. non placet, inquam, hęc prior ſolutio, quia ex ipſa videtur tantum ſequi, illũ non teneri recuperare bona ſpiritualia amiſſa, ſed non ſequi, illum non peccare contra charitatem, vnde quemadmodum ex hac tenetur quis alteri conſulere, ſic ſibi ipſi, & eodem modo. Quare argumentum non videtur ſolui ex dicta reſponſione.

Sed neque placet altera reſponſio, quam ibidem adhibet ad idem argumentum, dicit enim; quod etiam reſpectu proximi obligatur homo ſtatim ad corrigendum, ſo- A lũ ratione peccati futuri, vt. ſ. proximus non iterum peccet, vt autẽ proximus agat pænitentiam, non ſtatim tenemur ad ipſum corrigẽdum, ſed ſuis temporibus; non placet, nam reſponſio hæc dupliciter põt intelligi; primo, perinde quaſi affirmet, peccatum præteritum nullo modo egere correctione: & ſi ita intelligatur, nullo modo videtur probanda, cum vt ſic repu- B gnaret præcepto charitatis; ſecundo poteſt intelligi, vt correctio dicatur neceſſaria ratione peccati futuri, quatenus peccatum perſeuerat, & non eſt emendatum, vel ne fiat de nouo, & hac ratione vera dicit, ſed illa non ſoluũt argumentum factum, quia in eo ſupponimus proximum neque eſſe emendatum, & præterea eſſe in proxi- C ma morali occaſione de nouo peccãdi, vt propterea videatur ſtatim debere corrigi, vt per pænitẽtiam deleat peccatum quã primũ, nullo expectato tempore. Quare expeditior videtur iam a nobis allata ſolutio.

Ad auctoritatem S. Gregorij, & Leonis reſpondemus; peti aliam non ſpernendam difficultatem, ſcilicet,

D *An homo exiſtens in peccato mortali poſſit diu vitare alia peccata mortalia.*

AD quam reſpondet S. Tho. p. 2. q. 119. art. 8. quod homo in peccato mortali exiſtens, poteſt ſingula peccata mortalia euitare ad breue tempus; non tamen diu, ſine hoc, quod incidat in aliud, quod probat tum auctoritate Gregorij allata in argumento, tum

Noua difficultas. An homo exiſtens in peccato mortali poſſit diu alia vitare. S. Thom.

tum ratione, quia quamdiu homo A exiſtit in peccato mortali, conſequenter ex ea parte inclinatur ad malum, & quia in ſubitis motibus, & occaſionibus, quæ paſſim, & ſepe occurrunt, ſolet homo operari ſecundum finem conceptum, habitum, & inclinationem præexiſtentem, ideo facillime pertrahitur ad aliud peccatum, ad quorum omnium maiorem intelligentiam

Notan. eſt, nos dupliciter poſſe B in hac re philoſophari, vel ita vt loquamur de homine, vt iã eſt in peccato mortali, vtrum vt ſic trahatur in aliud; vel vt loquamur de homine in ordine ad futura euitandum, vtrum, vt ſic poſſit euitare peccata, tentationeſque, quæ illi occurrent: & quidem ſi loquamur de homine ſecundum priorem conſiderationem, duobus mo C dis poſſumus intelligere, illũ poſſe eſſe in peccato: vel ita vt ſit in peccato affectu, & complacentia peccati, vel ſine tali complacẽtia. quocumque autem modo concipiamus, accidit moraliter, vt homo exiſtens in peccato, facillimè pertrahatur ad aliud; & quidem ſi primo modo homo ſit in peccato, moraliter ſemper accidit, vt peccator ex vno ad aliud pertrahatur D peccatum, id quod voluit ſignificare S. Gregorius loco citato, & ratio allata ex D. Tho. & præterea, quia, vt inquit Valentia. p. 2. diſputat. 8. quæſt. 1. p. 5. ea eſt conditio, aut voluptatis, aut vtilitatis, quam peccator ex peccato perpetrato percipit, vt quodam quaſi pondere, inde inclinetur ad iterum experiendum: accedit experientia, quæ nos hanc rem quotidie docet; videmus enim, ſi quis ſit in actuali aliquo affectu, & cupiditate rei alienæ, ex illo affectu facillime pertrahi ad furtum, ſic de homicidio, & alijs delictis, cuius rei habemus ſatis apertum exemplum de Dauide, hic enim cum maxima arderet cupiditate illius fœminæ, quã viderat, in eaque adhuc perſeueraret, primo deuenit ad adulterij peccatum, tũ ad homicidium, vt etiam aduerterunt Canus, & Medina, vbi ſupra. id quod belle deſcribit Auctor imperfecti operis in Matt. homil. 37. circa id Matthæi 21. *Soluite, & adducite mihi: ſicut nauis*, inquit, *fracto gubernaculo, illuc ducitur, vbi tempeſtas voluerit; ſic & homo diuina gratia auxilio perdito per peccatum agit, quod non vult & niſi Deus valida manu miſericordia ſua ſoluerit eum, vſque ad mortem in peccatorum ſuorum vinculis permanebit*; Crediderimus autem tantum hunc patrem voluiſſe alludere ad illud Prouerb. 5. *Iniquitates ſua capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur*, & eadẽ ratione ſi conſideretur hõ ſecundo illo modo, vt ſcilicet ſit in peccato, ſecundum habitum tantum; non tamen cum aliqua complacentia illius; accidit etiam moraliter, vt peccator pertrahatur ad aliud, & aliud peccatum, id quod ratio etiam ſuadere videtur, nam cum homo vndique, & paſſim varijs, ac varijs peccandi malis occaſionibus feriatur, facillimum eſt, ſi homo diu ſit in peccato, pertrahatur ad aliud, tamquam partum, &

Auctor.

Prouerb.

effectum prioris; accedit quod, quia homo iam eſt in peccato, & conſequenter expoliatus eſt diuina gratia, & ijs omnibus, quæ ad euitanda peccata ſunt neceſſaria, vt habet D.Tho. 1.2. quæſt.109. art.4. & 8. facillime pertrahatur ad nouum peccatum, iuxta illud Hieremiæ Threnorum primo, *Peccatum peccauit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt*, id eſt, facilis, ac procliuis, vt ex vno in aliud peccatū labatur. Vnde Gloſſa in id pſal.77. *Immiſſiones per Angelos malos*, ait, *Diabolum habere poteſtatem in eum, qui eſt in peccato, tanquam in proprium pecus*: & eadem Gloſſa in 1.capit. Abac. ait, *neſciebam eum tantam habere poteſtatem vt nullus ei valeat reſiſtere*. ſi autem loquamur de homine ſecundum poſtremam conſiderationem, id eſt, de homine, vt ſic, vt iam diximus, in ordine ad vincendas tentationes, ac euitanda peccata futura, tunc certum omnino videtur, ſecundum Sanctum Auguſtinum, & alios Patres non poſſe euitari peccata futura, neque vinci tentationes cum fructu, & merito vitæ æternæ ſine gratia, & debitis auxilijs; Vnde homo ſine gratia ſanante, & debitis illis omnibus auxilijs, nullo modo poterit euitare peccata futura, aut tentationes vincere: modo explicato, vt docuit Auguſtinus, tum alibi, tum toto libro de ſpiritu, & litt. contra Pelag. probat præcipue capit.14. & 19. non poſſe ſine diuina gratia præcepta ſeruari, & libr. 2. de peccato. mer. & remiſ. cap. 5. vbi, inquit, *cum iubet Deus dicendo, Intelligite inſipientes in populis, & nos illi dicimus; Da mihi intellectum, vt diſcam mandata tua; quid aliud dicimus, quam, da, quod iubes? Cum iubet, dicendo, Facite iuſtitiam; noſque dicimus, Doce me iuſtificationes tuas, quid aliud dicimus, quam, da quod iubes: id eſt, gratiam.* tum lib. de natur. & gratia. cap.48. & cap.80. docet contra Pelag. *hominem per vires liberi arbitrij non poſſe euitare peccata; imo, & nolentem peccare*; ait enim, *quod nolo, ago, & quod volo, non ago*; tum epiſtol.106. *nos*, inquit, *dicimus ſine gratia Dei ad non peccandum nihil voluntatis arbitrium valere*; & Cyrillus Alexandr. lib.9. in Ioan. ca.45. ait, *non poſſe hominem ſuperare tentationes Diaboli, & vitare peccata, niſi habeat ſpiritum Dei, qui inhabitet in ipſo, & ideo*, ait, *Dauidem clamare Domino, Domine ſcuto bonæ voluntatis tuæ*. hoc idem docuerunt Concilia Mileuit. ca.3. Africanum c.78. & 79. quæ omnia intelligenda ſunt, vt non poſſint cum merito, & fructu vitæ æternæ fieri ab homine per uires naturales; ſed neceſſariam eſſe gratiā diuinā, & auxilia particularia: diximus, neceſſariā eſſe gratiā, & auxilia particularia; nam reuera ad meritorie operandum, etiam in iuſtis hominibus, & ad vincendas tentationes quaſcunque cum fructu præter gratiam habitualem, & auxilia debita requiri etiam ſpecialia Dei dona efficacia, quæ non ſunt debita ipſi gratiæ habituali; neque cum ea ſunt neceſſario cōiuncta; habet D. Thom. ſup. art.9. licet

S. Thom. *Thren.1.* *D. Auguſt.* *Concil. Mileuit.* *African.* *S. Thom.*

A B C D

licet enim ſimul cum habitu gratiæ dentur auxilia diuina, quibus poteſt homo operari bona opera, euitare tentationes, &c. non tamen ſemper recipit ea, quibus operetur bona, fugiat in poſterum peccata, euitetque tentationes; quod patet, quia multi ſunt, qui, etſi gratiam, & diſpoſitionem ad illam recipiant; poſtea tamen, & decidunt ab illa; aut nullum opus meritorium efficiunt; ad eum modum, quo dicimus, & ſi homo habeat potentiam viſiuam non impeditam, videri quidem poſſe; ſed tamen ſi pręter illam, lumen non ſit, nunquam de facto videbit, ſic in re noſtra homo per gratiā habitualem, & cum auxilijs, cum ipſa coniunctis, poteſt quidem bona opera præmio æterno digna operari, fugere mala, atque alia huiuſmodi; non tamen actu hæc operabitur, niſi addatur nouum aliquod auxilium diuinum efficax, quo actu fiant illæ operationes, id quod lib. de nat. & gratia, c. 26. habet D. Auguſt. inquiens, *ſicut oculus corporis, etiam pleniſſime ſanus, niſi candore lucis adiutus, non poteſt cernere, ſic homo etiā perfectiſsime iuſtificatus, niſi æterna luce iuſtitia diuinitus adiuuetur, recte nō poteſt viuere*, ad quod inſpiciens Concil. Trident. dixit ſeſsion. 6. can. 22. *ſi quis dixerit iuſtificatum, vel ſine ſpeciali auxilio Dei in accepta iuſtitia perſeuerare poſſe, vel cum eo non poſſe: Anathema ſit*, & Can. 23. ſequenti. *ſi quis hominem ſemel iuſtificatum dixerit amplius peccare non poſſe, neq; gratiam amittere, atque ideo eum, qui labitur, & peccat, nunquā vel fuiſſe iuſtificatum, aut cōtra poſſe in tota vita peccata omnia etiā venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio, quemadmodū de B. Virgine tenet Eccleſia, anathema ſit*; ex quibus breuiter patet, quā facile homo in peccato exiſtens pertrahatur ad aliud, tētationibus vincatur, neque poſſit aliqua bene, & meritorie ſine gratia, & alijs diuinis auxilijs opera operari.

S. Auguſt. — Conc. Trid.

A — B — C — D

Vnde poſſumus facile reſpondere ad id, quod nobis obijciebatur ex D. Greg. quia enim illud periculum de nouo peccandi, nō eſt plane neceſſarium, ſed morale: ideo, neque habet neceſſariam obligationem ad ſtatim conterendum, vt propterea ſi quis non conteretur, in caſu dicto, neque proprie peccaret contra præceptum contritionis; ſed ſolo peccato cuius periculo ſe exponeret, & eodē modo reſpondemus ad auctoritatem D. Leonis.

Ad tertium ex Cōſilijs reſpondemus id ipſum, qđ diximus pro ſolutione ad auctoritatem D. Gregorij, inde .n. colligitur tantū periculoſiſsimū eſſe, differre pœnitentiam pp rationes iam allatas: dicitur autem gratia neceſſaria ad euitanda peccata, modo iam explicato, neque hinc colligendum, teneri hominem ſtatim ad habendam contritionem, quia neq. ſtatim, neq. neceſſario trahitur ad aliud nouū peccatum, qui iam eſt in peccato. Ad vltimum deductū ex ſacra ſcriptura reſpondetur, & quidem ad illud ex Eccleſiaſt. & Apoc. inde tātū cōdēnaria Deo

malam

malam quorundam conſuetudinem, qui pęnitentiam diſtrahunt ad articulū mortis, cum tamen certum eſſe debeat, hanc tantam dilationem eſſe contrariam legi diuinæ, ac naturali; accedente maxima incertitudine mortis, quæ maxime remouere deberet peccatorem à peccato: Itaque in ijs locis tantum pęnitentiam eſſe quam primum agendā commendatur, & nunquam in tempus diſtrahenda, inde tamen non videtur colligi, eſſe vbi primum agendam, cū peccatum fuerit commiſſum; aliud enim eſt, ſtatim ac peccatum eſt, eſſe de ipſo conterendum ex præcepto aliquo; aliud non eſſe pœnitentiam in longius diſtrahēda, illud primum non præcipitur, licet conſuli poſſit: ſecundum vero eſt, quod in ijs locis ex ſcriptura citatis commendatur, ac pręcipitur; vel etiam poſſemus dicere, Dominum illis verbis id ſolum velle, ne differant peccatores pœnitentiam de die in diem, id eſt, ne differant, ne relinquant agere pęnitentiam ſuorum peccatorum cum tempus vrget pœnitendi; vnde quia non ſtatim, ac peccatum commiſſum eſt, vrget pœnitendi præceptum; ſed ſtatuto, ac determinato tempore; ideo dixit *ne tardes de die in diem*, &c. ita Viguerius de ſacramento pęnit. verſ. 11. exponit.

Ad illud ex Hieremia deſumptum, reſpondetur, loqui ibi prophetam de ijs in ſpecie, qui ex occultiſſimis cauſis diuina ac ſingulari gratia deſtituuntur, propter ipſorum in peccatis obſtinationē; A quod non facit ad rem noſtram.

Secunda concluſio: pręceptum contritionis non obligat, vbi deferbuerit ardor peccati; nec quoties contritio de peccato venit in mentem facienda.

Prior pars concluſionis probatur; quia, ſi quæ eſſet ratio vt tunc obligaret, certe hæc eſſet, quia ceſſante illa animi perturbatione, maneret plana, ac perfecta liber- B tas; ſed hæc ratio non probat; quęritur enim, an durante peccato eſſet voluntas plane libera, an non; ſi non erat libera, iam neque erat peccatum, vt de ſe patet; quod ſi libera erat, ergo non eſt ratio, cur obliget nunc, non autem antea obligaret.

Secunda pars probatur ex Viguerio, Soto, Cano, & alijs, quia C vel præceptum contritionis tunc obligaret ratione ipſius præcepti, & non apparet, quo fundamento id dicatur; licet non videatur negandum præceptum, quod alias obligat, poſſe aliquando excuſari, niſi aduertatur, quod in noſtro caſu nec ponitur, nec poni debet; vel obligat ratione inſpirationis, & neque hoc poteſt dici, quia alioquin ſequeretur omnem inſpirationem obligare ad peccatum, D quod eſt abſurdum, vt alibi oſtenditur.

Obijciunt contrarij ſcripturas, quæ videntur euidenter probare, eos, qui nolunt pęnitere, cum tamen excitentur à Deo, tradi in reprobum ſenſum; quod maximū peccatum eſt; pſalm. 48. *non audiuit populus meus vocem meam*, *Pſalm. 48.* Prouerb. 1. *quia vocaui, & renuiſtis*, *Prorb. 1ne.*

ſtis, extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret, &c. ego quoque in interitu veſtro ridebo, &c. Ad Roman.2. *ijs autem, qui ſunt ex contentione,et qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati.* Ad Hebr.6. *impoſſibile eſt eos, qui ſemel illuminati ſunt, ſi prolabantur, rurſus reuocari ad pœnitentiam.*

Pau. ad Ro.

Ad Hebr.

Reſpondetur,vere dilationem pęnitentiæ, aut omiſſionem illius habere rationem mali, niſi honeſta aliqua ratione excuſetur; ſi enim quis omittat pœnitentiam,vt adhæreat peccato, ſine dubio peccatum eſt eiuſdem rationis cum peccato,in quo perſeuerat; ſin autem omittatur pœnitentia, quaſi ex contemptu vocationis diuinæ, pertinet ad ingrati animi crimen; & ſi omittatur,quo tempore obligat pęnitentia, eſt peccatum impęnitentiæ;alioquin nunquam poteſt, aut debet quis ſe intelligere derelictum iri à Deo; ſiue quia Deus neminem penitus deſerit, vt propterea dixerit Oſeæ 13. *perditio tua ex te Iſrael eſt*,Eccleſ.15. *ne dixeris, per Deum abeſt*, Apoc. 3 *ego ſto ad oſtium, & pulſo,ſi quis aperuerit,intrabo*; & habet Cócil. Trident.ſeſſi.6.c.11. dicens, *Deus namque ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit,niſi ab ijs prius deſeratur*; ſiue quia nullum eſt peccatum quod pœnitentia,ſi rite applicetur,tolli non poſſit; iuxta doctrinam D.Thom. 3.p.quæſt.86.art. 1.id,quod eſt de fide,ſic ſacræ Scriptur.innuunt, cum inuitent abſolute ad pœnitentiam;Iſai.1.& 55. Ezech.18.& 33.Ioel.2.Ionæ 1.& 3.Matth.11.16.& 18.quo loco,vt adnotarunt Origenes, Hilarius, Hieronymus,Auguſtinus,Chryſoſtomus, & alij, non ſine cauſa fit mentio numeri peccatorum, vt intelligeremus,nullo tempore denegandam eſſe pœnitentiam: ſic etiam habent SS.Patres D.Ambr. lib.2.de pęnit.c.4.S.Hieronymus in epiſtola ad Oceanum,Athanaſius libr.de communi eſſentia Patris,Filij,& Spiritus Sancti, verſus finem,D.Auguſt.libr.1.retract.capit.19.quorum SS. verba hic non appoſuimus,quoniam ſupra eadẽ etiam retulimus; afferemus tamẽ verba tum Auguſtin.tum Ambroſij quia ſingularia ſunt ad propoſitum; Ambroſij quidẽ ſuper Luc. vbi ſic habet, *nemo diffidat, nemo veterum conſcius delictorum præmia diuina deſperet*; Auguſtini vero de utili pœnitentia aſſerentis, *nemo deſperet; Iudam traditorem non tam ſcelus, quod commiſit, quam indulgentiæ deſperatio fecit penitus interire*; ſic denique habent Concilia,Lateranenſ.ſub Innocent.tertio,dicens: *ſemper lapſo poſt baptiſmum patere aditum ad pœnitentiam*, & cap.Firmiter, de ſumma Trinit.& fide Catholica,vbi declaratur, *poſſe hominem peccatorem ſemper per veram pœnitentiã reparari*,& de pęnit.diſt. 1.c.Multiplex,ſic habetur,*His autem,qui tempore neceſſitatis,& periculi vrgentis inſtantia pœnitentiæ præſidiũ, & modũ reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt,nec reconciliatio denegãda,quia miſericordiæ Dei,nec mẽſuram poſſumus ponere,nec tempore*

Deus neminem deſerit. *Eccleſ.15.* *Apoc.3.* *Conc.Trid.* *S.Thom.* *Iſa.1.& 55* *Ezec.18.& 33.* *Ioel.2.* *Ion.2.& 3.*

Matth.11.16.& 18. *Origen.* *Hilar.* *Hieron.* *Auguſt.* *Chryſoſt.* *S.Ambroſ.* *S.Hieron.* *S.Athanaſ.* *S.Auguſt.* *Cõc. Later.*

re

re definire, apud quem nullas patitur venia conuerſio, quod idem habetur c. Nemo, & c. Quãtumlibet de pęnit. diſt. 1. & denique Conc. Trid. ſeſs. 14. cap. 2. poſt aliqua, ſic ait, *vt per ſacerdotum ſententiam non ſemel, ſed quoties ab admiſſis peccatis ad ipſum pœnitentes confugerint, poſſent liberari*, & can. primo. *Si quis*, inquit, *dixerit in Catholica Eccleſia pœnitentiam non eſſe vere, & propria Sacramentum pro fidelibus, quoties poſt baptiſmũ in peccata labuntur, ipſi Deo reconciliandis, a Chriſto Domino noſtro inſtitutum, anathema ſit*. *Conc. Trid.*

Neque opponas locum ex 2. Machabæo. 9. vbi legitur ſceleſtus quidam rogaſſe dominum, à quo non erat miſericordiã conſequuturus, & ex Paulo Apoſtolo ad Hebr. 10. vbi loquens de Eſau ait, *non inuenit locum pœnitentiæ*. *2. Mach. 9.* *Paul. ad Hebr.*

Reſpondebimus enim, nobis illa loca ſcripturæ nõ officere, nam quod attinet ad priorem, certum eſt illo loco ſcripturam non dicere, ſceleſtum illum poſtulaſſe veniam peccatorum, ſed tantum poſtulaſſe valetudinem, quam vere, & infallibiliter non erat cõſequuturus, ex iuſtis rationibus, & cauſis ſoli diuino iudicio relictis, & ideo ille tandem mortuus eſt. Ad vltimum vero dicimus, Paulũ ibi non egiſſe de pœnitentia Eſau in ordine ad peccatum, ſed in ordine ad benedictionem, & hæreditatem conſequendã. legatur in hæc loca S. Tho. 3. p. q. 86. art. 1. ad 1. Et ex his patet Deum neminem peccatorum deſerere, neque vllum eſſe tam grande peccatum, quod in A hac vita per pœnitentiam deleri non poſsit, ac demum dilationem pœnitentiæ non ſemper pertinere ad impęnitentiam. *S. Thom.*

Tertia concluſio; præceptum contritionis per ſe obligare, tantum in extrema neceſſitate; per accidens vero, etiam alijs temporibus.

Prima pars concluſionis probatur ex communi ſententia illorum Doctorum, quos ſupra recen B ſuimus in hanc ſententiam.

Secundo, quia eadem videtur ratio de charitate, atque alijs præceptis affirmatiuis, ſed hæc habẽt certum tempus, & obligãt in aliqua neceſſitate, ergo etiam hoc præceptum contritionis, contritio enim imperatur à charitate, & quoad illud videtur æqua ratio.

C Secũda pars admittitur ab omnibus ſine aliqua controuerſia, legantur D. Thom. in 4. diſtinct. 17. quæſt. 1. art. 4. etſi ibi D. Thom. loquatur potius de cõfeſsione; attamen æqua ratione id ipſum poteſt dici de contritione, S. Thomã ſequuntur Suarius à nume. 17. & Nugnus dub. 3. neque quoad hoc videtur concluſio egere aliqua alia probatione; illud ſolum deſiderari poſſet, vt explicaretur. Quid D ſit, contritionis præceptum obligare aliquando per accidens. *D. Thom.*

Dicimus enim, contritionis pręceptum obligare per accidẽs extra extremam neceſsitatem, cum ſcilicet eſt ſuſcipiẽdum, vel adminiſtrandũ Sacramentũ aliquod, quidquid dicant Canus, & alij de Sacramento Euchariſtiæ, de quo dicemus poſtea; dicitur autẽ tunc contri- *Contritionis præceptum obligat per accidens.*

contritio obligare per accidens, quia reuera, qui ſine contritione ſuſcipit, aut adminiſtrat Sacramẽtum, non peccat contra præceptũ contritionis, ſed contra dignã ſuſceptionem, & adminiſtrationem Sacramenti.

Quid ſentiat de hac noſtra concluſione Nugnus.

Nugnus excipit ab hac noſtra aſſertione præceptum charitatis, vult enim illo loco citato, quod quis etiam ante mortis articulum elicere tenetur actum charitatis: & conſequenter etiam teneatur præcepto actus contritionis; cum aſſerat eũ, qui eſt in peccato mortali, nullo modo poſſe diligere Deum; vnde concludit, quod qui manet in aliquo peccato mortali per octo, & forte etiam per ſex menſes, peccare duplici peccato, vt propterea aſſerat teneri illum accuſare ſe de violatione huius præcepti, quod ſcilicet, non elicuerit actũ contritionis per tantum temporis ſpacium.

Non placet ſentẽtia Nugni.

Verum non placet hoc placitũ Nugni, tum quia nullum habet firmum fundamentum, quo id poſſit aſſerere; vt patebit. ſecundo quia eatenus actus contritionis obligat extra tempus periculoſum mortis, quatenus quiſque tenetur extra illud elicere actum dilectionis in Deum, cum ſic actus nunquam ſit diſtrahendus ad tantum temporis ſpacium, vt optime ipſimet Nugnus ibidem probat; ſed quia cum vnus actus virtutis eſt neceſſarius propter alium, ſolum dicitur neceſſarius per accidens, ideo ex hoc capite actus cõtritionis erit neceſſarius tunc temporis ſolum per accidens; ſcilicet

A propter actum dilectionis, qui elici neceſſario debet; tũ tertio, quia bene quis poteſt iuſtificari ex actu amoris, & charitatis in Deum, ſine aliquo actu formali pœnitentiæ, vt iam alibi oſtendimus: tum denique quia, etſi virtus contritionis ſit omnino diſtincta à virtute charitatis, ex obiecto, quia tamen vnus actus virtutis ab alio imperatur, ideo ad illum, à quo imperatur, reducitur, vt propterea ex

B vi vnius præcepti vterque imperetur, & hinc ſatis aperte affirmare poſſumus; ſi quis, dum vrget prçceptum charitatis, illud omitteret; neque illud adimpleret, non peccaturum duplici peccato; & ratio eſt, quia tunc temporis ſolius prçcepti charitatis per ſe eſt violatio, non autem præcepti contritionis per ſe, niſi quatenus contritio

C accidit ad charitatẽ, eique coniungitur, neque tamen colligendum inde videtur illum, poſtquam iuſtificatus eſt, teneri, vbi primum ad actum contritionis, quo peccatur, reminiſcitur, ſed ſolum tunc cum tẽpus eliciendi contrariũ adeſt, illiuſque obligatio inſtat, ac vrget, quidquid dicat Nugnus ibidẽ.

Canus excipit Sacramentũ Euchariſtiæ a noſtra priori concluſione.

Melchior Canus vbi ſupra ex

D cipit ſecundo ab hac ſupradicta lege, Sacramentum Euchariſtiæ, ratione cuius putat contritionem obligare per ſe: vnde concludit, qui ſine contritione ſuſcipit, aut adminiſtrat Euchariſtiam, dupliciter peccare, & cõtra ſuſceptionem Sacramenti, & contra contritionẽ.

Non placet Canus.

Verum, neque id placet; tum primo, quia id caret fundamento: tum ſecundo, quia eatenus hoc

Sa-

Digitized by Google

Sacramentum requirit illam contritionem, quia dignitas, & præſtantia huius Sacramenti maiorē requirit diſpoſitionem, vt propterea prærequirat confeſſionem, ſi poſſit haberi, alioquin illa diſpoſitio, non eſt per ſe neceſſaria, ſed ratione ſanctitatis Sacramenti ſuſcipiendi, aut adminiſtrandi, legatur Suarius ſup. ſect. 6. num. 6. quare non eſt inde colligendum, eſſe tunc temporis per ſe pręceptum contritionis, ſed ad ſummum eſſe per accidens, id eſt, ex præcepto digne tractandi res ſacras.

Verum quis dĕat contere concione habenda, pro iuramento adhibendo.

Summiſtæ conantur excipere à ſupra allegata regula; Quando quis concionari debet, quando tenetur publice iurare, aut aggredi aliquod opus eximium, aut alia ſimilia, de quibus legatur Viguerius de Sacramento pęnit. verſ. 11. Medina, C. de pęnit. tract. 1. quęſt. illa 6. ad finem.

Verum, neque horum ſententia placet, tum quia nullum habent probabile fundamentum, quo id aſſerant, niſi fortaſſis id dixerint eſſe, ratione ſcandali, tunc autem alia ratio eſſet; tum quia huiuſmodi actus licet ſint ſancti, & ad ſanctitatem ordinati; non tamen ſunt ſacri, aut ſacrati, vt propterea non prærequirant ſanctitatē in ſubiecto adminiſtrante illos, neq; pænitentiā de commiſſis.

Sequitur primo; illum actum, quo quis dicit, nolo pęnitere, videri ex illo genere actuum, qui bene, ac male fieri poſſunt, teſte Suario ſup. ſect. 5. nu. 17. ex ſuo tamē genere potius inclinare ad malū; nam vt ibidem ponit Suarius nu. 17. ilic modus loquendi, videtur etiam comprehendere illud tempus, pro quo obligare poteſt tale præceptum; vnde cum ex ſuo genere potius videatur ſpectare ad malum, niſi aliunde habeat honeſtatem aliquam, malus eſt, tunc autem habere poterit honeſtatē aliquam, ſi illi apponatur aliquis finis honeſtus; quis autem poſſit eſſe finis honeſtus, legatur Suarius, ſupra ſect. 5. num. 18. verum tamen eſt, non quamcūque honeſtatem ſatis eſſe ad liberandum hunc actum ab omni malitia, nā ſi quis dicat, nolo pænitere, quia non teneor, poteſt habere plures ſenſus, primo, vt ille nolit facere, niſi id, quod tenetur ex præcepto, qui quidem actus ex ſua natura videtur malus, & periculoſus, quia implicite continet multa, quę aut ſunt peccata venialia, vt aiunt Canus, & Sotus vbi ſupra, aut proxime accedunt ad peccata mortalia, quidquid dicat Suarius, vbi ſupra numero 17. & 18. & ratio eſt, quia id potius videtur naſci ex quadam complacētia in ſtatu peccati, & inimicitiæ Dei; id quod malum eſt: & præterea, quia vt ait Sotus ſupra art. 6. videtur continere nolitionem quamdam obiecti boni, id quod etiam malum eſt, ſecundo poteſt facere alium ſenſum, vt nolit pænitere, quia non tenetur, & tamen vlteriorem aliquam quærat honeſtatem, vt dicunt Suarius, & Nugnus vbi ſup. de illo, qui vt curet infirmū, illique præſto ſit, diceret, pro nunc nolo pęnitere, certe hic actus nullo modo videretur condemnandus; tertio

A tio poteſt hic actus, quo quis non vult pęnitere, intelligi, vt nolit pęnitere, niſi in fine vitæ, & hac ratione non excuſaretur à nobis ille a peccato mortali, propter eas maxime rationes, quas affert Scotus, diſtinct.20.q.vnica, quarto poteſt hic actus elici propter finem aliquem honeſtum, vt quia vult alio tempore feruentius pænitere; vel vt euitet aliquod malum, quod aliàs euitare non poſſet, & hac ratione nullum eſſet peccatũ, ſi quis ita diceret, nolò pænitere, neque enim intelligeretur iſte velle inimicitiam Dei, aut alia huiuſmodi, vt adnotarunt Canus, Medina, Suarius, & Nugnus, vbi ſupra, & licet velle inimicitiam Dei, nouo actu ſit ſemper peccatum; tamen poſtquam quis contraxit per peccatum inimicitiam, nolle illam à ſe expellere, non ſemper eſt peccatum; ſi cohoneſtetur aliqua rationabili cauſa, vt dictum eſt; ad eum modum, quo numquam licet ſibi vulnus infligere, nolle tamen aliquo tempore curari vt melius alias curetur, interdũ licet.

Sequitur ſecundo contra Caietanum, Viguerium, S. Antonin. 3. par.tit.14.cap.18.§.2.& Medinã locis cit. quomodocumque occurrant peccata memoriæ, ſiue practice, aut ſpeculatiue, non inde oriri obligationẽ ſub nouo peccato ad eliciendam contritionem, ſed ſolum tũc, cum adeſt, & vrget noua ratio præcepti.

S. Anton.

Sequitur tertio, ex Cano ſupra Suario ſupra num.15.ſect.6. Nauar.cap.21.num.35. Nugno, Silueſt.& alijs, non obligare præceptum contritionis, quoties quis habet opportunitatem conterendi, etiamſi ſit periculum obliuionis peccati, quia obliuio peccati videtur impedire cognitionem tãtum peccati, quæ requiritur ratione examinis in ordine ad confeſſionem, imo ſi quis etiam obliuioni tradat ſe peccaſſe, adhuc tamen ille non careret remedio, B quia ſemper poteſt iuſtificari ex actu dilectionis, & charitatis in Deum, quæ virtute deteſtaretur peccata.

Sequitur quarto, ex eodem Suario ſupra ſect.6.num.9.contra Nugnum, præceptum contritionis, neque obligare, vel in maxima etiam communique calamitate, quia vt concedamus in publica illa calamitate confugiendum eſſe ad Deum, idque admodum ne C ceſſarium eſſe, attamen hoc ipſum fieri poſſe ſine contritione; aſſerunt plerique Doctores, quos Suarius ibidem ſequitur, oratio enim per ſe non requirit contritionem, alioquin peccatores ſic orando, peccarent, quod nemo dixerit, itaque ſatis tunc eſſet, accedere ad Deum, proponendo cõtritionem ſuo tempore eliciendã.

D Sequitur quinto ex Cano, Sot. art.6. Silueſ. verbo Dominica, q.6. Caietano, in ſum.ver.contritio, & 2.2.quæſt.122.art.4. Roſella, verbo Feriæ, §.2. Nauarro, cap.13.nu. 17. Medina, ſupra dub.2. Iacobo de Graff.lib.1.cap.5.num.24. Rodriquez de contr.cap.50.num.2. Suario ſect 6.num.10. Nugno vbi ſupra, neque hoc præceptum obligare diebus feſtis, quia quamuis

cultus

cultus externus Dei maxime referatur ad internum, tamquam ad finem, tamen hic finis non includitur intrinſece in præcepto; neque contra nos eſt Scotus, tantum enim ibi ait præceptum de colendis diebus feſtis, eſſe veluti quamdam determinationem præcepti charitatis, quamquam & in hoc fallatur, vt alibi oſtẽditur, quidquid dicat Viguerius vbi ſup.

Lis inter Nugnum et Suarium.

Sequitur ſexto, quid ſit dicendum ad illam dubitationem, quæ eſt, vtrum contritio ex ſe ſit tunc in præcepto, cum vincenda ſit aliqua tentatio, de qua videmus litem inter Suarium ſup. ſectio.6.a num.7. & Didacum Nugnum ad finem dub.3. ad quam dicendum videtur breuiter, componi facillime hanc litem, ſi dicamus aliud eſſe, ſi loquamur de victoria cum fructu, & merito ad vitam æternam, aliud ſi loquamur de victoria vt ſic; nam certum videtur nullo modo poſſe vinci tentationes cum victoria primo modo, niſi ponantur gratia ſanctificans, & alia auxilia ſupernaturalia in eo, qui vincere debet; at vero ſi loquamur de victoria ſecundo modo, non videtur negandum poſſe vinci tentationes ſine habituali gratia, non tamen ſine actuali: vnde fortaſſe Nugnus loquutus eſt in priori ſenſu, quando ad uincendas tentationes poſuit neceſſario requiri gratiam ſanctificantem; At vero Suarius loquutus eſt ex natura rei, poſſe, inquiens, ad id ſufficere auxilia diuina actualia, non tamen habitualia: vnde bene potuit hic negaſſe, quod nos

A ſentimus, vrgere hoc præceptum contritionis, cum vincendæ ſint tentationes; quare doctrina Nugni videtur potius inducere conſilium, non neceſſitatem, ſi tamen ipſe velit, omnimode requiri ſanctificantem gratiam ad tentationes deuincẽdas: quod ſi tñ velit loqui de vincendis tẽtationibus cũ fructu vitæ æternæ, bene loquitur requiri contritionem, ſed id eſt

B p accidẽs, vnde negamus Nugno, cõtritionem eſſe medium neceſſariũ ad ſuperandas tentationes ſimpliciter, eſt.n. ſolum mediũ ex ſuppoſitione, ſi, ſ. cum victoria meritoria vitæ æternæ ſuperari debeant.

Sequitur vltimo, abſolute ex recogitatione peccatorũ, nõ oriri neceſſitatẽ cõtritionis, licet regulariter eſſe vtilẽ, & maxime expedire

C cenſeamus; Imo ſatis periculoſum exiſtimemus, quando peccata occurrãt memoriæ, non elicere aliqualẽ illorum diſplicentiã, vel ẽt voluntatem illa cauendi; quinimo inde aliquando obligatione oriri exercendi actum contritionis, ad occurrendum illi periculo certo, exiſtimemus: neque tamen Nugnus inde colligere debet, ex hoc oriri præceptum aliquod affirma-

D tiuum contritionis, quo ad illam eliciendam obligemur, ſed potius colligere, preceptum negatiuum (quod aliquando in ipſo affirmatiuo diximus ſupra includi) quo obligemur ad non committendũ peccatũ; vnde potius per accidẽs, quã per ſe illud accidere tali recogitationi peccatorũ, exiſtimandũ eſt. Atq; hæc dicta ſint de hac qõne, & de tota hac diſputatione 2.

DI-

Digitized by Google

DISPVTATIO TERTIA.

De contritione in ordine ad Sacramentum Pœnitentiæ.

SECTIO PRIMA.

De contritione, vt eſt pars Sacramenti.

IAM ex dictis in ſuperioribus diſputationibus patet, dupliciter poſſe conſiderari contritionem, & vt eſt diſpoſitio ad gratiam, & vt eſt pars Sacramenti Pœnitentiæ; iam ergo cum in ſuperioribus actum ſit de illa ſecundum priorem conſiderationem, reſtat nunc, vt de eadem ſecundũ poſteriorẽ modum agamus, quatenus ſcilicet eſt ad Sacramentum pœnitentiæ.

QVAESTIO PRIMA.

Quid, & an pœnitentia ſit Sacramentum nouæ legis.

QVoniam ad intelligendam, ac percipiendã eſſentiam, & quidditatem contritionis, vt eſt pars Sacramenti, plurimum iuuare exiſtimamus; primo agno-
A ſcere, atque indagare totũ ipſum Sacramentum, in cuius compoſitionem ipſa venit; ideo operę pretium arbitramur nonnullas quæſtiones præmittere, circa hoc ipsũ Sacramentum pœnitentiæ, vt deinde illis explicatis facilius intelligi poſsit, quid de contritione, vt eſt eiuſdem pars, ſit dicendũ; Hæc eo diximus, vt nemini mirum vi-
B deri debeat, ſi paulo remotius huius ſcientiæ petamus fundamentum.

Duo autem ſunt, quæ primo loco præmonita volumus; primũ eſt; nos hic ſupponere ea omnia, quæ iam diximus, tum in prima, tum in ſecũda diſputatione eiuſdem libris initio de etymologia huius nominis pęnitentiæ, neque
C enim hoc loco eadem repetenda cenſemus: Alterum eſt, nolle nos hic diſputare cũ hæreticis de hoc Sacramẽto, vt ſatis eſſe exiſtimemus, quæ ab alijs dicuntur, pręſertim vero ab Illuſtriſs. D. Belarm. cuius propria laus eſt, tã excellenti, ac ſingulari doctrina, tantaque eloquentia, hæreticos ſic confutatos, ac deuictos eſſe, vt vel inui-

ti id fateantur, neceſſe ſit; ſolum illud addendum hoc loco videtur; multos ex hæreticis, (ſicuti ſunt, Montanus, & Nouatus) non tam ipſum ſacramẽtum negaſſe, quã eiuſdem vim, atque efficientiam. & de Montano quidem, iam conſtat ex D. Hieronymo ad Marcellum, quãtum circa id aberrauerit à vero; De Nouato vero ex Socrate libr. 4. Hiſtoriæ capit. 23. vbi ait Nouatum ad omnes Eccleſias ſcripſiſſe in eam ſententiam, conſtat autem primum auctorem huius erroris fuiſſe presbyterum quendam Carthaginenſem, qui ſeduxit Nouatianũ presbyterum Romanum, vt colligitur ex D. Hieronym. lib. de viris illuſtribus, & ex epiſtol. 1. Cornelij, ex Cypriano lib. 2. epiſtol. 4. S. Auguſt. de hæreſib. c. 34. Græci autem, vt conſtat ex Euſebio lib. 6. Hiſtoriæ cap. 35. Socrate loco citato, Theodor. libr. 3. de heret. fabulis, Nouatum cum Nouatiano confundunt, cum tamen reuera fuerint diuerſi: item certum etiam videtur, Nouatum non ſimpliciter damnaſſe pœnitentiam, ſed, vt habetur in Conc. Trid. ſeſs. 4. c. 2. negaſſe eſſe Sacramentum, & habere uim remittendi peccata, vt colligitur ex Epiphan. hær. 59. & ex epiſtola Cornelij citat. & ex Cypriano vbi ſupra; Quare falluntur ij, qui exiſtimarunt à Nouatianis damnari ſimpliciter pœnitentiam: ſolet autem illud vocari in quæſtionem; an hi damnauerint, ſeu negauerint pœnitentiam tantum in atrocioribus delictis; ſunt enim qui putant illos tantum negaſſe pęnitentiam in peccatis ad mortem, quos confutat S. Ambroſ. de pœnit. capit. 2. & 4. Diſcipuli vero Nouati, cum premerentur catholicorum argumentis, illud excogitarunt, pœnitentiam non eſſe omnino tollendam, ſed tantum in ijs peccatis, quæ ſunt ad mortem, quod tamen falſum eſt, vt patet ex D. Ambroſio loco citato. Lutherus vero, ne plane Nouatianus videretur, aliquam reconciliationem admiſit poſt baptiſmum, quia tamen negabat in Eccleſia eſſe poteſtatem dimittendi peccata, ideo auferebat ab illa reconciliatione rationem Sacramenti. Caluinus aperte negat pœnitentiam eſſe Sacramentum. Alij denique hæretici, licet id conceſſerint, in alios tamen errores circa eandem pœnitentiam prolapſi ſunt, vt videre eſt apud Belarminum, loco citato. his igitur præmiſſis

D. Hieron. *Socrates.* *Hieron.* *S. Cyprian.* *D. August.* *Euſeb.* *Socrate.* *Conc. Flor.* *Epiphan.* *Cyprian.* *D. Ambroſ.* *Ambroſ.*

A B C

Catholicorum vna eſt ſententia; Scholaſticorum quidem in 4. diſtinc. 14. & 15. aliorum vero, vt plurimum cum S. Tho. in 3. p. q. 84. art. 1. quæ patebit ex dicendis, pro cuius explicatione. *S. Thom.*

Notandum primo, non vno, & eodem modo appellari Sacramentum ab omnibus, & quidem ab Hebręis trib. fere nominibus, non admodum proprijs, vocari ſolet; aliquando enim Sacramentum dicitur cæremonia, vel lex cæremonialis, vt patet ex libro Exodi capit. 12. & 28. aliquando conſecratio Exodi 28. & Leuit. 8. aliquando ſecretum, aut res occulta, Daniel. 2. A Græcis autem ſuis etiam nominibus aliter, & aliter

Nomen Sacramenti varie ſumitur. D *Exod. 12. & 28. Leuit. 8. Daniel. 2.*

Sacra-

Digitized by Google

Sacramentum dicitur; aliquando enim dicitur myſterium, de cuius etymologia legendus eſt Euſeb. Cæſarienſ.lib.2.præparat.capit.5. & Clem.Alexan. in adhortati.ad Gētes, & libr.quinto ſtromatū. Aliquando dicitur ſymbolum, qua voce frequētius vtitur Dionyſius Areop. Quare autem ſacramentū dicatur ſymbolum, legantur Cyrillus Alexand. loco citato, vbi inquit, ſic dici, quia ſacramentum eſt ſignum myſterij, S.Auguſtin. epiſtol.118. quia inquit ſunt, quaſi vincula religionis, quibus Chriſtiani ſimul coniunguntur, & ab aliis diſtinguuntur, S.Baſilius in adhortatione ad baptiſmū, quia inquit, ſunt quaſi ſigillum noſtræ fidei, & diuinarum promiſſionū; vel quia ſunt quaſi teſſeræ, quib. Græci in pactis, & ſcriptis vtebantur: dicebantur autem ſacramēta, teſſeræ, quia erant ſigna quędam pacti inter nos, & Deum, Exodi 24. vel denique, quia ſunt, quaſi pignora quædam diuinorum bonorum, vt habet S.Auguſtin.libr. de catechizandis rudibus cap.26. & in pſalm.65. Demum a latinis, vario etiam modo vſurpabatur hoc nomen ſacramenti, aliquando pro certa quadam pecuniæ quantitate, quæ à litigantibus ſolebat deponi apud tertiam perſonam, & quoniam hæc pecunia aliquando tradebatur in ſacros vſus, ideo dicta eſt ſacra, & ſacramentum; aliquando pro iuramēto, vnde dicebatur ſacramentum militare, qua ſignificatione paſſim accipitur, tum a Canoniſtis, tum à Legiſtis; vltimo & eſt quod

Euſebi. Caſ. *Clem. Alex.* *Dion. Areopag.* *D. Augu.* *Baſil.* *Exodi 24.* *S. Auguſt.*

A facit ad rem noſtram, vſurpatur pro ſigno, ritu, & cæremonia alicuius rei ſacræ, & occultæ; qua ſignificatione accipiuntur noſtra ſacramenta, vt patebit, neque vero prætereundum videtur hoc loco, nullo modo abſtinendum eſſe ab hoc nomine ſacramenti, vt nonnulli falſo nomine abſtinere conantur, cum certum ſit, & ſcri-
B pturas ſacras, & Patres antiquiores illo eodem nomine vti, ſic legit Paulus ad Epheſ.quinto; *ſacramentum*, inquit, *hoc magnum eſt, ego autem dico*, vbi loqui Paulū de ſacramento matrimonij, affirmant Chryſoſt.homil.vlt. ad Coloſs. Leo epiſtola 92. S.Auguſtin. libr.1. de nupt.& concup.cap.10. & 21. ſic legit Apoc.capit.17. vbi deſcribitur fęmina illa meretrix,
C quæ dicitur habere in fronte ſacramentum, dicitur autem illa mulier ſacramentum; non quia res eſſet ſacra, aut ſacrata, ſed quia erat ſignum rei ſacratæ; ſcilicet, vel imperij Romani, vel imperij Antichriſti: ſic etiam eodem ſacramenti nomine vtūtur Patres, vt Tertullianus libro primo contra Marcionem, Cyprianus libro
D ſecundo, epiſtola prima, & tertia, libro quarto, epiſtola 7. S.Hieronymus in Ezech. capitulo 14. & in Malach. capitulo primo, & denique Sanctus Auguſtinus epiſtola 118. Immerito igitur nonnulli vt potius videantur Ciceroniani non curent ſe inter eccleſiaſticos Doctores enumerari, cum huiuſmodi nomen ſacramenti, tanquā minus proprium abhorreāt. neque ſecundo prætermittēdum

Paul ad Epheſ. *Chryſoſt.* *Leo.* *Apoc.17.* *Tertull.* *Cyprian.* *Hieron.* *S. Auguſt.*

Digitized by Google

videtur hoc loco, an ſacramentũ, vt ſic, vera definitione definiri poſſit, inueſtigare; ad quod breuiter duo vidẽtur poſſe dici; primo quidem, ſi ſacramẽtum materialiter accipiatur vere, & proprie non niſi per additamentum poſſe deſcribi; diximus, ſecundum eſſe materiale, quia ſecundum eſſe formale, vt ſic, non repugnare quidditatiue poſſe definiri, ſi hẽat aliquam vnitatem in ſuo genere, alibi oſtendemus; ſecundo, totam quidditatem ſacramenti definiri poſſe, ſiue per additamentum, ſiue per definitionem aliquo modo phyſicam, complectentẽ omnes cauſas, vt alibi oſtendemus: Vnde quod attinet ad noſtrum propoſitum, ſic ſacramentum ſecundum eſſentiam poſſumus definire, miſſis multis aliis definitionibus, deſcriptionibuſve, quæ ab aliis dantur, eſſe ſcilicet ritum, ſeu cæremoniam initiantem, & conſecrantem, ſeu ſanctificantem, ſiue illa ſanctitas ſit extrinſeca, vt erat ſacramentorumq; legis veteris; ſiue intrinſeca, vt eſt noſtrorũ Sacramentorum, quę omnia Deo fauente alibi à nobis probabuntur.

An ſacramentum vere definiri poſſit.

Notandum ſecundo; adhuc & ſacramenti nomen eſſe ſuperius quoddam commune ad ſacramẽta veteris, & nouę legis, ita vt tam hæc, quam illa ſub nomine ſacramenti veniant, vt docuit D.Tho. 3.p.q.84.art.1.& deſumptum eſt ex D.Aug.libr.4. contra Fauſtũ c. 2.libr.15.c.2. Primo de baptiſmo contra Donatiſtas, c.15.libr.1.cõtra aduerſ.legis, & prophet. cap.16. & 17.& lib.3. contra epiſt.Pelag. c.4.vbi, non tantum admittit ſacramenta in lege veteri, ſed ẽt ponit diſcrimẽ illorum, & noſtrorũ; & ratio ſuadet, quia vt ait S.Aug. lib.19.contra Fauſtum c.11.nulla religio eſt, quæ non cõſtet aliqua externa religione, & ſacramento, ergo. Difficultas aũt ſolum eſt; an hoc nomen ſacramenti, quod diximus ſuperius ad ſacramenta vtriuſque legis, ſit ſuperius quoddã vniuocũ, an analogum, an æquiuocum ad illa, & licet videatur q̃ſtio potius logica, quã Theologica, vt inquit Durand.in 4.d.26.q. 3. nu.9. attamen iuuabit illã hoc loco determinare: Alii igitur exiſtimarunt, ſacramenta de illis dici analogice, inter quos fuit Magiſt. in 4.diſt.1. Hugo de Sãct. Vict.li. 5.de ſacr.par.5.c.2.Richard.in 4. diſt.1.q.1.q.3.& olim fuit in hac ſnĩa S.Tho. in 4.d.1.q.1.ar.1.q.1. qui oẽs, ex quo ponant rationem ſacramenti poſitã eſſe in efficientia; conſequenter debent ponere analogiam ſacramenti ad vetera, & noua ſacramẽta: Alii exiſtimarunt, ſacramentum de illis duob. dici vniuoce, ſic D.Thom.3.part. q.60.art.1.retractauit enim priorem, S.Bonauent.in 4.diſt.1.q.2. Caietan.3.p.in quæſt.60.artic.1. Sotus 4.d.1.q.1.art.1.& 2. Canus in relect.de ſac.pœnit.p.1.Viguerius in inſtit.c.16.ver.2. Ledeſma in 1.tomo ſui 4.q.1.art.1.& 2. Belarmin.lib.1.de ſacramentis in genere cap.12.concluſ.tertia, Sayrus de eſſentia ſacramentorum lib.1. cap.2.art.2.Suarius de ſacramentis in genere 3.p. quæſt.60.art.3. diſput.

D.Thom. *D.Auguſt.* *An ſacramentum ſit analogum, an vniuocũ, an æquiuocum, &c.* *D.Thom.* *D.Thom.* *S.Bonau.*

Digitized by Google

diſput.prima ſect.2. ad finem Didacus Nugnus 3.p.q.6.artic.ſecundo,dub.vnico.In hac varia Doctorum opinione, vt noſtram demus ſententiam; videtur,vt probabilius,dicendum; Sacramentum, ſiue ratione cęremoniæ, & ritus, ſiue ratione ſigni, non dici vniuoce de vtriuſque legis Sacramentis, & primo quidem non dici vniuoce,in ratione cęremoniæ, & ritus, probatur,quia quoad hoc, nō vna eſt illorum omnium ſacramentorum ratio;nam cęremonię veteris legis materialiter acceptæ, erant actiones,non ſolum indifferentes, ſed etiam profanæ, neque vt materialiter acceptæ, determinabantur vllo modo ad rem ſacram; At vero noſtro cæremoniæ, vt materialiter etiam acceptæ,aliquo modo determinantur ad eſſe ſacrum, per verba tantum, ergo ille cæremonię ſacræ erant ex inſtitutione diuina: Confirmatur primo,quia diuina inſtitutio ſimpliciter,& abſolute non reſpiciebat finē ſacrū, quia omnia ſacramenta, & ſacrificia legis veteris non placebāt Deo per ſe; ſed tantum ratione ſignificationis de Chriſto, & vt continerent populum in timore Dei, & reuocarent ab Idolorum cultu, vt habet Iuſtinus Mart.dial.cum Tryphone,Irenæus libr.4. c.29.Clem. Roman.lib.6. conſtit.c.20. Naziā. oratione de Paſchate. Euſeb.Cæſarien.lib.1. de Dæmone.cap.3. & libr.2.c.36. Cyrillus libr.9. contra Iulian. S.Ambr. in pſal.41.& libr. de interpellat. Dauid. & libr.1. in Iud.S.Auguſt.epiſtol.5.& libr.17. de Ciuit.Dei cap.6.Origen.homil.

Sacramētū non dicitur vniuoce.

Iuſtin. Irenæus. Cle. Rom. Greg. Naz. Euſebi. Cæſ. Cyrillus. Ambroſ. Auguſt. Origen.

A 23.Numer.Cōfirmatur ſecundo, quia illæ cæremoniæ,vt aſſumptę etiam a Deo, non habebant neceſſariam connexionem cum fine, & ideo neq. erant perpetuæ, vnde ſignificauit Deus ſe mutaturū legem,Iſai.45.49. 51.& 55. Hierem.31.32.Oſeæ 5. Aggæi 2. Micheæ 6.Malac.2. quod ex fractione primarum tabularum colligit S.Athanaſ. q.22. ad Ant. & S.Auguſt.quæſt.143.in Exod.& lib.10. de Ciuit.Dei capit.5.Confirmatur tertio quia illa ſanctitas,quę efficiebatur ab illis cæremonijs, non erat per ſe ſanctitas, ſed tantum ſecundum quid. Confirmatur vltimo,quia illa Sacramenta nō conſtituebant per ſe populum Dei, & ideo non diſtinguebant per ſe religionem Dei a familia Dæmonis, id quod patet ex facto Eliſei, qui non præcepit Naaman Syro, vt circumcideretur, ſed ne adoraret Idola; denique multos fuiſſe conſequutos ſalutem ſine Sacramentis illis, dicit Iuſtin.Mart. contra Tryphonem,Tertullian.libr.contra Iudæos, & contra Marcion. & Origen. vbi ſupra. Neque ſecundo dici vniuoce in ratione ſigni probatur, quia ſi quocunque modo ratio ſigni conſtituat Sacramētum, plura erunt ſacramenta, quam etiam, qui ſunt in contraria ſententia, velint: quod ſi ratio ſigni contrahatur in Sacramento ad ſignum practicum, tunc Sacramenta veteris legis non ſunt ſigna practica gratiæ, niſi valde remote, tum quia ſignificant Chriſtum, tamquam auctorem, tum quia ſignificant no-

Iſa. Hierem. Agga. Mich. Malac. Athanaſ. Auguſt.

B C D

Iuſti. Mart. Tertull. Orig.

ſtra ſacramenta, tanquam inſtrumenta gratiæ, ex quibus ſatis tolli videtur vniuocatio inter illa ſacramenta, ſcilicet nouæ, & veteris legis. Vnde poſſumus primo colligere, quod quoniã ſacramenta legis veteris, cum noſtris, tripliciter comparari poſſunt, & in ratione efficientiæ in ordine ad ſanctitatem, & in eſſe cæremoniæ, & ritus; & in eſſe ſigni; ſi primo modo comparentur: ſacramentum de illis non videtur alio modo poſſe dici, niſi æquiuoce, quia ſanctitas illa, non eſt vera ſanctitas, ſed æquiuoce: ſi vero ſecundo modo videtur poſſe dici analogice, tum analogia proportionis, tum attributionis, proportionis quidẽ, ſicut enim noſtra ſacramenta faciũt hominem ſimpliciter ſanctũ, & dedicant, & conſecrant in populo Dei, ita ſacramenta veteris legis conſtituebant in populo Dei ſecundum quid, ex D. Paulo, tum ad Rom. 3. ad Galat. 2. legatur D. Chryſoſt. 2. Cor. 3. & S. Auguſt. epiſtola 157. ad Optatum; Attributionis autem, quia omnia veteris legis ſacramẽta ad noſtra ſpectabant ſacramenta, vt vmbræ, & ſignificationes, ſiue vt inchoationes, ex Paulo ad Coloſs. 2. ad Hebr. 10. 1. Corin. 10. & 11. legatur Hieronymus in epiſtol. ad Gal. cap. 4. ad Rom. 7. in illa verba, *lex ſpiritualis eſt*, Origenes lib. 7. contra Celſum, & libr. 4. Periarchon. cap. 2. & ideo concludendum videtur, non eſſe aliquã vniuocationem, ſed potius analogiam, inter illa omnia; ſupponimus autem in ſupradictis, quod alibi probandum eſſet, etſi ſacramenta etiam legis veteris principalius inſtituta ſint ad aliquid efficiendum, quam ad ſignificãdum, vt patet, de ſacramentis quidem veteris legis, Exodi 28. & Leuit. 8. quibus locis oſtenditur illa habuiſſe vim quandam conſecrandi, & initiandi; de ſacramentis aũt nouę legis, ex Paulo ad Tit. 3. ad Epheſ. 5. Ioan. 6. attamen, quæ ſunt ſacramenta veteris legis, excepta circũciſione, non conferebant gratiam ex ſe, vt ſacramenta erãt, quod probari poteſt primo ex illis ſcripturis, quæ dicunt ſacramenta legis veteris fuiſſe imperfecta, ad Hebr. 7. q. 10. & alibi ſæpius, ſecundo ex Patribus D. Ambro. pſalm. 14. D. Aug. tum in libr. de Gratia Chriſti cap. 19. & de ſpiritu, & litt. cap. 29. Chryſoſt. ad Heb. 9 D. Hieron. ad Gal. 4. & alijs, qui omnes id ipſum, quod nos ſupra poſuimus, affirmant: tertio videtur definitum in Concil. Florent. in vnione Armen. & Cõc. Trid. tum ſeſs. 8. can. 2. 6. 7. & 8. tum ſeſs. 13. c. 13. quarto probatur ex conſenſu Scholaſt. & aliorum omnium, S. Tho. 3. p. q. 2. art. 6. Palac. in 4. diſt. 1. diſput. 5. concl. 3. Caiet. tum loco citato ex D. Thom. tum 1. 2. q. 103. art. 2. & Bart. Med. ibid. Sotus 4. d. 1. q. 3. ar. 6. Canus in relect. de ſac. p. 4. ad finem, Alanus Card. de ſacramentis c. 39. Bellarm. Card. lib. 2. de ſacr. à c. 13. Suarez de ſacr. diſp. 10. ſect. 2. Valen. tom. 4. diſp. 3. q. 3. p. 3. Sayrus de ſacr. in genere lib. 5. c. 7. art. 3. Coſm. Phil. de ſac. in gen. lib. 1. c. 2. Vltimo probatur ratione. Nam Paulus ad Heb. 9 ait, nouum teſtamentum in melioribus repromiſſionibus

Sacramẽtũ poteſt dici æquiuoce, &c.

Sacramẽtũ põt dici analogice, &c.

Paul. ad Ro. Ad Gal. S. Chryſoſt. S. Auguſt.

Paul. ad Coloſs. Ad Hebr. S. Hieron.

Origen.

Exod 28. Leuit. 8.

Pau. ad Ti. Ad Eph. Ioan 6.

Paul. ad Hebr.

D. Ambroſ. D. Auguſt.

D. Chryſoſt. D. Hieron.

Conc. Flor. Tridens.

S. Thom.

Paul. ad Hebr.

Digitized by Google

ſionibus ſancitum eſſe, intelligit autem promiſſiones gratiæ, & remiſſionis peccati, quæ non erât in ſacramentis veteris legis, ex D. Auguſt. in pſal. 72. Confirmatur, quia dicuntur ſacramenta legis veteris elementa egena, & infirma, & tota lex dicitur imperfecta ad Roman. 4. ad Galat. 4. Diximus autē ex ſe, & vt ſacramenta ſunt, &c. quia non diſputamus, an ratione fidei, quæ per ſacramenta declarabatur, haberent aliquam vim. Diximus ſecundo, excepta circumciſione, &c. quia de hac alia fortaſſis ratio eſt, vt Deo fauente, alibi dicemus.

D. Auguſt.

Paul ad Ro. Ad Gal.

Notan. 3. quod attinet ad Sacramentum Pœnitentiæ, non vno, & eodem nomine ab omnibus appellari, nam à Tertulliano de præſcriptione dicitur expiatio, vel Sacramentum expiationis, ſecundo dicitur baptiſmus lachrimarum, Auctor tract. de operibus Cardin. apud Cyprianum homil. de ablut. pedum, Hieronymus libro ſecundo contra Pelag. Nazianzenus in oratione in ſanct. lauacr. & in ſancta lumina. Theodoret. in epit. diuin. decret. Greg. in epiſtola ad Roman. 4. & libro ſecundo de pœnit. Damaſcen. libro quarto, capit. 10. & Clemens libr. 2. ſtromat. tertio dici ſolet reconciliatio, ſeu Sacramentum reconciliationis, & impoſitio manuum, ſeu Sacramentū impoſitionis manuum, ſic Auguſtinus epiſtola 108. libr. 5. de baptiſmo capit. 23. & in pſalm. 106. quarto, frequenter dicitur ſecūda tabula poſt naufragium, ita Hieronymus in Iſaiam cap. 3. epiſtol. 8. ad Demetriadem, Ambroſ. ad Virginem lapſam cap. 8. Concil. Trident. ſeſſi. 6. c. 14. & ſeſſ. 14. can. 2. Tertullian. lib. de pęnit. Clem. libr. 4. ſtromat. Nazianz. in oratione in ſanctum lauac. quinto, & vlt. renaſcentia, ſic D. Auguſ. lib. 1. de doct. Chriſtian. his poſitis.

Sacramētū Pœnitentiæ non uno nomine dicitur.

Cyprian. Hieron. Nazianz.

Theodoret. Gregor.

Clem.

S. Auguſt.

Hieron.

Ambroſ. Conc. Trid.

Tertull. Clem. Nazian. D. Auguſt.

Prima concluſio; non omnis pœnitentia externa, quæ a fidelibus adhibetur poſt baptiſmū eſt Sacramentum.

Probatur, quia cōſtat ex D. Leone epiſtol. 80. & epiſtol. 92. cap. 8. duplicem fuiſſe in eccleſia pœnitentiam, alteram publicam ad expianda publica, alteram vero ſecretam, & priuatam, ad tollenda priuata; rurſus certum etiam eſt, publicam pœnitentiam, aliā fuiſſe ſolemnem, aliam non ſolemnem, vt colligitur ex Gratiano diſtinct. 3. de pœnit. Can. Nihil prodeſt, & ex Magiſtro in 4. diſt. 14. neutra autem pœnitentia, neque ſcilicet publica ſolemnis, neq; non ſolemnis erat Sacramentum, ergo. minor aut probatur, quia neutra habet conditiones requiſitas ad rationem Sacramenti, vt patebit, ergo.

Leo.

De Pœnitentia publica, & ſolemni.

Quæ aūt ſit pnīa publica ſolemnis, & quæ non ſolēnis, diximus in altero libro iam in lucem edito.

Secunda concluſio: Priuata pœnitentia, quæ miniſterio Sacerdotum adhiberi ſolet a fidelibus ad expianda peccata poſt baptiſmū, eſt vere, & proprie Sacramentum nouæ legis inſtitutum a Chriſto Domino.

Probatur primo ex ſacris litteris, quæ faciunt propoſitionem noſtram

ſtram de fide;nam vt alibi dicitur, A tria requiruntur ad conſtituendum Sacramẽtum aliquod ex cõi omnium ſentẽtia, primo ſignum aliquod externũ, ſecundo promiſſio gratiæ,tertio mãdatũ, ſeu præceptum; licet aliqui alia ẽt præter hæc annumerent, ſed tamen implicite in illis tribus iam aſſignatis continentur; legantur de his conditionibus Illuſtr.Belarm. lib.1.de Sacram.in genere,cap.9 Suarius ibid.3.p.q.80. diſput.2. à ſectio.1. Coſmas Phil.in tract. quem fecit de eiſdem Sacramentis in genere lib.1.c.1 Sayrus ibid.libr.1.c.2.art. 3. & deſumptum eſt à Magiſtro ſent. in 4.diſt 1.quem ibidẽ ſequũtur omnes fere Scholaſtici, & à S. Thom. loco citato quem ibidem Thomiſtæ ſequuntur, ſed illa tria reperiri in Sacramento, patet ex ſacris litteris, & primo quidem de promiſſione gratiæ conſtat, Matt. 16.vbi ſic legimus,*& tibi dabo claues regni cœlorũ,&c.*q̃ fere eadem verba repetũtur, Matt.18.quibus patet ex communi omnium ſententia, promitti poteſtatem clauium, quæ ſine dubio refertur ad remiſſionem peccati, & conſequẽter ad collationem gratiæ,per quã remittitur peccatum, quæ deinde auctoritas facto collata eſt immediate Petro,& ſucceſſiue omnibus alijs.Ioan.21.Item Ioan.20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata,remittũtur eis, &c.* quo loco agi de remiſſione peccati,omnes concedunt,ergo etiam agi de collatione gratiæ,concedant neceſſe eſt: vnde colligimus ſecundo, etſi aliquando obſcurius,valde tamen probabiliter, ſymbolum externum huius Sacramenti,ſi enim peccata quædã retinenda ſunt, & quædam remittenda,neceſſe eſt,ex parte pœnitentis eſſe aliquod ſignum, quo declaretur peccatum ſacerdoti; rurſus ex parte ſacerdotis debere etiam eſſe aliquod ſignum,quo intelligat ille ſibi aliqua remitti,& aliqua nõ remitti: tertio colligimus ex eodem B etiam loco,mandatum, ſeu inſtitutionem diuinam,fruſtra enim data eſſet poteſtas, niſi deberet aliq̃ inde ſortiri effectum; ergo cũ ex ſacris litteris hæc tria in hoc ſacramento pœnitentiæ habeantur,iure optimo Sacramentum erit: legantur præter citatos Doctores de illis tribus,Canus p.5.de ſac.pœnit. & Didacus Nugnus ad 3.p.q.84. C quæ autem obijciantur cõtra prædicta ab hæreticis,bene ſoluũtur, præcipue a Bellarm.vbi ſupr.

D.Thom. *Matt.16.* *Matt.18.* *Ioan.21.* *Ioan.20.*

Secundo probatur concluſio ex Patribus, quorum multos habet, & refert idem Dominus Belarminus, vt alios omittamus,quib. nos addimus Cyrillum Alexandr. ſeu potius Origenem homil.2.in Leuit.& in pſal.37.quo loco appellat ſacerdotes,medicos; D.Ambroſ.libr.2.de pœnit.c.2.S.Hieron.in Iſa. c.3. & in epiſtola ad Demetriadẽ, D D.Auguſ.contra Donatiſt.cap.20. & 23. & lib.2.de adult.coniug.capit.16.

Cyrill. Alexand. *S. Ambroſ.* *S. Hieron.* *S. Auguſt.*

Quarto probatur, quia vt Durãdus ait, ſequutus in 4.diſtin.14. Magiſt.ſent. cum cõi, pœnitentia eſt Sacramentũ, quia eſt remediũ extrinſecus adhibitũ diuina inſtitutione,ſignificãs, & efficiẽs,ergo.

Con-

Digitized by Google

Confirmatur, quia in hoc Sacramento pęnitentiæ reperiuntur ea omnia, quæ ſunt ſimpliciter neceſſaria ad Sacrametum; id eſt, ſignũ ſenſibile, promiſſio gratiæ, & mandatum ſeu inſtitutio diuina, ergo.

Neque obeſt, quod in hoc Sacramento nõ ſit ſignũ viſibile, aut elementum aliquod ſubſtantiale.

Quia ſatis eſt ex cõi omnium ſententia ad rationem Sacramẽti, vt ſit ſignum aliquod, quod poſſit ſenſu percipi, quia vt hẽt D.Aug. 10. confeſs. c.25. videre quadam ratione pertinet ad omnes ſenſus.

Sequitur, non placere rationẽ, qua Heruæus in 4.diſt.14. quæſt. 1. probat prædictam noſtram concluſionem, quia ſcilicet pænitentia ſit Sacramentum ex eo, quia eſt remedium extrinſecus adhibitũ ad remiſſionem peccati, nã vt recte ait Paludan. ibid.q.1. conſtat, plurima eſſe remedia peccatorũ, præſertim venialium, quæ tamen non ſunt ſacramenta.

Sequitur ſecundo, Sacramentũ pęnitentiæ eſſe eſſentialiter diſtinctũ a ſacramẽto baptiſmi, tũ quia Sacræ Scripturæ id nobis ſatis manifeſte innuunt, circumciſio.n. in lege veteri fuit figura noſtri baptiſm. ad Coloſs.2. at nunquã legimus reliqua peccata, quæ committebantur in vita fuiſſe expiata per ſolam reconciliationẽ circumciſionis, Leuit.4.& 5. ergo idem dicendũ eſt de baptiſmo, & multo magis, quia baptiſmus in ſcripturis ſimpliciter dicitur irreiterabilis, quod non ſolum intelligendũ eſt de illa externa cæremonia, ſed multo magis de ipſius effectu, ex

Paul. ad Coloſſ.

Leuit.

A Paulo ad Hebr.6. ſicuti interpretãtur Chryſoſt. Theodoret. Teophilact. Ambroſius in eũ locum, item Ambroſ. lib.2. de pænit.c.7. & patet ex contextu ipſo Pauli; reprehendit enim Paulus Hebręos, & monet, ne recurrãt ad initia fidei, & pœnitentiam, hæc autem pertinere ad pœnitentiam baptiſmalẽ, probatur ex D.Aug. de fide, & o- B peribus, c.11. tum quia eandẽ concluſionem tradunt Patres, legãtur Clem.Alex. apud Euſeb. lib.3. hiſt. c.16. Epiphan. hær.54. Nazianz. de ſancto baptiſmate, & de ſancto lumine. Chryſoſt. lib.3. de Sacerdotio; Cyrillus Alexand. lib.12. in Io. cap.56. Tertullian. & Cyprian. vbi ſupr. tum quia iam hoc definitum eſt in Conc.Trid. ſeſs.14. can.2. vbi ſic habet; *Si quis Sacramenta con-* C *fundens, ipſum baptiſmum, pœnitentiæ Sacramentum eſſe dixerit, quaſi hæc duo Sacramenta diſtincta non ſint, atque ideo pœnitẽtiam non recte ſecundam poſt naufragiũ tabulam appellari, anathema ſit:* tũ quia ſic ſentiunt cõmuniter Theologi in 4.diſtinct.14. & 15. & alij ſequuti D.Thom. in 3.part. quæſt. 84. art. primo, Vualdenſis de ſacramentis tomo 2. cap.15. Petrus So- D to lectione tertia, & quarta, de cõfeſs. Belarmin. libro primo de pœnit. à cap.12. & alij communiter, tum denique ratione, quia ex vſu & traditione Eccleſiæ conſtat, eſſe diſtinctum ſignũ, diſtinctam formam, & diſtinctũ miniſtrũ, ergo ẽt diſtincta Sacramenta; pręterea, quia alioquin ſequeretur, remiſſionẽ poſt baptiſmũ, eſſe longe faciliorem, cũ tamen Sancti Patres com-

Paul. ad Hebr. *S. Chryſoſt.* *Theodoret* *Theophil.* *D. Ambr.* *D. Auguſt.* *Clem. Alex.* *Epiphan.* *Chryſoſt.* *Cyrill.* *Tertull.* *Cyprian.* *Conc. Trid.* *D. Thom.*

Digitized by Google

communi conſenſu contrarium A doceant,& ratio etiam petit, peccatum enim poſt baptiſmum, ex eo, quod eſt maius, eſt etiam indignius remiſſione: patet ſequela maioris, quia facilius eſt baptiſmum ad memoriam reuocare, quam reipſa iterum baptiſmum ſuſcipere, ergo ne hoc ſequatur abſurdum, ponenda ſunt ſacramenta diſtincta, baptiſmus, & pœnitentia.

Quomodo ſacramentũ dicatur ad ſacramenta noua legis.

Sequitur vltimo, quomodo dicatur ſacramentum ad ſacramenta noue legis, an vniuoce, an analogice, videtur enim dicendum, dici analogice, non vniuoce, vt habet Durandus in 4.diſt.26. queſt. 3.num.9. ad eum modum, quo metaphyſici aſſerũt ens, vt ens, dici non vniuoce, ſed analogice de Deo,& creaturis; probatur autem noſtrum dictum, quia ſacramenta, ſicut ens, non habent proprie conceptum vnum præciſum obiectiuum, & multo minus naturã aliquam talem, ſed tantum conceptum quemdam formalem, cui nil aliud reſpõdet, niſi ſeptem ſacramenta; ſed illud facit analogiam, ergo. minor huius argumenti patet ex metaphyſica, maior vero probatur, quia hoc nomẽ, Sacramentum, non habet vnum conceptum ſibi correſpondentem conuenientem ex æquo omnibus inferioribus, vt patet, ergo nõ habet vniuocationem ad inferiora, ergo analogiam, &c. atque hec de hac priori quæſtione.

QVAESTIO SECVNDA.

An Sacramentum pænitentiæ componatur ex materia,& forma.

Ostendimus in ſuperioribus; ſacramentum hoc pænitentiæ eſſe verum ſacramẽtum, B nunc oſtendamus neceſſe eſt, quam cõpoſitionem habeat, id.n. petit ratio doctrinæ in quo. Hæretici noſtri etiam temporis, non agnoſcentes rationem aliquam ſacramẽti in pœnitentia, negant cõpoſitionem ex materia,& forma, ſed totam naturã pænitentiæ ponunt in abſolutione; ita tamen, vt C ex parte pænitentis prærequirãt memoriam baptiſmi, tum vero ponant quamdam actionem ex parte abſoluentis, quam dicunt habere rationem elementi; hanc hæreſim refert, & confutat pluribus Illuſtriſſimus Belarminus, vt cæteros alios omittamus lib.1. de pœnitent.cap.15.

Catholici autem admittũt quidem compoſitionem in hoc ſacramento, vt S. Tho. 3.par. queſt.84. D *S.Thom.* art.2.& 3.& ibi Caiet. & Didacus Nugnus.& quarto contra gentes, cap.62.& ibi Ferrarien. Haleſ. 4. par. quæſt.60. Marſilius 4.diſ.10. Durandus, diſt.14.queſt.3. Argen. diſt.16.quæſt.1.art.1. Canus, p.5. ſupra, Viguer. de ſacramento pænit.§.4.verſic.1. Suarius diſput.18. ſect.2. Belarminus vbi ſupra Sotus in 4.diſt.14.quæſt.1.art.1.& alij, licet

Digitized by Google

ſicet in varias, de hac compoſitione, prolapſi ſint opiniones, vt Maior in 4. diſt. 14. quæſt. 2. Scotus, q. 4. & diſtin. 16. quæſt. 1. Aureolus apud Capreol. diſt. 14. quæſt. 1. artic. 2. contra ſecundam concluſionem Gabriel. quæſt. 2. art. 1. initio, vt nonnullis viſi ſint incidiſſe in ſententiam hæreticorum ſupra allegata, videntur enim negaſſe, confeſſionem, & contritionem eſſe partes huius ſacramenti, ſolamque eius eſſentiam poſuiſſe in abſolutione; attamen falſo illis hanc infamiā attribui, infra oſtēdemus; & quamquam datam ſententiam daremus, adhuc tamen a prædicta hæreticorum opinione diſtare oſtendit Belarminus libro 1. de pænit. cap. 15.

Notandum primo, ſacramentum dupliciter poſſe conſiderari, & per modum compoſiti artificialis, & per modum compoſiti phyſici; ſi primo modo materia ſacramenti conſideretur, erit totum illud materiale, quod in ſacramēto aſſumitur, forma vero diuina inſtitutio, ſi vero ſecundo modo, qd eſt indeterminatum, & imperfectum, habebit rationem materiæ, quod vero habet rationem perficientis, & determinantis, erit forma.

Notandum ſecundo, rationem hanc materiæ & formę in ſacramētis fuiſſe excogitatam a Theologis recentioribus; antiquiores, n. iuxta regulam D. Auguſtini, vt adnotauit Illuſtriſſimus Belarminus ſupra cap. 18. dicunt ſacramēta conſtare elemento & verbo.

Notandum tertio, ex communi omnium ſententia, hanc compoſitionem ex elemento, & verbo correſpondere cōpoſitioni phyſicæ, ſed ſolum ſecundum quamdam proportionem, ſicut enim in compoſitione phyſica, materia, quia eſt indeterminata, determinatur per formam, ita etiam elementum ex ſe, quaſi indefinitū, contrahitur, & limitatur per verba, tamquam per formam, vt propterea Conc. Florentinum in vnione Armenorum, & Tridentinū in materia de ſacramentis ſeſ. 14. dixerint, ſacramenta conſtare rebus, & verbis, tamquam materia, & forma, verba Concilij Florent. ſunt hæc, *Omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet, rebus, tamquam materia, verbis tamquam forma, & perſona miniſtri, conferentis ſacramentum, cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia, quorum ſi aliquid deſit, non perficitur ſacramentum.* Concilij vero Trid. verba ex canon. quarto ſunt, ſcilicet, *Si quis negauerit ad integram, & perfectam peccatorū remiſſionem, requiri tres actus in pænitente, quaſi materiam Sacramenti pænitentiæ, videlicet, contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, qua tres pænitentiæ partes dicūtur, cum reliquis, &c. anathema ſit.* Id quod etiam retinuit Catechiſmus Romanus, dum agit de ſacramentis in genere; *Rem, inquit, ſenſibilem in definitione ſacramenti poſitam, non vnam tantū eſſe, quamuis vnum tantum ſignū ſit, ſed duo eſſe ſtatuit, ex quibus quodlibet ſacramentū conficitur, quorum alterū materiæ rationem habet,*

Conc. Flor.

Digitized by Google

habet, & elementum dicitur, alterum forma vim, & verbum communi nomine appellatur, ſecundum illud Auguſtini tract. 80. in Ioan. &c. deficit autem à vera cõpoſitione phyſica, tum in alijs, tũ præcipue, quia non eſt neceſſariũ, vt in hoc ſacramento ſimul ſint materia, & forma; nam poteſt fieri confeſſio vno die, vt altero die detur abſolutio; & ratio huius eſt, quia virtus huius ſacramenti ſola eſt in verbis, id eſt, in ſola abſolutione, hac enim ſola vtitur miniſter huius ſacramenti; vnde etiam ſi tunc cum datur, non ſint materia, id eſt, confeſſio, & contritio, quia iam præceſſerint, eſt tamen ille homo, qui confeſſus eſt, & adhuc contritus; in quem cadit abſolutio, ſicut etiam accidit in Euchariſtia, in qua miniſter non adhibet panem ad aliquid conſecrãdum; ſed ſola verba ad panem cõſecrandum; in quo differunt hæc ſacramenta à ſacramentis baptiſmi, confirmationis, & extremæ vnctionis, in quibus ſimul ſunt materia, & forma, verbum, & elementum, quia ſcilicet miniſter idem vtitur verbis, & rebus: vnde oportet, vt illa ſimul concurrant, alioquin nihil fieret: vt docte adnotauit Illuſtriſſimus Belarminus lib. 2. de ſacramentis in genere, capit. 11.

Prima concluſio, nullo modo negandum eſt, ſacramentum pęnitentiæ componi, aut rebus, & verbis, aut materia & forma.

Intelligimus autem hoc loco, nomine rei, quod iam diximus, quidquid eſt ſenſibile, nomine autem verborum, quud habet rationem formæ.

Hanc concluſionem habent omnes Scholaſtici, quos ſupra enumerauimus.

Secundo probatur auctoritate Conciliorũ, quæ ſupra attulimus, vbi habemus, actus pænitentis in hoc ſacramento pœnitentiæ, eſſe tamquam materiam, & verba, tãquam formam; dixerunt autem his locis Concilia eſſe tamquam materiam, &c. non quaſi negare voluerint ipſam materiam; ſed vt ſignificarent, hanc compoſitionem huius ſacramenti, non eſſe eiuſdem rationis, cum ea, quę reperitur in phyſicis, vt adnotarunt Belarminus vltimo loco, tum lib. primo de ſacramentis in genere, cap. 18. tum lib. 1. de pęnit. ca. 16. Sayrus de ſacramẽtis in genere libro 1. cap. 2. nam videtur omnino certum, loquendo de compoſitione phyſica, hanc ab illa, quæ reperitur in ſacramẽto, in multis differre, præcipue tamen quia de ratione compoſiti naturalis eſt, vt materia; & forma actu vniantur, & faciũt vnum quid, quod in hoc ſacramento, vel etiam in alijs, vix poteſt reperiri, vt diximus ſupra; accedit potuiſſe illa Concilia appellaſſe actus pænitentis, quaſi materiam, quia non eſt materia ex aliquo elemento, ſeu corpore ſenſibili, ſicut in alijs ſacramentis, vt aduertit Suarius ſupra nu. 4. vel denique poſſumus dicere, ſic dixiſſe illa Concilia, quia conſiderarunt in hoc ſacramento compoſitionem artificialem, quo modo res, & verba non ſunt materia, & for-

forma, ſed partes integrales ſacramenti, vt docuit Gabriel in 4. diſt. 1. quæſtio. 2. dubio quarto, ſicut ligna, lapides, & cęmenta ſunt partes integrantes domus.

Tertio probatur rõne, quia ſicut in alijs ſacramentis id, quod eſt indefinitum ex ſe, dicitur habere rationem materiæ, quod vero determinat, habere rationem formæ, ita in hoc ſacramento pœnitentię, ſicut enim aqua in baptiſmo poteſt aſſumi ad alios vſus, determinatur tamen per verba ad hoc ſacramentum, ſic confeſſio peccati poteſt alio referri, determinatur tamen per formam, vt ſit quidpiam ſacramentale, vt habent Viguerius, Suarius, & Sayrus vbi ſupra.

Secunda concluſio, Actus externi pęnitentis ſe ſubmittentis ſacerdoti, ſunt materia proxima huius ſacramenti.

S. Thom. Hanc concluſionem habent S. Tho. 3. p. q. 84. q. 1. ar. 2. & q. 90. artic. 2. ad 1. in 4. d. 14. q. 1. arti. 1. ad 1. Richar. art. 1. q. 1. Halenſ. 4. p. q. 66. mem. 1. art. 2. S. Anto. 3. p. titu. 14. c. 17. §. 6. Sotus in 4. diſt. 17. q. 2. ar. 2. Tho. de Argen. diſt. 16. q. 1. art. 1. Sayrus de ſac. in genere lib. 1. c. 3. art. 2. Suarius ſup. diſput. 18. ſect. 3. Didacus ſup. dub. 4. Belarminus libro primo de pęnitent. capitul. 17. *S. Anton.*

Diximus autem, materiam proximã, quia materia remota ex cõmuni ſunt peccata. Probatur igitur noſtra concluſio, quia huiuſmodi actus pęnitentis habent veram rationem materiæ in hoc ſacramento, ergo. probatur antecedẽs, tũ quia hmõi actus externi habent aliquid ſenſibile, vt probat Belarminus vbi ſupra capit. 15. ad finem, tum quia aſſumuntur a Deo, & ad ſignificandum, & ad efficiendum; tum quia ille actus ex ſe habent quandam indeterminationem, quæ poteſt contrahi per formam; tum denique, quia habent etiam neceſſariam ſaltem moralem coniunctionem cũ forma, ergo. vt habet Suarius vbi ſupra ſectione quarta, numero tertio, licet in hoc reprehendamur à Didaco Nugno, ſupr. articulo primo, dub. 3. quatenus ſcilicet vult non ſolam eſſe vnitatem moralẽ in hoc ſacramento, ſed etiam phyſicam; ſed immerito, quia neque Suarius, neq. nos excludimus ſimpliciter hanc phyſicam vnitatem in hoc ſacramento, ſed præterea dicimus, vbi non poſſit eſſet hæc phyſica vnitas, ſufficere moralem loquendo iuxta ſubiectam materiam, quando ſcilicet confeſſio nõ eſt ſimul tempore, cum abſolutione, igitur quando partes huius ſacramenti phyſice ſunt ſimul, & ſimul coniunguntur, erit vnum eodem modo; at vero, quando abſolutio detur poſt diem, à cõfeſsioſione audita; quia tunc phyſice actu non ſunt partes ſimul, erunt ſolum moraliter, & virtute, & ſic etiam fiet vnum ex illis eodẽ modo, neque enim partes poſſunt dare toti maiorem vnitatem illa, quam in ſe, & inter ſe ipſę habeãt, ergo cum ſolum habeant virtualem, & moralem, etiam eandem dabunt toti ipſi, quod componũt, ſic in re noſtra, &c.

Obij-

Digitized by Google

Obijcitur primo, abſurdum videri, actiones pure humanas aſſumi ad producendam gratiam.

Reſpondetur ex Belarmino, lib. de pęnitent. 1. cap. 6. & 16. has actiones, vt pertinent ad hoc ſacramentum, & aſſumuntur à Deo vt inſtrumenta, non eſſe pure actiones humanas, imo quia ſunt ex gratia excitante, & adiuuante magis eſſe diuinas, quam humanas.

B Obijcitur ſecundo, ſi vera eſſent, quæ diximus, ſequi hominem ſeipſum iuſtificare: ſequela probatur, quia ſi ſacramentum habet vim remittendi peccata, ergo etiam actus pęnitentis, qui ſunt partes ſacramenti.

Reſpondetur primo, hunc dicendi modum, vt peccator ſanctificet ſeipſum, non eſſe nouum, C ſed iam eſſe receptum penes ſcripturas, ſic habemus in 2. ad Timo. 2. *Si quis*, inquit, *emundauerit ſe ab his, &c.* & 1. Ioan 3. *Omnis, qui habet hanc ſpem, ſanctificat ſe*, ſignificatur autem per huiuſmodi modum dicendi, vt doctiſſimus, & eloquentiſſimus Aluarez habet lib. 7. de auxilijs diſput. 66. nu. 12. D peccatorem ex vi contritionis, non quidem efficienter, ſed diſpoſitiue ſe iuſtificare; cum ſolus Deus ſit cauſa effectrix gratiæ, ſacramenta vero ſint quidem cauſæ, ſed inſtrumentales illius, ex D. Thom. 3. par. quæſt. 62. art. 4.

Paul. ad Timot.
1. Ioan. 3.
D. Thom.

Reſpondetur ſecundo, quidquid ſit de conſequenti, negari ſequelam; & ratio eſt, quia quoties totum aliquod habet aliquam vim efficiendi, non eſt neceſſe, A vt omnes illius partes habeant eamdem vim, vnde idem videtur dicendum de ſacramento pænitentiæ, quod ſcilicet, vt eſt quid conflatum ex materia & forma, habet vim iuſtificandi, non tamẽ eſt neceſſe, vt omnes eius partes, eodem modo, & eamdem habeant vim.

Reſpondetur vltimo ex Suario ſupra ſect. 2. num. 16. non poſſe dici pænitentem ſibi conferre gratiam, aut remittere peccatũ, quia ipſe ſimpliciter non eſt miniſter ſacramenti; ſed ſolus ſacerdos, qui quatenus confert ſacramentum, dicitur remittere peccatum; vnde homo contritus ex eodem ſect. 1. num. 2. proprie non dicitur materia huius ſacramenti pęnitentiæ, ſed potius ſubiectum; vt propterea argumentum allatum non videatur contra nos; quemadmodũ neque actus pænitentis proprie ſunt materia, circa quam verſetur hoc ſacramentum, ſed potius ex qua, vt idem etiam adnotauit ſectio. 2. num. 5.

Sequitur primo, nullam actionem, aut ritum ex Belarmino lib. 1. de pęnit. capit. 15. qui ſe teneat ex parte abſoluentis, pertinere ad materiam in hoc ſacramento; nam in abſoluente non ſunt, niſi tres actiones; impoſitio manus, ſignum Crucis, & quidquid refertur ad ipſam pronunciationẽ verborum; horum autem nullum ſine dubio videtur poſſe habere rationem materiæ; non primum, quia certũ eſt, illam impoſitionẽ manuũ, nõ eſſe de eſſentia ſacramenti, vt patet, tum ex ipſa inſtitutio-

Digitized by Google

Ioan.20. tutione ſacramenti; Ioan.20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, &c.* Vbi datur poteſtas abſoluendi,& tamen nulla manus impoſitionis fit mentio. *Luc.7.* & Luc.7. vbi dicitur, *Cōfide fili, dimiſſa ſunt ei peccata multa*, & tamen neque etiam ibi aliqua manus impoſitio reperitur, legatur Sotus in 4.diſt.14.quæſt.1.artic.4. tum ex natura ipſius ſacramenti, in quo nulla debet fieri elementi applicatio, vt propterea requiri debeat aliqua manuum impoſitio. neque ſecundum, quia, vt habet *S.Thom.* S.Thom.3.par.quæſt.84.ar.4. ſignum Crucis non eſt de eſſentia huius ſacramenti, neque denique tertium quia illa actio pronunciādi, non diſtinguitur ab ipſa pronuntiatione; vnde iſto modo in ſacramentis nulla prorſus eſſet forma, quæ non poſſet diſtingui in materiam,& formam, etſi formaliter loqui velimus, illa verba potius pulſum aeris, non ipſum modum habent pro materia, vt docet Illuſtriſſimus Belarminus vbi ſupra.

S.Thom. Sequitur ſecundo ex S.Thom. in 4.diſt.14. quæſt.1. art.1. ſingulare eſſe in hoc ſacramento, vt actio ſuſcipientis ſit pars eſſentialis ſacramenti, ſacramentum enim pęnitentiæ partim applicatur à miniſtro per abſolutionem, partim requirit ipſius ægroti actionē, id eſt, confeſſionē, contritionē,&c. neque enim confeſſio, &c. eſt proprie materia ſacramenti, vt oratio quædam, ſed vt actio penitentis, quæ eſt, vt res, & verbum, id eſt, materia proxima, quatenus ſigno

A aliquo externo proditur.

Sequitur, quod ſi ſacramentum eſſentialiter collocetur in genere ſigni, ne de potentia quidem abſoluta videtur potuiſſe inſtitui hoc ſacramentum pęnitentię, quēadmodum neq; vllum ſacramentum, ſine aliqua re ſenſibili, id quod ex parte videtur contra Ochamum in 4.quæſ.1.& Argen-

B tinam diſt.1. quæſt.1.art.3. & ratio eſt, quia ſignum, vt definit S. *S.Auguſt.* Auguſtinus lib.2. doct. chriſt.c.1. eſt intrinſece res ſenſibilis, quibus à rebus ſenſibilibus, vt habet Dionyſius *Dionyſ.* lib. de eccleſ. hierar.c.1. deuenimus in cognitionem ſpiritualium, vnde cum ſacramenta ſint eſſentialiter in genere ſigni; eſſentialiter etiam debent eſſe in re ſenſibili, ergo etiam ſacramentū hoc

C pęnitētię habebit eſſentialiter hoc ipſum. Diximus autem ſine re ſenſibili, quia non eſt neceſſe, vt ſit res materialis, quæ obijciatur ſenſibus externis. Diximus ſecundo, ſi ſit in genere ſigni, quia ſi eſſet in genere cauſæ, de quo alibi diſputatur, ſine dubio potuiſſet cōſtitui ſine re ſenſibili in pura actione ſpirituali.

Sequitur vltimo; iure optimo

D debuiſſe omnia ſacramenta inſtitui in rebus ſenſibilibus, nam ut dicit S. Auguſtinus de unitat. eccle- *S.Auguſt.* ſię, cap. vltimo,& lib. 2. contra epiſtolas Petiliani, cap. 32.& Diony. *Dionyſ.* de eccleſ. hierarc. cap. 5. ſicut eccleſia viſibilis eſt, ita debuit viſibilib. ſignis contineri. ſecundo, quia ſicut homo conſtat animo & corpore, ita debet animo, & corpore *Cyril.Alex.* Deo ſeruire, ita Cyril. Alex. lib.2.

in

Cyril.Hier. *Nazianz.* *Baſil.* in Ioan.cap.42. Cyrillus Hieroſolymitan.catech.3.Nazianzenus oratione de baptiſmo,S. Baſil.lib. de vita ſolit.capit.5.in quo autem conſiſtat hæc ratio ſenſibilis in hoc noſtro ſacramento, iam patet ex dictis.

QVAESTIO TERTIA.

Pro quo ſupponat hoc ſacramentum pænitentiæ.

CVM ex ſuperioribus, iam ſatis demõſtratum ſit, hoc ſacramentum pęnitentiæ habere ſuam compoſitionem, merito hoc loco inquirendum videtur; pro quonã magis ſupponat hoc ſacramentũ, an pro materia,an pro forma?

Prima ſententia eſt Scoti in 4. diſt.14.quæſt.4.§. de primo bono, qui videtur dicere,ſacramentum pęnitentiæ ſupponere pro ſola abſolutione.

Vnde definit hoc ſacramentũ pęnitentiæ eſſe abſolutionem hominis pęnitentis, verbis factam, cum debita intentione a ſacerdote,habente iuriſdictionem, ex diuina inſtitutione, efficaciter ſignificantibus abſolutionem animæ à peccato,quod item repetit diſtin. 16.quæſt.1.§.De pęnitentiæ ſacramento,vbi dicit,contritionem,cõfeſſionem, & ſatisfactionem non eſſe partes pęnitentiæ, ſed diſpoſitiones neceſſarias, vel præcedãt, vel ſubſequantur: eamdem ſententiam pręter Scotiſtas,ſequuntur Ochamus,diſt.14. quæſt.2.Maior, diſt.14.quæſt.2.Gabr. quæſt.2.ar. 1.not.primo,& alij Scholaſtici.

Secunda ſententia eſt Durandi in 4.diſt.14.quæſt.1.& 3.qui exiſtimauit ſacramentum pænitentiæ ſupponere pro illis actionib. quæ intercedunt inter pęnitentẽ, & abſoluentem, atque ita excludi contritionem, & ſatisfactionẽ, quas ſolum facit fructus ſacramẽti pænitentiæ, id quod etiam repetit in 4.diſt.16.quæſt.1.

Tertia ſententia eſt Altiſſiodorenſis lib.4. ſum.Theol.tit.de pænit.cap.1. qui dicit ſacramentum pænitentiæ ſupponere pro actionibus pænitentis ſenſibilibus, id eſt, pro confeſſione, & ſatisfactione, vult enim contritionem non eſſe partem ſacramenti,ſed rem.

Quarta ſententia eſt, hoc ſacramentum ſupponere pro artificiali compoſito, ex abſolutione, & actibus pænitentis, ita Suarius diſputat.18.ſect.2.num.9.

Vltima ſententia eſt D.Tho.3. part.quæſt.84.art.1.& quæſt.90. art.1.2.& 3.qui dicit ſacramentũ pænitentiæ ſupponere pro actib. pænitentis,id eſt,contritione,confeſſione, & ſatisfactione:hanc ſequuntur Halenſ.4. part. quæſt.15. membr.1.art.2.& memb.2.per totum, Caietanus, & Didacus Nugnus, in D.Thom.loco citato,Canus part.de ſacramento pænitent. Sotus in 4.diſtin.14. quæſt.1.ar.1. *S.Thom.*

Notandum primo, ex cap. Firmiter de ſum.Trin.&c.ſacramentum pænitentiæ habere quamdã rationem actionis forenſis, & iudicia- *Sacramentũ habet formã fori.*

dicia-

diciariæ, in qua aliqua requiruntur ex parte rei, aliqua ex parte accuſatoris, aliqua ex parte iudicis, & ex parte quidem rei requiritur contritio, & ſatisfactio, ex parte vero accuſatoris, qui in hoc foro idem eſt cum reo, requiritur confeſſio, ex parte denique iudicis requiritur ſententia, qua concluditur tota actio iudicialis: legatur Canus, parte quinta, relect. de pęnit.

Notandum ſecundo, hoc intereſſe, ex communi omnium ſententia, inter ſacramenta pęnitentię, & alia nouæ legis, quod in alijs ſacramẽtis, excepto matrimonio, miniſter ſacramenti adhibet elementum aliquod ſubſtantiale extrinſecum, & in illa applicatione, vt paſſiue recepta, conſiſtit ſacramentum; in hoc vero ſacramento pęnitentiæ nullum reperitur elementum, quod ponatur à miniſtro. legantur Belarminus, lib.2. de hoc ſacramento, capit.11. Suarius ſupra ſectione ſecunda, num.4.

Notan. tertio, licet in ſacramentis magis ſit ſpectanda compoſitio artificialis, quam phyſica, & naturalis, vt oſtenditur in materia de ſacramentis in genere, tamen hanc compoſitionem artificialem aliter accipiendam eſſe, quam intellexerit Sotus, loco citato, nam compoſitio naturalis ex vna parte habet elementum, pro materia, ex alia vero parte habet verba, pro forma, in compoſitione vero artificiali, tam res, quam verba tenent ſe ex parte materiæ, rationem vero formæ habet diuina

A inſtitutio, quæ diuinitus intelligitur accedere rebus, & verbis, vt docuerunt Viguerius de ſacramentis in genere, §. primo, verſi. 2. Sayrus lib. de ſacra. in genere primo, Suarius, & Belarminus, vbi ſupra, ad hanc enim pertinet determinare res, per quas homo ſanctificari poſſit, vt habet Viguerius vbi ſupra, & docent Dionyſius de eccleſ. hierarc. cap.1. Clem. Rom. libro tertio, conſtit. cap.16. Baſilius lib. de Spiritu Sancto, cap.27. Cyrillus Hieroſolymit. cath.3. Athan. ſerm.3. contra Arianos. Ambroſi. lib.3. de ſacra. & 1. ad Timoth.4. Hieronymus contra Luciferian. & in Iſa. cap.58. S. Auguſt. lib.3. de baptiſ. contra Donat. cap.16. quo fit, vt quamuis baptiſmus ſupponat pro ablutione, paſſiue recepta, connotet tamẽ neceſſario certam quamdam formam verborũ vnde vim habet ſacramentum, quia vero in re artificiali denominatio magis ſit penes materiam, ideo in ſacramento baptiſmi propter elementum ſenſibile, denominatio petitur ab elemento ſenſibili, vt etiam aduertit Sotus, ſup. quæſt.1. ar.1. At vero in ſacramento pænitentiæ, quia ex vtraque parte nihil aliud reperitur, niſi actio quædam moralis, licet tam forma, quam materia in ordine ad inſtitutionem diuinam habeant rationem materiæ in compoſitione artificiali, ideo non facile iudicari poteſt, vnde ſumenda ſit denominatio, & pro quo ſupponat, cũ in eo nullum ſit elementum ſenſibile: quidquid ibidem habeat Sotus.

B C D

Dionyſ. *Clem. Rom.* *Baſil.* *Cyrill.* *Athanaſ.* *Ambroſ.* *Hieron.* *S. Auguſt.*

Notandum quarto, certum eſſe, vt etiam innuimus in ſuperioribus, res artificiales magis collocari in genere, ratione materiæ, quã ratione formæ, quia vt plurimum materia in his eſt aliquid ſubſtantiale, forma vero eſt quid accidentale, inde eſt, vt ſi reperiatur aliquod opus arte perfectum, in quo nihil ſit ſubſtantiale, difficile ſit adinuenire tale genus, etſi aliquid ex noſtra ſententia in hoc dicendum ſit, videtur id dici poſſe, tunc ſpectandum eſſe, quid in illo compoſito artificiali ſit nobilius, igitur cum ſacramentum pænitentię ita componatur ex pluribus partib. vt nihil habeat ſubſtantiale, ſpectandum erit, quid in hoc ſacramento præſtantiſſimum ſit, & tunc, ſecundum eam rationem, illud in genere certo collocãdũ erit.

Notandum vltimo, actum pænitentiæ virtutis bifariam concurrere poſſe ad hoc ſacramentum, vt ſupra etiam adnotauimus, primo quidem tamquam diſpoſitionem neceſſariam ad tollendum obicem gratię, qua ratione, vt alias diximus, requiritur etiam in omnibus alijs ſacramentis: ſecundo, vt pars huius ſacramenti, non quidem vt per ſe nude, & abſolute conſideratur, ſed vt aliquo ſigno externo exprimitur, cui deinde adduntur confeſſio, & ſatisfactio, quo fit, vt hoc ſacramentum interdum dicatur ſacramentum cõfeſſionis, interdum ſacramentum abſolutionis, vt habet Durandus, 4. diſt. 14. quæſt. 3. num. 5. & licet abſolutio non ſit pars integrans ſacramentum, quia tamẽ eſt pars eſſentialis, non debet excludi à ratione, & natura ſacramenti, quidquid dicat Didacus Nugnus, vbi ſupra dub. 5. concl. 5. vbi omnino negat poſſe dici hoc ſacramentũ, ſacramentum abſolutionis ratione admodum infirma, vt patet ex dictis, & infra fuſius patebit.

Prima concluſio, ſacramentum pænitentiæ abſolute ſumptum formaliter ſignificat ſuas partes eſſentiales, materialiter vero, & in obliquo, connotat integrales, & materiales.

Probatur, & ſimul explicatur concluſio, hoc enim ſacramentũ eſt quaſi terminus connotatiuus, quare aliquid formaliter ſignificat, & aliquid materialiter connotat, & hac ratione, vt ſignificat ſuam eſſentiam, non male definitur à Scoto, Ochamo, Gabriele, & alijs, locis ſup. citat. pænitentia ſacramentum eſt hominis pænitentis abſolutio, quidquid alij dixerĩt, formaliter enim ſignificat ſuã materiam, & formam, vel genus, & differentiam, quamquam fortaſſe melius, certe breuius, definiri põt, ſacramentum recõciliationis poſt baptiſmũ, vbi ſacramentũ eſt loco generis, cętera vero loco differẽtię. *Definitio ſacramenti pænitentiæ.*

Sequitur primo, ſacramentum pęnitentiæ formaliter ſignificare ſuas partes eſſentiales, tam in compoſitione phyſica, quam in compoſitione artificiali, & quidem hoc modo acceptum ſacramentum, non eſt quid vnum per ſe, ſed quaſi aggregatum ex multis, vt propterea non poſſit perfecte definiri; vnde patet illam, quam aſſignat Suarius ſup. ſect. 2. nu. 9. *Quid ſacramentum pænitentiæ formaliter ſignificet.*

Digitized by Google

nu. 9. definitionem huius ſacramenti, eſſe, ſcilicet, confeſſionem legitime in foro pænitentiæ factam, & abſolutione iudicis firmatam, eſſe potius deſcriptionem, quemadmodum eſt illa, quam affert Didac. Nugnus dub. quarto, ad finem, eſſe, ſcilicet, confeſſionem oris exteriorem ab interna contritione, vel attritione prouenientem, & facta ſub præſcripta verborum forma; quæ admodum nobis diſplicet, quia definitio obſcurior eſt re definita contra præcepta logicalia.

Sequitur ſecundo, non eſſe improbandam ſententiam Durandi, vbi ſupra, quatenus affirmat ſacramentum pænitentiæ ſupponere pro eo, quod intercedit inter pænitentem, & abſoluentem, vt enim ſupra diximus, hoc ſacramentum eſt actio quædam iuridica, quæ conſtat, & ex ijs, quæ requiruntur ex parte Dei, & accuſatoris, & ijs, quæ requiruntur ex parte iudicis, ſicut ſenſiſſe videtur S. Thom. ſupra articul. ſecundo, maxime ad tertium, vbi dicit ſacramentum tantum in ſacramento pænitentię eſſe id, quod extrinſecus exhibetur, tum a pęnitente, tum ab abſoluente.

Sacramentum pænitẽtia magis ſupponit pro forma.

Sequitur tertio, ſacramentum pænitentiæ magis ſignificare id, quod eſt in eſſentia principalius; & quia ſine dubio principaliorem locum habet forma, quæ in hoc ſacramento eſt abſolutio, ideo ſacramentum pænitentiæ magis ſignificat abſolutionem, quod quidem de forma ad modum formæ artificialis, non A poteſt negari, quidquid dicat Nugnus vbi ſupra, nam reuera ſacramentum pęnitentiæ ſignificat tam actus pęnitentis, quam abſoluentis, vt aſſumuntur à Deo ad remittenda peccata; de forma vero ad modum formæ phyſicæ, conſtat tum ex D. Thom. loco citato, tum ex Concilio Tridentino *D. Thom. Conc. Tri.* ſeſſio. 14. cap. primo, vbi ait naturam, & rationem ſacramenti pę B nitentiæ perfici in abſolutione: & ibidem etiam idem Concilium probat, ſacramentum hoc fuiſſe inſtitutum. Ioan 20. *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* vbi principalius exprimitur forma abſoluẽdi. *Ioan 20.*

Secunda concluſio; ſacramentum pænitentiæ magis ſupponit pro forma, & abſolutione; quam pro actibus pęnitentis.

Hanc habent Scotus, & Maior C locis ſupra citat. pro qua

Defenditur Scotus.

Aduertendum eſt, hanc ſententiam Scoti ſine cauſa aliquos exiſtimaſſe erroneam, aliquos temerariam, vt nobis videatur potius dicendum, fortaſſis illam æquo animo non fuiſſe intellectã, nam Scotus non videtur illud voluiſſe concludere, quod falſo illi attribuunt, & Canus, & Nugnus, vbi ſupra, & ex parte D Suarius ſectio. illa ſecunda a nu. 9. contritionem, ſcilicet, confeſſionem, & ſatisfactionem, quaſi non pertineant ad ſacramentum, ſed tantum voluiſſe illas appellare partes, vel quia non ſunt omnes partes eſſentiales, ſed aliquæ integrales tantum, vt habet Belarminus lib. de pęnitent. primo, cap. 15. quę in definitione nõ neceſſa-

rio exprimi dēnt: vel quia reſpexit tantum vim,atq; efficaciam ſacramenti, quæ ſine dubio ita pendet ab abſolutione, vt abſolutio per ſe, reliqua autem, vt ſubſunt abſolutioni, vim habeant, & efficaciam, quod videtur poſſe colligi ex Concilio Trid.ſeſſ. 14.cap. 3. vbi, *docet*, inquit, *præterea ſancta ſynodus, ſacramenti pænitentiæ formam, in qua præcipue ipſius vis ſita eſt, in illis miniſtri verbis poſitam eſſe, Ego te abſoluo, &c.* qua ratione fortaſſis cōciliari poſſunt, quæ habet D.Thom.in 4.diſtin.22.quæſt.2.art.1.quæſtiuncu. 1.ad 2.& 3.cum ijs, quæ habet 3. part. quæſt.84. art.2. vt primo loco dixerit, totam vim, & efficaciam tribuendam eſſe abſolutioni, id eſt, præcipuam, quod deinde explicite ponit in 3.part.loco citato: quo modo etiam intelligi poſſunt, qui videntur dixiſſe cum S. Thom. in priori loco, ex quarto ſent. totam efficaciam huius ſacramenti eſſe in abſolutione; intelligendi enim ſunt, vt voluerint explicare per ly Totam, id eſt, præcipuam, vt And.Vega, lib.13.in Concil. Trident.cap. 15. Ferrarienſ.lib.4. contra gent.c.72. Capreol.in 4.diſt.16. quæſt.2.art. 3.ad 1.Bonauent. diſt.17.2.parte, art.1.quæſt.3.& alij veteres Theologi in 4.diſt. tum 18. tum.22.accedit, quod obſeruarunt nobiliores Scotiſtæ ea, quæ dicit Scotus in 4.diſt.16. quæſt.1. non habere neceſſariam connexionem cum ijs, quæ dicuntur ab eodem d.14. quæſt.4. poteſt enim definitio ſacramenti adhuc conſiſtere, etſi di-

Conc.Trid.

S.Thom.

S. Bonau.

A camus hos actus pænitentis eſſe partes ſacramenti, quidquid alij dixerint. Diximus, ergo in concluſione cum Scoto, ſacramentū hoc magis ſupponere pro abſolutione, quam pro actibus pęnitentis.

Probatur igitur concluſio ex cō muni modo loquendi, ſuppoſitio enim, vt patet ex Dialectica, vix habet locum in his propoſitionibus, at in hac propoſitione, quia B ſacramentum pęnitentiæ miniſtratur à ſacerdote, & contra ſuſcipitur à pęnitente, certe non videtur poſſe ſupponere, niſi pro abſolutione ipſa.

Secundo probatur quia, vt ait D.Th.3.p.q.84.art.2. ſacramentū pęnitentiæ eſt id, quod remittit peccata, certum aut eſt, hanc vim remittendi peccata ſe tenere ex C parte abſolutionis, ergo videtur ſupponere hoc ſacramentum pro ipſa abſolutioae.

S. Thom.

Tertio, in alijs ſacrīs, vt in baptiſmo, cōfirmatione, extrema vnctione, &c. dr̄ ſacr̄m ſupponere pro ijs actionibus, vt paſſiue receptis in ſubiecto, quia per illas actiones applicatur ſacramentum ſubiecto; at ſacramentum pęnitentię nullam D aliam habet applicationem præter vnam abſolutionem, ergo pro hac debet principalius ſupponere.

Vltimo probatur cōcluſio, quia hoc ſacr̄m eſt actus iuriſdictionis, nihil aūt eſt, quod requirat iuriſdictionē pręter vnā abſolutionē, ergo pro illa ſupponit: confirmatur, quia ſi ſacr̄m pn̄iæ diceretur ſupponere ꝑ actib. pęnitētis, quia vere pęnitēs exercet illos actus, vt videntur voluiſſe Suar.& Belarmin.

vbi

vbi ſupra, potius deberet dici pœnitens remittere peccata, & miniſtrare ſacramentum, ſed hoc eſt falſum, ergo.

Obijcit Sotus in 4. diſt. 14. q. 1. art. 1. ſacramentum conſtat materia & forma, abſolutio non eſt huiuſmodi, ergo.

Reſpondetur argumentū æq; eſſe contra ipsū, ſequeretur.n.ead. rōne actus pnītis eſſe ſine forma.

Reſpondetur ſecundo, ſicut ipſe in baptiſmo dixerat, baptiſmū ſupponere pro ablutione, vt connotat certam formam verborum, ita cōtra, nos poſſumus dicere hoc ſacramentum ſupponere pro certa forma verborum, & cōſequenter pro abſolutione.

Reſpondetur tertio, bene nos concedere abſolutionem ſolam, vt ſic, non eſſe ſacramentū; quia tamen eſt pars principalior illius, & compoſitū denominari ſoleat ab illa, ideo diximus hoc ſacramētum magis ſupponere pro illa; quatenus, ſ. eſt principalior pars, a qua, vt inquit D. Th. 3. p. q. 84. ar. 2. completur ipſum ſacramentū.

D. Thom.

Obijcit ſecundo Sotus ibidem, cum ſacramentum pœnitentiæ dicimus, perinde eſt, ac ſi dicamus ſacramentum, quod eſt pœnitentia; ſed nullo modo abſolutio eſt pœnitentia, ergo nullo modo eſt ſacramentum pænitentiæ.

Reſpondetur primo, non eamdem eſſe rationem huius, & aliorum ſacramentorum, quia in alijs ſacramētis ex parte miniſtri exercetur aliqua actio, in qua materiale ſacramenti elementū miniſtratur, & applicatur ſubiecto, quare A ſicut miniſter profert verba, ita ēt applicat elementum, & ratione vtriuſque dicitur eſſe miniſter; At vero in hoc ſacramento pœnitentiæ, cum vere ſolus ſacerdos dicatur eſſe miniſter huius ſacramenti, vt probat Belar. lib. 1. de pœnit. c. 16. nihil autē aliud miniſtret præter nudam abſolutionem; cętera vero quaſi efflagitet ipſe à pœnitēte, ideo ipſe etiam dicitur miniſtra- B re; non quæ poſtulet, & efflagitet à pænitente, ſed quæ huic ipſe impendit, vnde non eodem modo dicitur ſacramentum pœnitentiæ, ſicut ſacrm baptiſmi, ſed potius dr ſacramētū pnīæ eo mō, quo baptiſmus dicitur ſacrm regenerationis.

Reſpondetur ſecundo, poſſe ēt vtcūq; admitti, quod ipſe aſſumit in antecedente, inde tamen nihil C colligitur contra nos; recte.n. abſolutio dicitur ſacramentū pnīæ, nō quia ipſa ſit pnīa, aut pars pnīæ eius, qui eſt actus pnīę, ſed quia reuera abſolutio eſt, q̄ dat vim actibus pænitentis, vt cenſeatur pænitentia ſacramentalis, vt etiam conceſſit Canus ſupra.

Obijcit tertio, ſacramentum tā quoad materiam, quam quoad formam concurrit ad ſuum effe- D ctum; quod præcipue verum eſt in hoc ſacro, vt docet S. Th. 3. p. q. 86. artic. 6. ergo debet ſupponere hoc ſacramentum, non ſolum pro forma, ſed etiam pro materia.

S. Thom.

Reſpondetur hoc argumentū eſſe contra ipſum, neque enim, ſi hoc verum ſit, ſacramentum pœnitentiæ poterit ſupponere pro actibus pœnitentis; licet enim poſſit dici pœnitens, qui habet contri-

tionem, confeſſionem, & ſatisfactionem; numquam tamen ſortietur effectum ſine abſolutione, ergo non poteſt dici ille habere ſacramentum pęnitentiæ, ergo & eadem ratione ſicut Sotus dicit ſacramentum ſupponere pro materia, connotando formam, ita & nos contra poſſumus dicere, hoc ſacramentum ſupponere pro forma, connotando materiam, & ex hoc apparet, in quo maxime diſtinguatur hoc ſacramentum pænitentiæ à cæteris ſacramentis, quia ſcilicet vis efficiendi in alijs maxime ſe teneat ex parte materiæ, cum tamen in hoc maxime ſit ex parte formæ; inde tamen non licet colligere, nullam eſſe efficientiam in hoc ſacramento ex parte materiæ, vt falſo aliqui colligunt, concedimus enim illam eſſe, cum S.Thom. 3.par. quæſt. 84. art. 1. ad 3. Halenſ. ſup. quęſt. 61. num. 6. Richard. diſt. 16. art. 1. q. 2. S. Anto. 3. par. tit. 14. cap. 17. Cano ſupra, Soto item vbi ſupra, Suario ſup. ſect. 2. num. 13. & alijs, ſed ſolum colligere debent, totam principaliorem efficaciam, & complementum in hoc ſacramento eſſe ex abſolutione, vt iam innuimus.

In quo diſtinguatur pœnitentia ſacramentũ à cæteris ſacramentis.

S.Thom.

S.Anton.

Notandum autem eſt, in eo vel maxime fuiſſe deceptum Sotum; quia diſputans contra Durandum, dixit, abſolutionem non eſſe partem ſacramenti; quamuis n. conetur, vt explicet, quomodo forma artificialis non ſit pars, tamen nihil facit; nam vt concedamus illi, formam artificialem, non eſſe formam ſubſtantialem, cum compoſitio artificialis ſit acciden- A talis; tamen vt res artificialis eſt quoddam aggregatum per accidens, non videtur negandum, formam illius, quæcumque illa ſit, eſſe partem, ſicut enim forma domus, licet ſit quoddam accidens, poteſt tamen dici de eſſentia domus; ita in hoc ſacramento rebus materialiter acceptis, vt accidit inſtitutio diuina, hæc dici poteſt forma, & pars eſſentialis ſacramenti, vt inquam hoc ſacramentum dicit compoſitionem artificialem; B nam vt dicit compoſitionem phyſicam, cum ex Conc. Trid. vbi ſup. in hoc ſacramento alia ſint, quaſi materia, vt ſunt contritio, confeſſio, &c. alia, tamquam forma, vti eſt abſolutio, ſine dubio forma erit ipſa abſolutio, intrinſeca, & eſſentialis ſacramento ipſi pænitentię, ſicut eſſentialis eſt forma naturalis ipſi compoſito naturali: diſplicet præterea, quod dicit Sotus, C vbi ſupra, ideo abſolutionem eſſe, aut dici aliquo modo partem ſacramenti, quia eſt ad illud neceſſaria, nam hac ratione, omnes conditiones ſine quibus non, eſſent partes illius eſſentiales, cuius ſunt conditiones; quod tamen nemo dixerit.

Reijcitur Sotus.

Conc. Trid.

D Tertia concluſio, ſacramentum pęnitentiæ, ſi conſideretur ſecundum totum ſuum eſſe, habet plura genera partium.

Probatur ex Conc. Flor. in vnione Armenorum, & Concil. Trid. ſeſſ. 4. c. 2. 3. & 4. vbi docet, omnia ſacramenta conſtare rebus, & verbis, tamquam materia, & forma, & ſingillatim in hoc ſacramento ponit, abſolutionem eſſe loco formæ;

Conc. Flor. Trident.

Digitized by Google

me; actus vero pœnitentis, loco materiæ: Item ex eiſdem Concilijs habetur, contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionẽ eſſe quaſdam, veluti materiales partes ſacramenti, vnde apparet, eſſe aliud genus partis, id quod confirmant D. Tho. 3. part. quæſt. 90. art. 3. *D. Thom.* Ferrarien. lib. 4. contra gent. ca. 72. actus enim penitentis, qui requiruntur ad iuſtificationem in hoc ſacramẽto, aſſumuntur à Deo, tamquã partes, *Conc. Trid.* quamquam autem Conc. Tri. ſeſſ. 6. de iuſtificatione, plures receſeat actus ad iuſtificationẽ, tamen, vt recte admonet Vega lib. 13. in Conc. Trid. cap. 15. illi nõ ſunt omnes neceſſarij, ſed commode reuocari poſſunt ad hos tres, tamquam primarios, dicuntur autem omnes hi tres actus, partes pęnitentiæ, vt ſacramentũ eſt, non vt virtus eſt, quia, vt recte ait D. Th. loco citato, & ſequitur Belarmi. lib. 1. de peni. cap. 17. virtus pęnitentiæ, vel non habet partes, vel certe has partes non poteſt habere; ſunt enim potius actus pęnitẽtis, quam partes, ſunt tamen non qualeſcunq; partes ſacramenti, ſed partes materiales, & quodammodo integrantes, vt habet Belarminus ſup. c. 17. nõ perinde quaſi pertineant ad ornatum, ſed quia reuera perficiant, & integrent, tum ipſum ſacramentum, tum effectum ſacramenti.

Has autẽ partes, eſſe veras partes ſacramenti pœnitentiæ, patet ex ſcripturis, & Patribus.

Et primo, de contritione habemus teſtimonium ex Deu. 4. *Deut. 4.* *Cum quæſieris Dominum, inuenies, ſi tamen quæſieris in toto corde, & tota* A *tribulatione animæ tuæ*, Ioel 2. *Ioel 2.* *Scindite corda veſtra, &c.* Pſ. 50. *Pſal. 50.* *Cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies, &c.*

De confeſſione vero, extat teſtimoniũ ex lib. Num. 5. *Num. 5.* *Vir ſiue mulier confitebuntur peccatum ſuum.* Act. 19. *Act. 19.* *Multi credentes veniebant confitentes, & annunciantes actus ſuos.* Matth. 3. *Matth. 3.* *Baptizabãtur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua* B 1. Io. 1. *1. Ioan 1.* *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra.*

De ſatisfactione demum, extãt plura exempla, 2. Eſdrę, cap. 9. *2. Eſdr. 9.* *conuenerunt filij Iſrael in ieiunio, & in ſaccis, & confitebãtur peccata ſua*, Ionę 3. *Ionæ 3.* Ioel 2. *Ioel 2.* Matth. 11. *Matth. 11.* *Olim in cinere, & cilicio pænitentiã egiſſent.*

Patres ãt, qui de his trib. ſatis euidenter loquũtur, ſunt C Tertul. li. de pęnit. *Tertull.* Cypria. ſerm. de lapſis, *Cyprian.* & S. Chryſoſtomus de pænit. *Chryſoſt.* & ex his patet noſtra concluſio ſup. poſita.

Sequitur primo, non poſſe defendi, aut excuſari Scotum, *Exponitur Scotus.* & Durandum vbi ſupra, ſi fortaſſis negent hos tres actus pęnitentis eſſe vllo modo partes ſacramenti, tametſi enim concedendum ſit Scoto non eſſe partes eſſentiales ſa- D cramenti, ſed integrales, vt iam diximus, & docet Belarminus ſup. c. 17. tamen vt ſacramentum pęnitentiæ abſolute ſumitur ſecundũ totum ſuum eſſe perfectum, & refertur, tum ad remiſſionem culpę, tum ad aliquam remiſſionem pęnę, habet hos actus non ſolum vt diſpoſitiones, ſed etiam vt veras partes concurrentes ad ipſum ſacramentum conſtituendum.

Reijcitur Aureolus. Sequitur ſecundo, ne eſſe quidem probabilem ſententiam Aureoli apud Capreolum in 4. diſt. 14. quæſt. 1. art. 2. qui contendit, ſatisfactionē non pertinere ad partes ſacramēti, nam vt recte ibi habet Capreolus, quámuis eſſentia ſacramenti abſque ſatisfactione conſiſtat, non tamen ſacramētum abſque ſatisfactione habet omnē perfectionem, quam poteſt, & debet habere, vt docet Concil. Trid. *Conc. Trid.* ſeſ. 14. cap. 4. 5. & 6. ſequitur Belarminus loco citato, cap. 17. accedit quod ipſa ſatisfactio ex coniunctione, quam habet cum ſacramētali forma, habet ipſam ſacramentalem ſignificationem, & efficaciam ex opere operato; quam reuera non haberet, niſi eſſet pars ipſius ſacramenti, vt aduertit Suarius ſect. 3. num. 9. & prius illo Canus vbi ſupra part. 5. relect. de pœnit. ex S. Tho. 3. part. quæſt. 90. ar. 3. ad 2. *S. Thom.*

Sequitur tertio, male nonnullos interpretari Scotum, vt etiam ſup. innuimus, inter quos eſt Suarius ſect. 2. num. 8. Belarminus lib. 1. de pænit. cap. 15. & Canus ſup. p. 5. quatenus exiſtimant, illum totam eſſentiam ſacramenti pænitētiæ potuiſſe in ſola abſolutione; nam vt patet ex loco ſupra citato, Scotus aperte dixit abſolutionem non poſſe tribui, niſi pænitenti, id eſt, dolenti, contrito, & confitēti, hic enim, vt ſic, dicitur proprie pænitens, dixit tamen ſacramentum eſſe abſolutionē, tum quia vt plurimum pro abſolutione ſupponit, tum quia ſequutus eſt eum dicendi modum, quo multi eſsētiam, & quidditatē rei metaphyſice appellāt formam; tum denique, quia, vt iam diximus ex Andrea Vega libr. 13. in Concil. Trident. cap. 15. Scotus ſpectauit efficientiam ſacramenti, quam ſecundum multos, ſolum putauit pendere ab abſolutione, quod ſi id verum eſſet, quamuis fortaſſe non ita recte ſēſiſſet, non tamen poſſet, aut erroris, aut temeritatis damnari, nam præter Vegam, & alios, qui pro ſententia Scoti ab alijs citantur, citatur etiam Halenſis in 4. par. quæſtion. 14. memb. 1. art. 1. & 2. vbi dicit, in ſacramento pœnitentiæ ſpectandam eſſe rationem ſigni, & rationem cauſæ, rationē quidē ſigni magis conuenire actibus pœnitentis, rationem vero cauſæ formæ, & abſolutioni. vel in noſtra ſententia, quæ verior creditur; id dicitur a Scoto, quia non ſola, ſed principalior efficacia huius ſacramenti eſt ab abſolutione, quemadmodum, & Vegam, & Halenſem, & alios voluiſſe, qui cū Scoto citantur, ſupra oſtendimus.

Sequitur vltimo, quid dicendū ſit ad eam difficultatem, quæ ex eo oriri videbatur, quia ſi actus pænitentis, ſi tanquam partes huius ſacramenti recenſendæ ſint, debent eſſe ſenſibiles, contritio vero non ſit ſenſibilis, videtur excludenda à ratione hac partis.

Contritio quomodo ſenſibilis. D. Thom. Reſpondet D. Thom. 3. parte quæſtione 90. articulo tertio, ad ſecundū, contritionem ſpectare ad ſacramentum pænitentiæ, vt habet propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi.

Verum non ſatis probatur ſo-

lutio,

lutio, non enim inde tollitur difficultas, vt enim docet Caietanus; inde videtur ſequi, duas tantum eſſe partes, quia non nuda contritio eſſet pars ſacramenti, ſed vt exprimeretur confeſſione, & ſic eſſent tantum duæ partes.

Reſpondent ſecundo Caietanus, & Canus vbi ſupra, contritionem pertinere ad eſſentiam pænitentiæ, tanquam principium illius, ad eum modum, quo actus interior pertinet ad actum exteriorem, tanquam principium illius, aliter enim iudicamus de eo, qui offendit ex ira, aliter de eo, qui offendit ex odio, pertinet autem contritio ad pænitentiam, quatenus continet votum ſatisfaciendi Deo, quod ſine dubio exprimitur confeſsione, & ſatisfactione.

Non placet ſolutio Caietan. Verum, neque placet ſolutio, quia neque tollere videtur difficultatem, nam vt admittamus, quod ille ait de actu interno, & externo, tamen ſemper videtur ſequi, contritionem vna cum confeſſione integrare vnam partem; deinde non videtur verum, quod ille ait, voluntatem ſatisfaciendi Deo ex ſe exprimi per confeſſionem, & ſatisfactionem, quia hic actus, quo peccator vult ſatisfacere Deo, pertinet ad virtutem pænitentiæ, vt ſupra diximus; virtus autem pænitentiæ non neceſſario dicit ordinem ad pænitentiã, denique quidquid ſit de hoc, ſi contritio debet eſſe pars ſacramenti, debet eſſe aliquo modo ſenſibilis, in hac autem ſententia, nõ eſt ſenſibilis, niſi per confeſſionem, ergo

A ſemper faciet vnam partem, vt recte arguit D. Belarm. ſup. c. 17.

Dicendum igitur videtur, confeſſionem ſacramentalem poſſe conſiderari dupliciter, primo, vt eſt ſignum doloris, & deteſtationis peccati, & hac ratione eſt quid pertinens ad contritionem, & facit illam ſenſibilem, vt habent Sotus in 4. diſtinc. 14. q. 1. art. 1. & ſequuntur Belarmin. ſup. c. 17. Suarius ſup. ſect. 3. num. 6. ſecundo, vt

B eſt ſignificatiua, & quaſi repræſentatiua peccati, & hoc modo eſt ſecunda pars ſacramenti, quæ dicitur confeſſio: igitur contritio, vt expreſſa per confeſſionem fit ſenſibilis, & ſufficiens, vt ſit pars huius ſacramenti.

Si dicas, ſi ſacramentum pænitentiæ ſupponit pro abſolutione,

C ergo nõ poteſt habere partes, contritionem, confeſſionem, &c.

Reſpondetur, hos tres actus dici partes ſacramenti pænitentiæ, vt ſacramentum ſumitur ſecundum totam ſuam latitudinem, id eſt, ſecundum materiale, & formale ſimul.

Si ſecundo dicas, ſi ſacramentũ pænitentiæ tot habeat partes, quomodo erit vnum?

D Reſpondetur, multitudinẽ partiũ, quæ reperitur in hoc ſacramẽto, non tollere vnitatẽ ipſius, vt bene docet Halenſis 4. q. 14. mẽbr. 2. a quo alii acceperũt; vnitas enim, quæ eſſe debet in ſacramento, potius ſpectanda eſt ab vnitate finis, & effectus, vt in tractat. de ſacramentis in genere oſtenditur, igitur cum omnes hæ partes huius ſacramenti ad vnum finem, & vnũ

effectum

Digitized by Google

effectum referantur; habebunt in ipſo ſuam vnitatem.

QVAESTIO QVARTA.

Quodnam in hoc ſacramento ſit ſacramentum tantum, ſit res tantum, ſit res, & ſacramentum ſimul.

ADeo intricata, ac tantis dubijs permixta eſt hæc quæſtio, varijſque Doctorum ſẽtentijs agitata, vt animus aliquando eo diuerterit, vt illam libentius ſubterfugiſſet, ſed vicit ſtudium, vicit rei magnitudo, vicit Reuerendiſſimi Generalis mei, Magiſtri Stephani Penolacii, quem honeſtiſſime nominatum volumus, auctoritas, cum enim ab eo, dum anno præterito fuit hic Bononiæ in Conuento noſtro Sãctæ Mariæ gratiarum, de more, ad viſitandos in Domino Patres, ac Fratres, cum, inquam, ab eo nõ minus docte quam eleganter de propoſita diſputatione priuato, ac domeſtico ſermone, certam huius dubitationis definitionem acceperimus, factu[illegible] vt propterea nõ dubitauerim[illegible]nc aggredi diſputationem, [illegible]nque ex viribus definire.

Suppõendum autem eſt: Scholaſticos fere omnes diſtinguere in ſacramentis, hæc tria; ſacramentũ tantum, res tantum, & res, & ſacramentum ſimul, vt dixerint ſacramentum tãtum eſſe id, quod proprie pertinet ad eſſentiam ſacramenti, vt ſunt res, & verba; id eſt, eſſe id ipſum, quod ſignificat, & efficit gratiam; res tantum, eſt ipſa gratia, quæ a ſacramento efficitur, vt ipſa præterea nullã habeat rationem, id eſt, eſt vltimus effectus ſacramenti, qui per illud fit, & ſignificatur; res denique, & ſacramentum, eſt id, quod ita efficitur a ſacramento, vt tamen poſſit etiam habere rationem ſacramenti, ſiue ſignificando, ſiue efficiendo; ideſt, eſt, quod ſignificat, & cauſat, & item ab exteriori ſacramento ſignificatur, & cauſatur: licet autem hæc tria facile ſit reperire in ijs ſacramentis, quæ imprimunt characterem, vt aduertit inter alios Coſmas Philiarc. de ſacramentis in communi libr. 1. cap. 5. in ijs autem, quæ talem non imprimũt characterem, non ſic facile eſt inuenire, ac diſtinguere, cuiuſmodi eſt in noſtra hac pœnitentia, vt propterea in varias lapſi ſint Doctores expoſitiones de hac re.

Quid ſit ſacramentum tantum.

Quid ſit res tantum.

Quid res, & ſacramentum ſimul.

Et quidem, quod attinet ad ſacramentum tantum, & rem tantũ huius ſacramenti pœnitentiæ, nulla videtur eſſe ſingularis aliqua difficultas, vt dicemus, ſola igitur, & tota difficultas eſt in aſſignandis ſacramento, & re ſimul, huius eiuſdem ſacramenti.

Prima ſententia eſt aliquorum aſſerẽtium, rem, & ſacramentum ſimul in hoc ſacramẽto eſſe quendam ipſius ſacramenti ornatum, ſic Capreolus in 4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 3. Paludan. diſtinct. 14. q. 1. art. 2. & 3. Viguerius de ſacramẽtis

tis

Digitized by Google

tis in generali verſ. 16. & alias fuit etiam in hac eadem ſententia D. Thom. in 4. diſt. 32 q. 2. licet hi nō conueniant in explicatione huius ornatus.

D. Thom.

Verum de hoc ornatu infra dicemus, oſtendemuſque eſſe omnino confictum, ac conſequenter reijciendum.

Secunda ſententia eſt aliorum, neque in quolibet ſacramēto hæc tria eſſe diſtinguenda, præcipue vero in hoc pœnitentiæ ſacramento, non poſſe diſtingui hāc indicat Coſmas Philiarc. vbi ſupra, probabilem, iudicat etiam Suarius ſupr. ſect. quinta, num. 2. Fundamētum poteſt eſſe, quia hæc diſtinctio videtur orta a Magiſtro in 4. diſtin. 22. & ab Vgone de S. Vict. libr. 2. de ſacram. p. 8. c. 2. non autem ex Concilijs, aut Patribus, vt propterea non videamur cogi, illam ponere in omnibus ſacramentis, & conſequenter neque in hoc, rationes infra pro hac ſententia afferentur.

Tertia ſententia defendit, in quolibet ſacramento hæc tria eſſe diſtinguenda, & in hoc ſacramento aperte diſtingui, quæ eſt ſententia Magiſtr. loco citato, & ibi Scholaſtici S. Bonauentur. art. 2. q. 2. diſtinct. 27. Halenſis 4. par. q. 14. mēbr. 2. art. 1. §. 1. D. Thom. in 4. diſt. 32. q. 2. art. 1. quæſt. 2. ad 1. & 3. p. q. 84. art. 1. ad 2. Caietanus ad locum citatum D. Tho. ex 3. p. Ferrar. 4 contra Gent. cap. 72. Capreolus, & Paludanus vbi ſupra, Sotus in 4. diſt. 14. q. 1. artic. 1. Viguerius vbi ſupra, innuit Belarminus libro primo de pœnit. capit. 11. Suarius

S. Bonau.

D. Thom.

A ſupra ſect. 5. num. 1. & ſequentib. Didacus Nugnus ſupra dub. ſuo vltimo ad primum: docet autem D. Thomas loco citato in hoc ſacramento pœnitentiæ, ſacramentum tantum eſſe actionem, quę extrinſecus adhibetur, tum à pœnitente, tum ab abſoluente; rem & ſacramentum eſſe internam pœnitentiam pęnitentis, rem denique tantum eſſe ipſam peccati remiſ-

B ſionem: primum quidem eſſe cauſam ſecundi; primum, & ſecundū eſſe cauſam tertij. in 4. autem ſentent. ſup. addit pænitentiam poſſe dupliciter conſiderari: primo, vt eſt actus virtutis, & hac ratione præcedere pænitentiam externā, tamquam materialem cauſam illius: ſecūdo vt eſt ſanatiua, & deſtructiua peccati, & hac ratione ait ſignificari, & quodāmodo effi-

C ci à pænitentia externa, in huius autem ſentētiæ explicatione multi elaborant, tum præcipue Capreolus, Paludanus, Caietanus, Sotus, Nugnus, Suarius, vbi ſupr. Pro ſolutione ſit

Prima concluſio: non videtur neceſſarium in hoc ſacramento, diſtinguere hęc tria, ſacramentum tantum, rem tantum, rem & ſacramentum ſimul.

D Hanc concluſionem innuit aperte, licet illam non probet, Coſmas Philiarc. libr. 1. de ſacramentis in generali cap. 5. ad finē, ex parte vt probabilem recipit Suarius ſup. diſput. 18. ſect. 5. nu. 2.

Probatur primo, quia nullum habet fundamentum in ſacris literis, in his enim tantū habemus, ſacramenta conferre gratiam, &

remit-

Digitized by Google

remittere peccata, & ad ſummum aliqua imprimere characterē; vt in ſacramentis in genere dicitur, ergo ex his non cogimur aſſerere, illa tria eſſe in hoc ſacramento.

Secundo probatur, quia neque id colligitur probabiliter ex SS. Patribus, nam ante Magiſtrum, & Vgonem, nemo ſic loquutus, & Vgo loco citato p.8. cap.7. loquitur de ſacramento Euchariſtię, cuius non eſt eadem omnino ratio cum hoc ſacramento pœnitentiæ; quomodo etiam intelligendum eſt illud Canonis, Hoc eſt, de conſec. diſt. 2. & citantur nomine Auguſtini ab Vgone, & alijs; nā quicunque ſit auctor illius Canonis, vocat rem ſacramēti Euchariſtiæ, corpus Chriſti: Vnde S. Auguſtin. ſolet dicere, ſacramentum Euchariſtiæ duabus rebus conſtare, non videtur tamen negandum, in ſacramento baptiſmi plerunque diſtingui ab eodem Auguſtino ſacramentum, a re ſacramenti, & rem ſacramenti vocat ipſam gratiam, quo modo loquendi vtitur S. Auguſtin. libr. 1. contra Creſconiū cap. 30. vbi ait, varium eſſe ſacramentum, propter characterem; quo modo etiam loquitur lib. 6. cōtra Donatiſtas capit. primo, quare hæc diſtinctio vtcunque admitti poſſet in ſacramentis, quæ habent characterem, vt ſupra diximus, vel quæ habent aliquem effectū permanentem, præter gratiam, vt accidit in matrimonio; in alijs autē ſacramentis, nulla videtur neceſſitas; itaque nobis probabile videtur, in hoc ſacramento pœnitētiæ non eſſe rem, & ſacramentum, tū

D. Auguſt.

D. Auguſt.

A quia valde probabile eſt, hoc ſacramentum non poſſe eſſe in forme, tum quia pœnitentia interior, quæ eſt contritio, eſt inſeparabilis à gratia, vt ſupra diximus, habet enim hanc infallibiliter coniunctam; Accedit quod ornatus ille, quem, qui ſunt in priori ſententia, ſibi finxerunt, nunquam nobis placuit, & ab omnibus, præcipue

B vero a Caietano reijcitur, in 3. p. q. 84. art. 1. Ferrar. lib. 4. contra Gent. cap. 72. Soto in 4. diſt. 14. q. 1. artic. 1. Suario ſupr. num. 4. Coſm. Phil. ſupra; pęnitentia vero interior, cū ſit pars ſacramenti, & pertineat ad eius integritatem, non poteſt eſſe effectus eiuſdem ſacramenti, ergo non eſt neceſſarium, neque aliqua ratio vrget vt ponamus illa tria, in hoc pœnitentiæ ſacra-

C mento.

Notandum autem eſt, nullo modo nos latere, vt iam innuimus paulo ante; multos eoſque varios aſſignari modos à varijs, iiſq; grauiſſimis Doctoribus, vt oſtendant, quomodo in hoc pœnitentiæ ſacramento ſint neceſſario ponenda res, & ſacramētum ſimul; quorum multos affert, eoſque confutat Suarius ſupr. ſect. 5. & item Didacus Nugnus dub. ſuo 6. vbi ſu-

D pra, & Suarius quidem confutatis alijs affert ſuum, num. 13. ait. n. rē, & ſacramentum eſſe interiorem illam pęnitentiam, ſiue ſit attritio, ſiue contritio, vt informem, & ſecundum ſe eſſe ſacramentum ſeu partem ſacramenti, vt formatam vero per gratiam ſacramentalem eſſe rem ſacramenti; nam, inquit, in hoc ſacramento pęnitentiæ, vel

Modus Suarij, quo in hoc ſacramēto ponit rē, & ſacramētum ſimul.

præ-

præceſſit attritio, vel contritio, ſi attritio vi ſacramenti fit contritio, ſi vero contritio, fit moraliter dignior, & meritoria gloriæ, quod ait ſatis eſſe, vt ſub ea ratione dicatur res, & effectus ſacramenti: hæc ille.

Non placet modus Suarij.

Verum quoniam neque hanc Suarij explicationem libẽter amplectimur, quippe quæ neque videtur rem hanc ſatis declarare, neque difficultates omnes tollere, illud ideo examinandum occurrit hoc loco, an Suarius bene fuerit hac in re philoſophatus: nã vt verum fateamur, non videtur ille omnem tollere difficultatem.

Et primo quidem petimus a Suario: an cum dixit loco iam citato, interiorem pęnitentiam, ſiue ſit attritio, ſiue contritio, vt informem eiſe ſacramentum, ſeu partem ſacramenti. Vtrum ſcilicet contritio in illo priori, antequam ſcilicet cum aliis partibus ſacramenti intelligatur producere hãc internam pænitentiam habeat adiunctam gratiam, nec ne.

Et certe non poteſt Suarius negare, huiuſmodi contritionem (loquimur autem de contritione, quia de hac videtur maior quædam difficultas) habere adiunctã gratiam, vt colligitur ex diſputat. quarta, ſectione ſeptima, a numero primo, vbi ponit contritionem ſemper eſſe formatam, vt nullum detur tempus, aut momentum, quo non habeat gratiam adiunctam, ergo debet etiam fateri, contritionem eandem, vt eſt pars ſacramenti, & ipſum ſacramentum, non eſſe informem, & conſequenter, neque illam vt ſic, poſſe producere ſeipſam formatam, quæ ſit res ſimul, & Sacramentum, tum quia, ſi id quod Suarius ponit, concederetur, ſequeretur idem ſecundum idem eſſe producens, & productum, quam ſequelam infra probabimus, tum quia cum & ante, & poſt, illa contritio ſit ſemper formata, non poterit ſub ratione aliqua informi, dici producere ſeipſam formatam, & conſequenter, ſi, vt formata per Suarium eſt res ſimul, & ſacramẽtum, ſicut poſtea talis eſt, ſic etiam erit ante; ex quo etiam patet illa ſequela, ſcilicet, contritionẽ, quæ eſt res, & ſacramentum ſimul, producere ſeipſam, vt eſt etiam res ſimul, & ſacramentum.

Si dicas, contritionem prius natura eſſe informem, quam formatam, & in illo priori eſſe ſacramentum, & partem ſacramenti, & ſic producere ſeipſam formatam, & eſſe ſimul rem, & ſacramentum.

Contra, quia negamus contritionem in illo priori, quatenus ſcilicet dicit partem ſacramenti, ſeu ſacramentum ipſum, eſſe informem, vt iam diximus, & ſic eadem eſt contritio formata ante, & poſt ſacramentum; verum quidem, quod & nos iam ſupra conceſſimus, contritionem pro vt diſpoſitio eſt ad gratiam iuſtificantem extra Sacramentum intelligi poſſe prius informem, quam formatam, quatenus ſcilicet eſt vltima, & proxima diſpoſitio ad gratiam, a qua formatur; atqui non ſic dicendum eſt de eadem,

vt eſt

Digitized by Google

vt eſt pars ſacramenti; nã in quocunque inſtanti etiam naturæ cõtritio, vt eſt pars ſacramenti, non poteſt intelligi, niſi vt formata, quia vt ſic, illa ſẽp præintelligitur vt deſtructiua peccati, etiam ante perceptum, & perfectum ſacramentum (quamque neque hoc habeat ſine ſacramẽti voto) præterea quia ex hoc fit, vt in hoc ſacramento accedentibus cum contritione non detur prima gratia, quia ſcilicet per contritionem iã intelliguntur peccata deſtructa; quod præcipue habet S.Tho. etſi enim contritio in ipſius ſententia ſit natura prior ipſo ſacramento, in illo tamen priori eſt deſtructiua peccati, eſt enim odium, & deteſtatio peccati propter Deum, cõſequenter in ſententia D.Thom. numquam contritio, neque ẽt in aliquo inſtanti naturæ, eſt informis: cum in genere cauſæ efficientis ſit ab ipſa gratia, quare non poteſt intelligi, quid illi adueniat poſt ſacramentum, cum ſit vna, & eadem omnino res.

Si dicas, contritionem eſſe diſpoſitionem ad gratiam ſacramẽtalem, quæ ſcilicet ab ipſo ſacramento cauſatur.

Contra, quia ipſa vt ſic, id eſt, vt pars integrans ſacramentum, efficit gratiam ſacramentalem, & conſequenter etiam efficit illam pœnitentiam internam, quam ille facit rem, & ſacramentũ ſimul, & ſic ſemper ſequeretur illud abſurdum, quod eadem res efficeret ſeipſam, vt etiam optime deducit Nugnus vbi ſupr. dub. 6. ad 3.

At inquit Suarius ibidem, contritionem habere rationem, & rei, & ſacramenti ſimul in hoc ſacramento, quia ex ſacramento fit dignior, & magis meritoria gloriæ.

Contra, quia cum contritio in illo priori, vt ſcilicet eſt ſacramentum, & pars ſacramenti, habeat annexam gratiam; habet etiam, vt ſit meritoria gloriæ, ergo etiam in illo priori habet contritio, vt ſit res, & ſacramentum, ergo non magis habet rationem rei, & ſacramenti ſimul poſt, quam ante.

Neque dicat Suarius, contritionem illam poſteriorem ſacramento, eſſe rem, & ſacramẽtum, quatenus adueniente ſacramento augetur gratia, & gloria debita illi contritioni, quæ eſt res, & ſacramentum.

Nam dicimus, id non tollere difficultatem, primo enim, quod gratia, & gloria augeatur, non additur aliquid eſſentiale ipſi contritioni, quod prius non haberet, vt docuit Capreolus in 4. diſt. 22. q. 1. art. 3. ſed accidentale; neque ipſa in ſe ita eſſentialiter mutatur, vt ſit a ſeipſa diſtincta, quare ſi deinde contritio ex eo habeat, vt ſit res, & ſacramentum ſimul, antea etiam id ipſum debuit habere; deinde petimus, an ad illud augmentum gratiæ, & gloriæ concurrat contritio, nec ne; dicere hoc ſecundum, patet manifeſte falſum, ergo primum; iam ergo, ſi cõtritio concurrit ad augmentũ gratiæ, quæ illi reſpondet, ergo etiam concurrere debet ad augmẽtum gloriæ, ergo eadem contritio etiã in illo priori erit ſimul & res, & ſacra-

ſacramentũ, ſicuti poſtea propter eandem rationem: Accedit quod, id quod eſt res, & ſacramentum, vt ſupra diximus, debet ſignificare, & efficere, & ſimul etiã ſignificari, & cauſari; At qui fieri poteſt, vt idem ſecundum idem ſeipſum cauſet, & cauſetur, quod accideret poſita explicatione Suarij, contritio enim vt pars ſacramenti, ex eodem, præcedit, & cauſat hanc internam pęnitentiam, quæ eſt contritio, ergo eadem cõtritio cauſabit ſeipſam, ergo eadem res cauſabit, & cauſabitur.

Si dicas, ſufficere, vt aliquid ſit ſimul res, & ſacramentum, vt ſolum ſignificetur; non autem, vt fiat, & ideo non ſequi illud abſurdum.

Contra, primo dicimus hanc reſponſionem eſſe ſatis voluntariam etiamſi in eam ſententiam citentur a Suario ſupr. num. 5. Magiſtèr ſent. S. Bonauent. & Halenſ. vbi ſupra, nam fortaſſis aliquid aliud voluerunt hi Doctores ab eo, quod illis tribuitur: accedit præterea, & eſt ratio euidens, qua contrarium demonſtratur, quia ſacramentum id præſefert, vt duo habeat; & vt ſit ſignum, & vt efficiat, vt patet ex communi omniũ ſententia, ergo vt illa contritio præſeferat rationem ſacramenti, debet neceſſario vtrumque habere, ergo illa pænitentia interior, quæ eſt res, & ſacramentum, debet & ſignificare, & effici, ergo idem ſecundum idem, & efficiet, & efficietur, quod omnino abſurdum eſt.

S.B. n.III.

Neque dicas, illud ſingulare eſ-

A ſe in hoc ſacramento, vt ſcilicet effectus ſacramenti pęnitentiæ, ſit etiam pars integralis eiuſdem.

Nam dicimus, & id ſatis voluntarium eſſe, & præterea petimus a quonam hæc pęnitentia interna, quam iſti faciunt rem, & ſacramentum ſimul, efficiatur; an ab aliqua parte ſacramenti? an ab ipſo ſacramento? non eſt dicendum effici a parte, tum quia ſacramentum efficit ſecũdum omnes

B ſuas partes, non ſolum formales, ſed etiam materiales, tum quia vix poteſt aſſignari pars, quæ habeat hanc uim efficiendi contritionem, quæ ſit res, & ſacramentum; non aliæ partes, confeſſio, ſcilicet, & abſolutio ſupponunt contritionem; quare relinquitur, vt efficiatur à toto ſacramento, & ex

C conſequenti à ſeipſa, quare eadẽ contritio erit prior, & poſterior ſeipſa, atq; ita reincidimus in idẽ abſurdum.

Neque dicas, illam contritionẽ fieri quaſi ſacramentalem, & agere vi ſacramenti, vnde poteſt denominari res, & ſacramentum.

Nam eodem modo petimus, vnde id habeat illa contritio; an ab abſolutione ſolum; an ex eo, quod ipſa ſit pars ſacramenti: non

D hoc ſecundum, vt iam diximus: neque primum, quia abſolutio, ita ſe habet cum actibus pænitentis, ſicut ſi habent verba cum elemẽto in alijs ſacramentis; At verba in aliis ſacramentis ita dant vim elemento, vt etiam ipſum elementũ concurrat ad effectum, ergo eadẽ ratione abſolutio cum cæteris partibus etiam concurret ad effectũ

ſacra-

ſacramenti; quare concurret contritio ad ſeipſam, vnde adhuc videtur manere in ſua vi illud abſurdum, quod antea deducebatur, idem ſecundum idem producere, & produci.

Neque tamdem dicas cum Suario, non eſſe abſurdum eumdem actum ſecundum diuerſas rationes poſſe recipere has denominationes, ſacramenti, ſcilicet, & rei.

Nam fatemur, id verum quidē eſſe tunc, cum in entitate actus eiuſdem poſſint fundari illæ denominationes; quod non reperitur in caſu noſtro, nam vere non videtur, poſſe intelligi, quomodo cōtritio habeat a ſacramento ipſo, vt ſit res ſimul, & ſacramentum, cum contritio natura ſua ſit materia, & pars eiuſdem ſacramenti; Confirmatur, quia contritio vt eſt ſacramentum, vel pars ſacramenti, habet annexam abſolutionem, & gratiam, conſequēter eſt formata, igitur in illo priori erit res, & ſacramentum, propter eandem rationem, propter quam dicitur res & ſacramentum, poſt ſacramentum; Confirmatur vltimo, ſi propter eam rationem, quam affert Suarius, contritio eſt dicenda res & ſacramentum, quare non etiam confeſſio, & ſatisfactio? nā idem videtur poſſe philoſophari de his partibus.

Modus Didaci Nugni explicandi in hoc ſacramento hanc rem.

Didacus Nugnus loco ſupra citato, poſtquam & ipſe alios adduxit modos explicandi præſentem difficultatem, affert ſuū, ſic enim habet dubio illo 6. ad 3. argumentum. *Melior igitur modus dicendi aliorum Thomiſtarum eſt, quod ipſa contritio, ſecundum quod tempore antecedit, vel ſaltem natura ſuſceptionem ſacramenti abſolutionis, eſt pars eſſentialis huius ſacramenti; ſecundum vero quod in inſtanti, in quo ſacramentum habet ſuum effectum, perficitur de nouo, ratione illius nouæ perfectionis, eſt id, quod eſt res, & ſacramentum ſimul, quæ noua perfectio licet non diſtinguatur ab ipſa cōtritione realiter materialiter; diſtinguitur tamen realiter formaliter, eſt enim nouus modus, & noua perfectio, quæ non erat antea*; hæc Nugnus: ex quibus conſtat contritionem dici ſacramentum, & rem ſimul, quatenus eadem perficitur noua aliqua perfectione, quam antea non haberet.

Non placet hic modus Nugni.

Verum ſi ex animis res dicenda ſit, neque hic modus ſatis probatur, & primo contra hunc modum adhuc multa faciunt, quæ ſupra adduximus contra Suarium; ſed prætereа dicimus ſecundo deficere Nugnum, quia non explicauit, in quo conſiſteret illa noua perfectio, ex qua, ait, contritionem ſortiri denominationem rei, & ſacramenti ſimul: Tertio, petimus a Nugno, an noua illa perfectio, addita eſſentialiter, & realiter, immutauerit illam priorem contritionem, nec ne, non poteſt dicere Nugnus realiter immutaſſe, quia iam ipſe fatetur, illam priorem contritionem a ſubſequente non diſtingui realiter materialiter, ergo fateri cogitur, eſſe realiter eamdem contritionem ante, & poſt, igitur etiam videtur neceſſario dicendum in eiuſdem ſen-

ſententia, ſi contritio poſt, eſt intrinſece, & realiter res & ſacramentum ſimul, eſſe etiam ante ſimul & rem, & ſacramentum, ſi dicat eſſe poſt ſacramentum aliã contritionem formaliter, & id ſufficere, vt poſtea dicatur res, & ſacramentum ſolum; Contra, tum quia, vt iam diximus contra Suariũ, vix excogitari poteſt, quæ ſit iſta formalitas, qua contritio fiat etiam res; cum ex natura ſua, & intrinſece ſit pars ſacramenti, non effectus: tum quia non euitaretur illud abſurdum, quod idem produceretur a ſeipſo: quarto denique petimus ab eodem, an ad illud accidentale, quodcunque illud ſit, quod de nouo dicitur productum, & dicitur ab ipſo noua perfectio, concurrat ipſa contritio, an non; negare eſſe productum, eſſet contra ipſum, vt patet, quia iam ipſe ponit illud ipſum eſſe a ſacramento, & conſequẽter a contritione, quæ eſt illius pars, ſi igitur quod verum eſt, ſit productum, ergo etiam a contritione, quæ eſt pars ſacramenti, productum eſt, ergo eadem contritio producet ſeipſam ſecundum idẽ. præterea hoc modo non magis dici debet produci a ſacramento, cõtritio, quam confeſſio, ergo etiam ex eadem ratione confeſſio erit res & ſacramentum ſimul, quoad hoc enim non videtur potior ratio vnius, quam alterius, ex quib. videtur modus Didaci Nugni neque tollere omnem difficultatẽ.

Modus Capreoli. Capreol. in 4. diſt. 22. q. 1. ar. 3. ait, pænitẽtiam internam, de qua hic eſt difficultas, non poſſe eſſe rẽ huius Sacramẽti primariã, quia vnum, & idem non poteſt ſeipsũ producere, nec totum aliquod integrale producere aliquam ſuam partem, neque partem poſteriorem producere priorem, licet poſſit pars poſterior afferre priori aliquam perfectionem, vt album affert perfectionem corpori, & hac ratione ait, poſſe exteriorem pænitentiam, interiorem tripliciter perficere, primo augendo, & intendendo illam, faciendo de attrito contritum: ſecundo formando gratia: tertio efficiendo illam, vt ſanationem peccati, ex quo deinde colligit Capreolus, in hoc ſacramento eſſe geminam rem, & ſacramentum, primam quidem ornatũ, qui efficitur ab hoc ſacramento, & eſt natura prior quocunque alio effectu; ſecũdam pænitentiam internam, non quidem ſecundum ſuam ſubſtantiã, ſed ſecundum illa accidentia.

Non placet modus Capreoli. Verum neque hic modus Capreoli ſatisfacit, tũ primo quia cõtra ipſum faciunt ea omnia, quæ contra ſuperiores modos attulimus, tum ſecundo quia videtur ſupponere Capreolus ſemper in confeſſione produci aliquẽ actũ, quod repugnat experientiæ; & præterea, quia huiuſmodi actus non eſt neceſſarius, tũ quia, vt iã in ſuperioribus dictum eſt, nõ videtur verũ, actum attritionis eundem fieri contritionis, cum differant ſpecie, tum tertio quia nõ videtur ſatisfacere, quod ille ait produci pænitentiam, quia formatur gratia, quia vt etiam diximus ad iſtam productionem gratiæ, etiã

Digitized by Google

iſta contritio concurrit, quare non magis diceretur contritio res, & ſacramentum, quam confeſſio, ex hac ratione; tum quarto, quia quod ille ait de ornatu, omnino eſt extra rem; tum denique, quia ait de pænitentia illa, quod producatur, vt eſt ſanatiua peccati, falſum eſt, quia eo ipſo, quod ipſa contritio eſt, iã eſt pars ſacramenti, & refertur ad ſanandum, ac deſtruendũ peccatum, & ſic patet impoſſibilitas huius modi.

Modus Paludani. Paludanus diſt.14. quæſt. 1. art. 2. ait, in hoc ſacramento rem, & ſacramentum ſimul, eſſe vel ornatum, vel pęnitentiam internam, quia, inquit, ſi quis accedat perfecte contritus, tum rem, & ſacramẽtum ſimul fore ornatum, ſin autem ſit ſolum attritus, quia vi ſacramenti fit contritus, tunc contritio, & pęnitentia interior erit res, & ſacramentum: vel, inquit, ſi dicamus, gratiam ſacramentalem eſſentialiter diſtingui à gratia iuſtificante, tum dicendum eſſe, ornatum eſſe rem, & ſacramentũ, & diſponere ad gratiam ſacramentalem, pęnitentiam vero internam eſſe rem & ſacramentũ, & diſponere ad gratiam iuſtificantem.

Non placet hic modus. Verum, & hic modus multo magis diſplicet, contra quem multa habet Coſmas Phil. vbi ſupra: ſed præterea diſplicet; tum quia contra ipſum faciunt ea omnia, quæ ſuperius adduximus contra alios omnes modos; tum ſecundo, quia videtur ſupponere actum contritionis, qui producitur in confeſſione, produci ab actu attritionis, quod falſum eſt; ille enim actus non aliunde producitùr, niſi à potentia adiuta ex auxilijs gratiæ, ad modum ſupra explicatum; tum denique uidetur & ipſe ponere illum confictum ornatum, quare, &c.

Modus Caietani. Caietanus ad 3. part. quæſt. 84. art. 1. ait, non alia ratione pęnitentiam internam eſſe rem, & ſacramentum, niſi quatenus excitatur, & perficitur à pænitentia externa, ait enim tribus modis poſſe conſiderari pęnitentiam internã: primo, vt tanta ſit attritio, quæ cũ ſolo voto faciat contritum: ſecundo, vt ſit ita imperfecta, vt neque cum ſacramento, re ſuſcepto, aliquid efficiat; tertio vt ſit huiuſmodi, vt quamuis cum ſolo voto non fiat contritio, tamen cũ ſacramento re ſuſcepto fiat contritio, & hoc modo ait contritionem maxime dici rem, & ſacramentum.

Reÿcitur modus Caietani. Verum neque hic Caietani ſatis probatur, tum quia contra ipſum faciunt ea omnia, quæ diximus præcipue contra Capreolũ, tum quia debet adhuc explicare Caietanus, quid ſit excitari pęnitentiã a ſacramento confeſſionis; nam ſi ſupponat Caietan. quod aſſerunt Richardus, vbi ſupra, & Ferrarien. lib. 4. contra gent. c. 72. ſacramentum confeſſionis non ſortiri effectum, niſi excitetur aliquis affectus in pænitente, ſupponit falſum.

Modus Soti. Sotus 4. ſent. d. 14. q. 1. art. 1. ait contritionem, ſeu pęnitentiam internam bifariam conſiderari, primo, vt eſt natura prius gratia iuſti ficante, & hoc modo non eſt res

ſacra-

ſacramẽti:ſecũdo vt eſt poſterior gratia iuſtificante, & reuera iuſtificat, & hoc modo ait illam eſſe rem, & ſacramentum.

Reijciturpradictus modus Soti. Sed neque hic modus probabilis cenſetur; ſicuti neque viſus eſt Didaco Nugno, vbi ſupra: nam primo præter quam quod contra ipſum etiam faciunt ea, quæ iam diximus, quia ſi in aliquo priori naturæ contritio intelligitur perfecta ſecundum ſuam eſſentiam, vix poteſt intelligi, quomodo, & quid in ſecũdo in inſtanti poſſit illi accidere, vt perficiatur: ſecundo quia ſi in primo illo inſtanti intelligitur contritio in ſua entitate, & quidditate, iã eſt productiua gratiæ, & deſtructiua peccati, ergo etiam in illo inſtanti erit res & ſacramentum, et ſic idem producet ſeipſum, quare, &c.

Modus Ferarienſ. Ferrarien. quarto, contra gent. cap. 72. ait, primo in hoc ſacramẽto, hoc eſſe ſingulare, quod producat ſuam rem, ſecundo ait ſacramentum pęnitentiæ non efficere, niſi ſecundum ſuam formam, quę eſt abſolutio, tertio pęnitentiã internam concipi, vt eſt actus quidã virtutis, & vt eſt ſanatiua peccati, ex quibus concludit ipſe, pęnitentiam internam eſſe rem, & ſacramentum, & vt ſic non à ſeipſo, ſed à forma effici, ſiue ſacramentum ſuſcipiatur tantum re, ſiue in voto, vel certe ſi quo modo efficiatur, non effici à ſeipſa, ſecundum ſubſtantiam; ſed ſolum, vt eſt ſanatiua peccati.

Neque placet. Sed hic, quia videtur coincidere cum illo Caietani, videtur etiã non ſufficienter probare intentũ; vnde contra ipsũ faciunt ea, quæ contra Caietanum attulimus; ſolum addendum videtur, hunc modum maxime in eo falſum eſſe, quia ponat ſolam efficientiam in hoc ſacramento ſe teneri ex parte formę, cõtra ea, quę ſup. poſuimus.

Et ex his colligitur, quid dicendum ſit ad ſententiam D.Th. quã ſup. initio huius quæſtionis attulimus, dixerat enim hanc pænitentiam, quæ eſt ſimul res, & ſacramẽtum, effici à ſacramento pænitentiæ, quatenus ex hoc illa habet vim tollendi peccatum; dicẽdum enim eſt, vt patet ex dictis, contritionem, vt eſt actus virtutis, & ex ſententia eiuſdem S. Thomæ, eſſe natura priorem ipſo ſacramento; & ſic eſſe deſtructiuam peccati, eſt enim in illo priori odium, & deteſtatio peccati propter Deum ſumme dilectum, quare non poteſt intelligi, quid illi adueniat poſt ſacramentum, vt iam diximus contra alios modos, qui ex D.Tho. deſumpti ſunt, nã ſi dicatur illi aduenire, quia ex ſacramento fiat ſacramentalis, cum antea non eſſet, certe hoc à nobis ſupra refutatum eſt, quia cum id ipſum habeatur ex contritione, vt eſt pars ſacramẽti, ſequeretur illam contritionem producere ſeipſam vt ſupra deduximus.

Referuntur alij modi. S. Bonau. Non deſunt alij modi, qui ab alijs afferuntur in explicationem huius rei, ſicut eſt ille D. Bonauent. vbi ſupra, aſſerentis, pęnitentiam, ideo dici rem & ſacramentum, nõ quia efficiatur à ſacramento, ſed quia ſolum ab illo ſignificetur, id, quod dixit, vt effugeret illud abſur-

Si obijcias, quod ſi quis ante ſacramentum ſit perfecte cōtritus, certe videtur tunc infundi pænitentia ſine ſacramento, vt olim ijs, qui in lege veteri iuſtificabantur, infundebatur; videtur autem omnino abſurdum, conferri rem, & ſacramentum ſimul ſine ſacro.

Certe, vt verum fateamur, hæc fuit vna ex potiſsimis rationibus, quæ nos in priorem ſententiam, quam in altera concluſione expoſuimus, deduxit; attamen ſi hoc quoquo modo ſit defendendum, poſſumus dicere, vel cum Ferrar. vbi ſupra, hoc eſſe peculiare in hoc ſacramento, vt res, & ſacramē tum poſſit conferri ſine ſacramēto, vel rem, & ſacramētum in hoc ſacramento pœnitentiæ conferri tantum ijs, qui accedunt attriti, alioquin quaſi per accidens, ſi quis conteratur extra ſacramentum, reciperet pęnitentiam, non tamquam rem ſacramenti, ſed tamquam conditionem concomitantem iuſtificationem: vel denique dici poſſet, pęnitentiam in lege Euangelica non infundi, niſi in hoc ſacramento.

Ex his ſatis conſtat hæc noſtra concluſio ſi defendenda ſit, ex cuius explicatione, conſtat etiam tolli illa abſurda, quæ antea deducebamus, neque enim abſurdum videtur, actum ex ſe imperfectū producere ſeipſum perfectum, vel idem ſecundum diuerſas formalitates, eſſe ſui ipſius productiuum; atque hæc de hac ſatis perplexa difficultate.

A QVAESTIO QVINTA.

De abſolutione in ordine ad culpam, & pęnam.

Qvia iam inſtituimus hanc ſectionem de pęnitentia, vt ſacramentum eſt, & ſine dubio manca poſſet videri, niſi
B aliquid de abſolutione dicendum ſit, præcipue vero cum iam dictū ſit potiorem vim huius ſacramenti pendere ex ipſa, ideo hoc loco de hac abſolutione diſputandum erit, quanta ſcilicet ſit vis ipſius.

Et quoniam multa ſunt, quæ ad hanc quæſtionem pertinere videntur: Primo, an peccata ſint materia remota huius ſacramenti pænitētiæ, & quænam; ſecundo,
C quæ ſit auctoritas ſacerdotis, illa abſoluentis, & an hæc conferatur ſimul cum ſacramento ordinis; tertio, an denique abſolutio attingat ipſas culpas, an ſolam pænam, vt autem omnia ordine collocentur, & faciliora ſint, de illis omnibus ſigillatim per ſingulares dubitationes tractare adiudicauimus. eſt igitur

D DVBITATIO PRIMA.

An, & quænam peccata ſint materia ſacramenti pœnitentiæ.

NOtan. primo, ſuppoſita illa cōi diſtinctione materiæ ſacramentorum in proximam, & remotam, quæ quidem in hoc

Digitized by Google

pœnitentiæ ſacramento à nemine negatur, certum eſſe materiā proximam huius ſacramenti, eſſe actus ipſius pœnitentis, vt habet communis ſententia; confeſsionem, ſcilicet, contritionem, & ſatisfactionem, de quibus nihil hoc loco occurrit dicendum, ſolum breuiter diſputandum eſt in hac dubitatione, de materia remota, quæ ſunt peccata, modo explicando.

Notan. ſecundo ex communi; peccatum aliud eſſe originale, aliud actuale, quod propria voluntate committitur: & actuale quidē, aliud eſt ex ſuo genere, quod dicitur irremiſſibile, aliud quod dicitur remiſsibile; rurſus aliud peccatum, quod eſt ante baptiſmum, aliud poſt baptiſmum.

Notan. tertio, peccatum actuale, quod proprie pertinet ad ſacramentum pænitētiæ, nō eſſe quodlibet actuale peccatum, ſed illud ſolum, quod eſt commiſſum poſt baptiſmum, vt aperte docet S. Auguſtinus lib. 2. de adulter. coniug. cap. 16. & epiſt. 23. vbi ait, *omnem vim, & efficaentiam pœnitentiæ incipere poſt baptiſmum.* & tenet cōmunis ſchola Theologorū, quos infra referemus, dicitur autē hoc peccatum actuale materia remota huius ſacramenti, non ad eum modum, quo dicuntur elementa materia corporis organici, ſed ad eum modum, quo obiectū actionum humanarum, dicitur materia earum actionum, vt indicauit Sotus in 4. diſtinct. 14. q. 1. ar. 2. & Suarius ſupr. diſput. 18. ſect. 1. numer. 2.

S. Auguſt.

Quæ peccata actualia ſint materia huius ſacramēti

Notan. quarto; difficultatē eſſe de peccato originali; vtrum pertineat ad pænitentiam, & quidem S. Thom. 3. p. q. 84. art. ſecundo ad 3. & in 4. diſt. 16. q. 1. art. 2. quæſt. ſecunda, quem ſequuntur Sotus vbi ſupra, S. Bonauent. in 4. diſtin. 16. art. 1. q. 1. ad 2. Illuſtriſsim. Belarmin. libr. 1. de ſacramento baptiſmi cap. 9. Suarius ſupr. nu. 3. Didacus Nugnus in 3. p. q. 2. artic. 2. dub. ſuo, & alii communiter, aſſerit proprie loquendo de huiuſmodi peccato originali, non eſſe pœnitentiam, quia proprie hæc non datur in ordine ad ea peccata, quæ ſunt ex voluntate aliena, cuiuſmodi eſt peccatum originis, neque proprie ad hæc inſtitutum eſt hoc ſacramentum. ſed addit D. Thom. precipue in quarto loco citato, & ſequitur ibidem Richardus artic. 4. quæſt. 1. ad 2. quod ſi pœnitentia largiori quodam modo accipiatur, ſcilicet, pro diſplicentia peccati, poſſe eſſe pænitentiam de peccato originali, a quo non diſſentit Sotus vbi ſupra, & videtur deſumptum ex D. Auguſtin. libr. de vera, & falſ. pænit. capitulo octauo, & libr. de pænit en. medicina capitulo ſecundo, vbi ait, triplicem eſſe pœnitentiam, vnam ante baptiſmum; alteram propter corruptionem naturæ ex peccato originali, quæ durat per totam vitam; tertiam propter peccata commiſſa poſt baptiſmum, ex quibus ſatis colligitur, peccatum originale quoquo modo pertinere ad pænitentiam, ſolus fuit Ioan. Medina, qui in tract. primo de pænitent. quæſt. 3. impugnat

Noua difficultas vtrum peccatū originale pertineat ad pœnitentiam.
D. Thom.
D. Bonau.
D. Thom.
D. Auguſt.

pugnat

pugnat hanc ſententiam D.Thomæ, & conatur quantum poteſt, probare contra eundem, nullo modo eſſe neceſſariam penitentiam de peccato originali, quocunque modo ſumatur; ſed videtur lis ſine cauſa excitata, ſiue quia, cum quis per actum dilectionis iuſtificatur, & acquirit remiſſionē peccati originalis, ſine dubio illa dilectio ſaltem implicite includit deteſtationem, & odium peccati originalis, ſiue quia quod attinet ad ſpecificationem, nunquam poteſt peccatum originale placere; neque auctoritas Sancti Auguſtini aliquid facit in hac re, illa enim verba deſumpta ſunt ex eodem Auguſtino, in libr. 50. homil. homilia vltima capit. 3. & 4. ibi autem ſolum ait, ſecundam illam pœnitentiam de corruptibilitate naturæ, non tam referri ad peccatum originale, quam ad effecta peccati originalis: itaque libenter amplectimur priorem ſententiā D.Thomæ.

D. Auguſt.

Quæ peccata ſint materia ſacramenti pænitentiæ.

Notan. vltimo, communē ſententiam eſſe inter omnes Theologos, & antiquos, & modernos; & peccata poſt baptiſmum cōmiſſa eſſe materiam remotam ſacramēti pœnitentiæ, quam ſententiam habent Sanctus Doctor 3. part. q. 84. articul. 2. Sotus in quarto diſtinctione 14. quæſtione prima, articulo ſecundo, Ioan. Medin. C. de pænitent. tractat. primo, quæſtione ſecunda, & alij, quos iamiam citabimus, & nullum eſſe peccatum, quod per ſacramētum eiuſdem pænitentiæ debite applicatū non poſsit expiari in hac vita; ita

S.Thom.

A S.Thom. tum 2.2. quæſt. 14. articulo tertio, vbi oſtendit nullū eſſe peccatum, quod ſimpliciter remitti non poſſit, tum 3. p. quæſt. 86. art. primo, Adrianus in 4. tract. de pænit. quæſt. 1. artic. 3. Durandus in 2. diſt. 43. q. 3. num. 6. Thom. de Argent. diſt. 43. & 44. quæſt. 1. artic. 2. & communiter Scholaſtici ibidem, Caietan. 2. 2. quæſt. 14. artic. primo, Sotus in 4. diſt. 15 quæ B ſtio. 1. art. 1. & lib. 1. de nat. & gratia cap. 1 S.Ioan. Bottarellus de efficac. contrit. tract. 1. cap. 67. Suarius ſupra ad quæſtion. 86. diſputat. octaua, ſection. 1. nu. 14. Didacus Nugnus ibidem dub. 1. art. primi, Belarmin. lib. 2. de pænit. c. 15. Petrus de Arag. 2. 2. quæſt. 83. art. 7. poſt ſecundā concluſionem Nauarr. c. 23. num. 126 Medin. C. de C pænit. tom. 1. q. 11.

S.Thom.

Reſpondetur primo ad dubitationem, omnia peccata, quæ poſt baptiſmum commiſſa ſunt, poſſe pænitentiæ ſacramento expiari, ſi recte adhibeatur.

Intelligimus autem, primo, hanc noſtram concluſionem de peccatis viatorum, nam peccata dæmonum, & damnatorum nulla ratione remitti poſſunt, & ra- D tio eſt, quia, & ab intrinſeco, & ab extrinſeco, ſiue ab vtroque ratione ſtatus, repugnat illis vtilis pœnitentia, vt habet Origenes libro primo Periarc. capitulo ſexto, vt propterea optimo iure dixerint Diuus Gregorius, ſcribens ad Bonifacium Archiepiſcopum, *quod pro impijs, quamuis Chriſtiani fuerint, oblationes, & ſuffragia facere non liceat*, & libr. 24. moral. quod

Origen.

S.Gregor.

Digitized by Google

ſancti de his, quos æterno ſupplicio damnatos eſſe cognouerunt, ante illum iudicis iuſti conſpectum, orationis ſuæ meritum caſſare refugiunt, & D. Auguſtin. *ſi ſcirem patrem meum eſſe in Inferno, non magis orarem pro illo, quam pro diabolo.*

S. Auguſt.

Diximus ſecundo, peccata poſt baptiſmum pertinere ad pænitẽtiam quia peccata ante baptiſmũ licet pertineant ad pęnitentiam, vt virtus eſt, non tamen pertinent ad pęnitentiam vt ſacramentũ, & quidem illa, vt ſic, pertinere ad pænitentiam virtutem, id eſt, ad contritionem; patet, quia, vt iam diximus, omnes qui commiſerũt peccatum aliquod mortale, illa indigent pænitentia, vt docuerũt Sotus in 4. diſt. 14. q. 1. art. 2. & Io. Medina, C. de pænit. tract. primo, q. 3. iuxta illud Auguſtini, & habetur, de conſecrat. diſtin. 4. *omnis homo, qui ſuæ voluntatis arbiter conſtitutus eſt, nouam vitam inchoare non poteſt, niſi pæniteat eum veteris vitæ*, & quod loquatur ibi Auguſtinus de vtili pænitentia, quæ etiam ad baptiſmum prærequiritur, ſubdit cap. 8. de vera, & falſa pænit. *ſine pænitentia nulli profuit baptiſmus, qui peccauit ſpontaneus:* non pertinere autẽ illa peccata ante baptiſmum ad ſacramentum pænitentiæ, facile probatur, tum quia ſacramentum pænitentiæ maxime habet vim remittendi peccata, virtute clauium; virtus autem clauium, non egreditur terminos Eccleſiæ: Confirmatur, quia Eccleſia ſupra infideles, non habet aliam poteſtatem, niſi prædicandi Euangelium, tum quia, vt ait Innocentius in capitulo decimo, de presbytero non baptizato, non poteſt habere vim ante baptiſmum, ex quibus colligimus catechumenũ non egere confeſſione, ſiue poſt, ſiue ante baptiſmum, eorum peccatorum, quæ ante baptiſmum commiſit, niſi forte alicuius publici peccati requireretur aliqua publica confeſſio, aut profeſſio deteſtationis peccati. His poſitis

Ad quam pænitẽtiam pertineant peccata ante baptiſmũ commiſſa.

S. Auguſt.

Catechumenus non indiget confeſſione.

Probatur concluſio auctoritate Conciliorum, in quibus ſatis aperte definitur, reliquiſſe Chriſtum in Eccleſia hoc pęnitentiæ ſacramẽtum ad expianda peccata, quæ poſt baptiſmum ſuſceptum committuntur, ſic decernitur in Concil. Conſtant. ſeſſion. 8. & 15. in Florentino in Decreto Eugenij, & fuſius in Trident. ſeſſion. 14.

Conc. Cōſt. *Florent.* *Tridẽt.*

Secũdo probatur ratione, quia poſt baptiſmum debuit dari, quo peccata tollerentur, id enim pertinet ad Chriſti prouidentiam, vt ſicut ante baptiſmum fuit remedium, quo tollebantur peccata, vt erat pænitentia virtus, ſcilicet, contritio; ſic etiam eſſet poſt baptiſmum, præſertim cũ vrgeat maior quædam ratio; ſicuti eſt pęnitentia ſacramẽtum, & inſinuat Concil. Trid. ſeſs. 14. cap. primo, ergo hoc pænitentiæ ſacramentum eſt, quo perfectiſſime tolluntur omnes culpæ, nũc poſt baptiſmũ; neque enim eſt aſſignabile aliud remedium, quo illa tolli poſſint poſt baptiſmum, quinimo ſi nunc pænitentia virtus habeat hanc

Conc. Trid.

vim,

Digitized by Google

vim, tollendi ſcilicet peccata, habet illam, vt habet votum huius ſacramenti pænitentiæ, vt habet Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 4. *Conc. Trid.*

Reſpondetur ſecundo, nullum eſſe peccatum, ita graue poſt baptiſmum, quod ex ſuo genere remitti non poſſit, per tale ſacramentum.

Hanc eamdem concluſionem ſupra etiam probauimus multis diſp. 2. ſect. 7. q. vlt.

Adhuc tamen poſſumus illam probare ex eo, quia videmus ſacras ſcripturas inuitare, ac vocare peccatores ad pænitentiã abſolute, & indiſtincte: quarum loca tantum hoc loco indicabimus, Iſa. ca. 1. 49. & 55. Ezech. 18. & 33. Ioel. c. 2. Ionæ, c. primo, & tertio, Pſalm. 118. Matth. 11. 16. & 18. quo loco vt adnotarũt Orig. Hilarius, Chryſoſtomus, Hieronymus, & Auguſtinus, non ſine cauſa fit mentio numeri peccatorum, vt intelligamus, ſcilicet, nullo vmquam tempore denegandum eſſe ſacramentum Pænitentiæ, Luc. ca. 15. Apoc. c. 2. & 3. 1. Ioan. c. 1. & 2. ad Galat. c. 4. & 2. Corint. 2. & 1. Corinth. 5. ergo cum ſacræ ſcripturæ indiſtincte hortentur ad pænitentiã, certe nullum erit peccatum, vel grauiſſimum, quod per illam tolli poſſe, non exiſtimandum ſit.

Iſa. 49. 55. Ioel. 2. Ion. 1. Pſal. 118. Matth. 11. 16. & 18. Orig. Hilar. Chryſoſt. Hieron. Auguſt. Luc. 15. Apoc. 2. & 3. 1. Ioan. c. 1. & 2. Pſal. ad Galat. &c.

Secundo idem probatur auctoritate Patrum, quorum aliquos hic recenſere, ſat erit, ita D. Ambroſius lib. 2. de pænit. cap. 4. *Omnibus*, inquit, *conuerſis pollicetur veniam, quia ſcriptum eſt, Omnis quicumque innocauerit nomen Domini, ſaluus erit*: item S. Hieronymus in epiſtola ad Oceanum, *Fruſtra*, inquit, *mortuus eſt Chriſtus, ſi aliquos viuificare non poteſt: Mentitur Ioan. Baptiſta, & digito Chriſtum, & voce demonſtrans: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, ſi ſunt adhuc in ſæculo, quorum Chriſtus peccata non tulerit*, & ſup. cap. 12. Matthæi, idem fere habet. S. Auguſtinus ſuper epiſtolam ad Rom. 5. ait, *Iniuſtũ fore Deum, ſi peccatores ad ipſum confugientes, in ſui gratiam non admittat.* de Verbis Domini, ſermone 11. ait, *hæc blaſphemia*, loquitur de peccato in Spiritum ſanctum, *remittitur, ſi recta pænitentia ſequatur*, & lib. primo retract. cap. 19. idem repetit.

S. Ambroſ. S. Hieron. S. Auguſt.

Beda in cap. 12. Matt. ſic habet, *ſicut Niniuitis, ita quoque Iudæis dari tempus Pœnitentiæ, neque eos debere deſperare, ſi vellent pænitentiam agere.* *Beda.*

Hoc idem habet Athanaſius libro de communi eſſentia Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & alij infra citandi. *Athanaſ.*

Tertio probatur concluſio ex definitionibus eccleſiaſt. ex Conc. Later. ſub Innoc. 3. & refertur de ſum. Trinit. & fid. Cath. *Si poſt ſuſceptionem*, inquit, *Baptiſmi, quiſquam prolapſus fuerit in peccatum, per veram poteſt ſemper pænitentiam reparari.* Item ex cap. Multiplex, cap. Nemo, cap. Quantuslibet de pænit. diſt. 1. & vlt. ex Concil. Trident. tum ſeſſ. 6. ca. 14. & ſeſſ. 14. ca. 2. & can. 1. ex quibus iam prædicta noſtra concluſio determinata eſt: vt iam eſſet extra fidem, qui illam negaret. *Conc. Lat. Conc. Trid.*

Quarto

Quarto probatur etiā ratione, q̃a neque ex parte diuinæ gratię, quæ ſemper potentiſſima eſt ad delenda quæcumque peccata, neque ex parte auxiliorum, quæ numquam denegantur peccatori in hac vita exiſtenti, neque ex parte libertatis hominis, quę nunquā ex aliquo peccato tollitur; poteſt fieri, vt peccatum non poſſit tolli. ergo ſemper tollitur in hac vita: Antecedens quoad omnes partes concedendum eſt ex fide, vt propterea non egeat nunc aliqua ſingulari probatione, & patet ex iam in ſuperioribus ſectionibus dictis.

De peccato in Spiritum ſanctum. *Matt. 12.* *Luc. 12.* *Marc. 3.* *Paul. ad Hebr.* *1. Ioan 5.*

Solum poſſet obijci, cur peccatum in Spiritum ſanctum dicatur irremiſſibile, Matth. 12. Lucæ 12. Marci 3. Ad Hebræos 6. & 10. & in 1. Ioan. 5. ſi nullum ſit peccatū, quod pænitentia deleri non poſſit.

Quare dicatur irremiſſibile.

Ad hoc argumentum miſſis multis, quæ ab alijs dicuntur, tum in 2. diſt. 42. & 43. tum 2. 2. quæſt. 14. vt oſtendant, quomodo huiuſmodi peccatum dicatur irremiſſibile; breuiter videtur dicendum, ſic dici, vel quia, cum huiuſmodi peccata ſint ex certa ſcientia, non poſſunt remitti, niſi per veram pænitentiam; ad differentiam peccatorum, quæ ſunt cōmiſſa ex ignorantia, cum vt ſic poſſint remitti, etiam ſine pænitentia, ita Theophilact. & Abulenſis in 12. Matth. Verum hęc explicatio videtur omnino falſa, quoad vtrumque; tum quia durum eſt affirmare omnia peccata, quæ committuntur certa ſcientia, eſſe peccatum in Spiritum ſanctum, vt adnotauit Belarminus. vbi ſupra, tum quia videtur falſum, peccata ex ignorantia, ſi peccata ſunt, non eſſe expianda per pænitentiam: vel ſecundo, quia tale peccatum eſt ex eo genere, vt pro illo, numquam Deus daturus ſit gratiam Pænitentiæ, ſic videntur explicaſſe Athanaſius in libro de communi eſſentia Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Hilarius, Chryſoſtomus, Anſelmus, & alij, Matth. 12. Michael Medina lib. 3. de recta in Deum fide, cap. 1. & And. Vega lib. 13. cap. 9. Verum hæc ſententia, ſi accipienda ſit, nō perinde accipienda eſt, quaſi Deus numquam daturus ſit gratiam Pęnitentiæ, hoc enim falſum omnino eſt, ſed quia rariſſime, & maxima cum difficultate det, vt propterea dicatur peccatum irremiſſibile, ad eum modum, quo morbus aliquando dicitur incurabilis, vt explicant Durandus ſupra q. 2. numero 6. Argentina art. 2. Ioan. Medina, C. de pænit. tract. 1. q. 11. Petrus de Arag. 2. 2. q. 83. artic. 7. poſt 3. concluſionem, Suarius diſput. 8. ſect. 10. 2. Nugnus vbi ſupra, & alij iamiam citandi. Cur autem Deus tanta cum difficultate dicatur dare gratiam huiuſmodi peccatoribus, duplex cauſa aſſignatur à Doctoribus; altera quod, qui hoc peccato peccant, videantur quaſi directe oppugnare, & expellere gratiam; altera vero, quod cū ſit hoc peccatum ex certa malitia, non videtur habere in ſe quidquam, quod poſſit mouere diuinam voluntatem ad miſericordiam, legātur D. Tho. in 2. 2. q. 14. art. 1. & 2. Magiſter Sent. in 2. d. 43. Halenſ.

Athanaſ. *Hilar.* *Chryſoſt.* *Anſelm.* *Theophil.* *Abulenſ.* *Cur Deus difficilius remittat hæc peccata.* *D. Thom.*

4. p.

4.p.q.26.m.3. art.6. Nauarrus capit.23.num.126.& Durandus ſupra nu.7. & ex SS.Patribus S.Ambroſ. vbi ſupra de pænit.lib.2.cap. 4.S.Hieronymus in 12.ca.Matth. Ianſenius in Concord. euang. 49. & Vega ſupra, & in hunc ſenſum Didacus Nugnus ſupra trahit Gregor.Arimin. 1.d.46.q.Roffenſem art.3.cont.Lutheran. qui videbantur dixiſſe ſimpliciter dici hoc peccatum in Spiritum ſanctum, quod nullo umquam tempore remittatur, quia Deus non det gratiam, quamquam id non approbet Suarius ſup. diſput.8. ſect.2. num. 20. vel tertio, quia hoc peccatum includit finalem impænitentiam, & finalem perſeuerantiam in peccato, vt habet S.Auguſtinus, tum in Enchiridio capit.83. tum epiſtola 50. tum ſermone 11. de Verbis Domini, tum lib. de corrept. & gratia, cap.12. tum lib.4. contra Creſconium ca. 8. tum denique libro primo retract.cap.19. Verum hæc interpretatio non videtur admittenda, vt aſſerunt Durandus ſup. num.8. Petrus de Arag. & Ioann. Medina, C.de pænit. locis ſupra citatis: & ratio eſt, quia hoc modo peccatum in Spiritum ſanctum nō eſt aliquod certum genus peccati, ſed commune, cum tamen peccatum in Spiritum ſanctum ſit certum aliquod genus peccati, tū quia, vt inquit Belarminus, vbi ſupra, Matth.12. & Luc. 12. diſtinguitur peccatum in Spiritum ſanctum ab alijs, quæ ſunt in Patrem, & in Filium; tum quia Iudæi notātur hoc peccato, Marci tertio; tum denique, quia huiuſmodi peccatū

S. Ambroſ. *S. Hieron.* *Ianſen.* *S. Auguſt.*

A in citatis locis ſcripturæ dicitur, nō remitti, neq; in hoc ſæculo, neq; in futuro, quod non diceretur de peccato finali: vel denique quia pœna, quę debetur illi peccato, neque in hoc ſæculo, neque in alio remittitur; quia ſcilicet Deus, et in hoc ſæculo, & in alio tale genus peccati punit, vt explicant S. Athanaſius vbi ſupra, & Chryſoſtomus hom.42.in Matth. legatur Suarius B diſputat.8.ſect.1.num.19. Sed neque placet, tum quia locis citatis, ſermo eſt de culpa, non de pœna, tum quia abſurdum videtur, huiuſmodi peccato non poſſe condonari partem aliquam pœnæ, ſi cætera adſint. Quare ex his expoſitionibus, nobis illa videtur probabilior, quæ aſſerit peccatum in Spiritum ſanctum eſſe irremiſſibile, C quia de illo non ita certo promittitur Pænitentia, vt ſic oſtendatur, non impoſſibilitas, non impotentia ad condonationem tanti ſceleris; ſed potius quædam difficultas, tum ex parte peccatoris, qui non vult conuerti, tum ex parte Dei, qui iuſto conſilio denegat peculiaria, ac potentiora quædam auxilia, ad modum ſupra explicatum, legantur Belarminus, D Petrus de Arag. & Suarius vbi ſupra, & hęc quod attinet ad primam dubitationem.

S. Athan. *S. Chryſoſt.* *Propria ſententia Auctoris.*

Digitized by Google

DVBITATIO SECVNDA.

An poteſtas iuriſdictionis ad remittenda peccata ſacramentaliter, habeatur ſimul cum ordine.

CVm dictum ſit, peccata eſſe materiam remotã huius ſacramenti, eaque omnia per ipſum tolli, examinãdũ, nunc venit, qua auctoritate tollantur, An ſcilicet auctoritate a Christo accepta in ipſo ordine, pro quo

Supponendum ex cõmuni ſententia Theologorum in 4. diſ. 18. & 19. & habet Durandus ibidem q. prima. Hoſtienſis lib. 5. ſum. de Remiſſ. §. Quid remittit. triplicem aſſignari clauem; primam, quæ dicitur auctoritatis, & eſt propria ſolius Dei; alteram excellentiæ, quę eſt Chriſti, tamquam capitis eccleſiæ; & per ſuam paſſionem ſibi meruit; tertiam, quæ dicitur miniſterialis, & eſt propria miniſtrorũ eccleſiæ; Hic autem non quæritur de prima, & altera claui, ſed de tertia; de qua præcipue difficultas eſt; An vna, an multiplex ſit; nos tamen miſſis multis, quæ ab alijs dicuntur, breuiter dicimus; Clauem ſecundum ſubſtantiam vnam eſſe; habere tamen duplicem quaſi functionem, & relationem, vt propterea appellari poſſit nomine multitudinis, vt adnotarunt Durandus ſup. num. 6. Hoſtienſis loco citato, Tho. de Argẽt. in 4. d. 28. art. primo, dub. tertio, Sotus in 4. d. 20. q. 1. artic. 1. Nauarrus in cap. Placuit d. 6. num. 45. & Suarius, vt cæteros omittamus ſup. diſput. 16. ſect. 4. num. 3. has autem functiones recte dici clauem ſcientiæ, & poteſtatis, ijdem citati DD. ibidem affirmant, porro dubitatio eſt, quæ ſit hæc clauis ſcientiæ, nobis tamen breuiter videtur dicendum ex Scoto in 4. d. 15. qu. 1. art. 3. Durando, Tho. de Argen. & Nauarro locis citatis, per illam clauem ſcientiæ nihil aliud intelligi, quam auctoritatem quamdam, qua iudex poteſt cognoſcere cauſam, vt deinde ſic cognita, optimum poſſit ferre iudicium, & dicitur clauis poteſtatis, legantur Suarius vbi ſupra num. quinto, & Toletus lib. primo Inſtruct. ſacerd. cap. 3. num. 8. eſt igitur dubitatio hoc loco; An omnes ſacerdotes, vi ſui ordinis, habeant clauem, & iuriſdictionem cognoſcendi, & iudicandi, & præterea, An illam immediate a Chriſto, an a Papa habeant.

Triplex clauis. — *An clauis ſit vna.* — *Quæ ſit clauis ſcientiæ.* — *Quid ſit in quæſtione.*

Ponendum ſecundo ex ijſdem Doctoribus, quamuis auctoritas iuriſdictionis diſtinguatur, in iuriſdictionem internam, & externam; & iuriſdictio externa aliquo etiã modo pertineat ad claues; attamen proprie ſolam auctoritatem internam, dici claues; propterea quia, vt habent Sotus, & Tho. de Argent. vbi ſupra, illa proprie aperit, & claudit immediate cælum; cum tamen alia, quæ eſt externa, tantũ remote, aperiat, & claudat per excõicationẽ, ſed de hac alibi.

Auctoritas interna ſpectat ad claues.

Igitur

Igitur alij dixerunt, omnes ſacerdotes, iure diuino, habere auctoritatem abſoluendi à quocumque peccato; Impediri autem, inſtitutione huius exequutionem, præcepto eccleſiæ, ne rite fiat; ſic Armacanus lib.11. de quæſtionibus Armenorum a cap. primo vſque ad 6. hanc ſententiam probabilem dicit Durandus d.19. q.2. à num.6. Almaynus d.18.art.4. vbi illam conantur explicare, aſſerunt enim primo, dici iure diuino omnes ſacerdotes poſſe abſoluere a quocumque peccato, ſecundo propter eccleſiæ preceptum eum, qui ſcienter confitetur alieno, non poſſe abſolui, quia actu peccat, ſi vero ignoranter, coram Deo eſſe quidem abſolutum; attamen ex præcepto eccleſiæ, teneri iterum confiteri proprio ſacerdoti, quia hoc ſacramentum eſt iterabile, vnde fit, vt eccleſia quoad hoc, nihil immutauerit, quod pertineat ad eſſentiam ſacramenti: Ad hanc eamdem ſententiam videtur accedere Thom. de Argen. vbi ſupra, ſed d.19.q.1.art.3.

Fundamentum autem huius ſententiæ, poſtea afferemus, et ſimul confutabimus.

Alij aſſerunt, ſacerdotes non habere ex ui ordinis præciſe auctoritatem audiendi confeſſionem: In hac tamen ſententia ſunt varij modi dicendi.

Primus eſt dicentium, ad abſoluenda peccata duplicem requiri poteſtatem, alteram ordinis, quã quilibet ſacerdos iure diuino in ſui ordinatione habet: alteram iuriſdictionis, quam non habet im- A mediate à Chriſto, ſed ab eccleſia, ita Maior in 4. d.19.q. prima à fine, Anton.3.par.tit.17.cap.4. Suarius ſup.ſect.3.a num.25. Didacus Nugnus ad 3.p.q.8.art.4.dub.primo, Sotus d.18.q.4.ar.2.

Alter modus eſt, iuriſdictionẽ poſſe conſiderari duobus modis, primo remote, in habitu, & poteſtate; & hanc accipere ſacerdotes in ſui ordinatione, vnde conſtituũtur iudices Carthularij; altero mo- B do in actu, & exercitio, & hanc pendere ab eccleſia, ita Paludanus in 4.d.17.q.3.art.3.caſu 4. Silueſt. verb. Confeſſor primo, §.3. Nauarrus, tum loco ſupra citato, tum in Sum.cap.4. nume. 20. tum fuſius cap.27. num.259. & 260. & can. Conſideret, de pæn.d.5. Canus de ſac. pæn.p.5.ſub initium.

C Tertius modus eſt Illuſtriſſimi Caietani tomo primo opuſc.tract. 7.q.1. qui dicit, iuriſdictionem conſiderari duobus modis; primo ex parte principij actiui; ſecundo ex parte materiæ, & ait, iuriſdictionẽ ex parte principij effectiue ineſſe proprie curatis, neque eſſe ſimpliciter neceſſariam ad remittenda peccata, vnde ait ſolum eſſe neceſſariam iuriſdictionem ex parte D materiæ, quæ ineſt in ijs omnibus, qui ex lege ordinaria deſtinantur ſubditis.

Quartus modus eſt Petri a Soto, qui lectione quinta, de confeſſione, ait, Parochos, & epiſcopos iure diuino, immediate a Chriſto iuriſdictionem, habere; cæteros vero omnes, quicumque ſint, habere ab eccleſia.

Sunt etiam alij modi dicendi, &

& explicandi hanc rem, ſed qui ferè coincidunt cum prioribus; vt ille, qui ait hanc iuriſdictionem conſiderari poſſe dupliciter; primo ex parte poteſtatis, & hanc iuriſdictionem aſſerit perfecte dari in conſecratione ſacerdotis; ſecundo ex parte complementi huius poteſtatis, & fit ipſa traditione epiſcopi, & hanc ponit fieri ex applicatione materiæ, ſed hic modus coincidit cum prioribus, vt videre eſt. Pro ſolutione igitur

Notandum primo, ex Nauarro tum cap. 4. nume. 16. tum in ca. Placuit, de pænit. d. 6. nume. 6. Cano p. 5. & deſumptum eſt ex Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. & can. 9. & 10. Sacramentum confeſſionis habere quamdam rationem actionis forenſis, & ideo duo poſtulare, primo iuriſdictionem in miniſtro, ex cap. Omnis vtriuſque ſexus, &c. de pænit. &c. ſecundo legitimum ſubiectum, circa quod exerceatur iudicium; quilibet autem ſacerdos, vt ait Nauarrus, in ſui ordinatione conſtituitur a Deo, quodammodo iudex Chartularius, quis autem dicatur Chartularius, explicatur in l. 1. ff. de iudicijs, legãtur de his iudicibus chartularijs, Paludanus in 4. d. 19. q. 2. Nauarrus, vbi ſup. Silu. verb. Iudex 1. q. 1. breuiter autem dicimus, illos dici iudices chartularios, qui iã ſimpliciter non erant arbitri, ſed potius deſignati, & ſolum habebant poteſtatem in illos, qui ſponte ſe eis ſubmitterent, non autem in alios.

Conc. Trid.

Iudex Chartularius.

Notandum ſecundo, in hac iuriſdictione ſacerdotis, tria poſſe cõ A ſiderari, primo quidem ipſam poteſtatem in potentia, vel in habitu, vel in actu primo, ad eum modum, quo conſiderantur habitus infuſi in infantibus baptizatis; ſecundo poſſumus conſiderare vsũ, & actum ſecundum huius poteſtatis, qui non ſemper poſito actu primo, poteſt haberi, vt patet in eodem exemplo infantium; tertio poſſumus conſiderare B conditionem ſine qua non, ad actum ſecundum, vt in habitu eſt infuſio, aut acquiſitio ſpecierum. & quod attinet ad rem noſtram; In hac iuriſdictione eſt applicatio materiæ, vt propterea ſine hac applicatione numquam poſſit eſſe hæc iuriſdictio in actu ſecundo, neque poſſit exerceri.

Notandum vltimo, hanc appli C cationem materiæ in caſu noſtro neceſſariam ad actum ſecundum huius iuriſdictionis dupliciter fieri poſſe, vel propria auctoritate pænitentis, qui ſeſe ſponte ſubijciat, ſi ſit iuris ſui: vel ex priuilegio, vel auctoritate ſuperioris, qui poteſt ſubijcere, vel via ordinaria, vel per viam delegationis, ex Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. his præmiſſis

Applicatio ſubditorũ dupliciter fit in hoc ſacramento.

Conc. Trid.

D Reſpõdetur ad dubitationem; ſacerdotes in ſui ordinatione iure diuino habent iuriſdictionem, ſaltem in actu primo, & in habitu.

Hæc concluſio clare colligitur ex cap. Adijcimus, ca. Generaliter 16. q. 1. & tum demum, non obſcure colligitur ex Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 15. vbi ſic habet; *Quamuis presbyteri in ſua ordinatione a peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, decernit tamen Sancta Synodus,*

Conc. Trid.

Digitized by Google

dum nullum etiam Regularem, poſſe confeſſiones ſæcularium etiam ſacerdotum audire, nec ad id idoneũ reputari, niſi &c. ex quibus ſatis aperte Concilium videtur indicare noſtram concluſionem.

Secũdo probatur, quia certũ eſt, olim tẽpore Apoſtolorũ, & poſt multos annos ab illis, ſacerdotes omnes potuiſſe abſoluere, vt aſſerunt Origenes hom.2. in Pſal.37. Gregorius Nazianz. in epiſtola ad epiſcopum Mitilenæ, legatur Euſebius lib.6. hiſtoriæ c.36.

Orig. *Greg. Naz.* *Euſeb.*

Tertio probatur ratione, quia ordinatio ſacerdotis, vt alibi oſtenditur, eſt verum ſacramentum nouæ legis ex Concil. Trid. ſeſſ. 23. quare ita conſtat rebus & verbis, vt vere efficiat, quod ſignificat; Verba autem, quæ vſurpantur in conſecratione, ſignificant hanc poteſtatem, & hanc iuriſdictionem, ergo ex ui talis ordinationis datur talis iuriſdictio. Confirmatur ex eodem Concilio ſeſſio.23. ibidem de reformat. cap.15. aperte habetur, in ſua ordinatione ſacerdotes accipere poteſtatem remittendi peccata; ex quo ſic poteſt argui pro concluſione, ex Concil. Trid. poteſtas remittendi peccata, eſt actus iuriſdictionis, ſed illa confertur in ipſo actu conſecrationis ſacerdotibus, ergo.

Conc. Trid. *Conc. Trid.*

Quarto probatur eadem concluſio, quia certum eſt, hanc poteſtatem remittendi peccata, Ioann. 20. tradi omnibus Apoſtolis immediate, in quibus ex communi Patrum ſententia perficit Chriſtus poteſtatem ſacerdotalem, quam in cœna inchoauerat, legatur Caietanus in opuſc. tractat. primo, de poteſt. põtif. cap.3. Sotus in 4. diſt.20. q.1. art.2. ergo illi, qui ſuccedunt Apoſtolis, habent hanc auctoritatem; Confirmatur, quia Apoſtoli hoc ipſo, quod fuerunt epiſcopi, vt alibi dicitur, potuerunt rite ordinare ſacerdotes; quia, quod eſt iuris diuini, ſemper tranſmittitur, etiamſi alias prohibiti eſſent a Petro.

Ioan.20.

A B

Quinto probatur, quia reuera ſacerdotes, dum abſoluunt, non ſe dicunt, eſſe miniſtros Petri, aut illius ſucceſſores, aut ſedis Apoſtolicæ, ſed Chriſti, ergo exercent auctoritatem a Chriſto immediate traditam; Confirmatur, quia non eſt veriſimile, poſſe Pontificẽ omnes omnino ſacerdotes, etiam in caſu mortis prohibere, ne abſoluant, ergo in ipſa ordinatione habent iuriſdictionem, vt ſupra.

C

Vltimo probatur concluſio, quia certum eſt, ante factam diuiſionem, inter parochos, & epiſcopos (quo autem tempore facta fuerit huiuſmodi diuiſio, inter alios, habet Gratianus 9.q.2. canon. primo, & 13.q.1. can. primo) certum eſt, inquam, liberum fuiſſe, cuique eligere ſibi confeſſarium, vt patet ex cap. Placuit, de pænit. diſtinct.6. vbi Vrbanus ij. ſtatuit, ne deinceps vllus ſacerdos audiat ſacramentaliter illum, qui alteri ſacerdoti eſſet commiſſus, ergo ante hunc pontificem quilibet ſacerdos poterat abſoluere ſacramentaliter ad ſe confluentem; ſed tunc illa iuriſdictio non aliunde oriebatur, niſi ex ipſa ordinatione, ergo & nunc illam ſaluari

Gratianus. D *Vrban.ij.*

in

Digitized by Google

Concil. Florent. & Trident. Concil. Florent. in Decreto Eugenij, & Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. vbi ſic habetur, *Quoniam igitur natura, & ratio iudicij illud expoſcit, vt ſententia in ſubditos duntaxat feratur, perſuaſum in eccleſia Dei ſemper fuit, & veriſſimum eſſe Synodus hæc confirmat, nullius momenti abſolutionem eam eſſe debere, quam ſacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut ſubdelegatam non habet iuriſdictionem, &c.* & ſeſſ. 23. capit. 15. idem repetit, vt patet ex verbis, quæ paulo infra afferemus.

Sequitur ſecundo, ſententiam Armacani ſupra allatam non poſſe defendi, quia repugnat Concilijs, ac perpetuæ conſuetudini, & traditioni eccleſiaſticæ, vt etiam aduerterunt Canus p. 5. relect. de pænit. Sotus in 4. d. 18. q. 4. artic. 2. & Suarius ſupra ſectione 3. numero 6.

Reijcitur Suarii ſententia. Sequitur tertio, male Suarium ſupra ſect. 3. num. 26. & 27. irridere hanc noſtram diſtinctionem de iuriſdictione inchoata, in habitu, ſeu in actu primo; & actuali, ſeu in actu ſecundo, & perfecta; perinde quaſi ſit noua, & non fundata in Sacris Concilijs; nam vt dictum eſt, ſatis manifeſte indicatur a Concil. Tridentino ſeſſio. *Conc. Trid.* illa cit. 23. cap. 15. vbi ſic dicitur, *Quamuis presbyteri in ſua ordinatione a peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, decernit tamen Sancta Synodus, nullum etiã Regularem poſſe confeſſiones ſæcularium etiam ſacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi, &c.* Quid clarius? quid enim

Onuph. de Panit.

A aliud præſeferunt illa verba Concilij, *Poteſtatem abſoluendi a peccatis*, quæ iudiciaria ſine dubio eſt, niſi hanc iuriſdictionem, quæ, quoniam vt patet ex ipſo contextu Concilij allegato, non ſufficit, vt ſic, vt actu exerceatur, iure dicitur imperfecta in actu primo, ſeu in habitu, quæ tamen perfecta fit, cum cætera, quæ ſupra poſuimus, aduenniant: Vnde negaB mus Suario, parochum non ſacerdotem habere iuriſdictionem, quæ requiritur ad claues, etſi habeat iuriſdictionem, quæ eſt conditio requiſita ad illas; & ratio eſt, quia deeſt illi fundamentum proprium ad iuriſdictionem ſacramentalem, ad eum modum, quo dicimus, etſi applicatio ignis requiratur, vt ſubiectum fiat caliC dum; ſi tamen hoc ſit incapax recipiendi calorem, certe ſubiectum numquam fiet calidum; ſic non ordinatus, etſi ſit parochus, eſt omnino incapax, vt ſic, ad exercendam hanc ſacramentalem iuriſdictionem de qua loquimur: Imo non poſſumus non ſatis mirari ipſum Suarium, hoc ipſum tum demum conceſſiſſe, nam ſupra numero 32. ait ſacerdotes conD ſtitui iudices in ipſa ordinatione, aptitudine tamen, non actu, at hoc ipſum eſt, quod ipſe antea viſus eſt oppugnaſſe contra Nauarrum, quod vero Suarius deinde addit illam aptitudinem non eſſe appellandam iuriſdictionem, quia non ſit ius ad ferendam ſententiam, ex vi ipſius ordinationis, non videtur ſatis ſubſiſtere; pace tanti viri; nam præ-

terquam quod id non ſatis adhuc ipſe probauerit, vt propterea, vt ipſe affirmat, ſic nos negemus; Iam ſupra viſus eſt conceſſiſſe Suarius, aptitudine ſacerdotes eſſe iudices, vi ordinationis, ergo non debuit negaſſe, ſacerdotes habere hanc iuriſdictionem modo explicato; Quid enim aliud eſt, ſacerdotem vi ordinationis habere poteſtatem iudicandi aptitudine, niſi habere hanc iuriſdictionem inchoatam, ſeu in actu primo: ex quibus duo colligimus, primum omnes ſacerdotes, vi ſuæ ordinationis, habere poteſtatem remittendi peccata, ſaltem inchoatam, vt nihil præterea ad id deſiderari poſſit, niſi vt fiat materiæ ſubditorum applicatio, quod fit ab eccleſia; alterum, omnes ſacerdotes habere aliquam iuriſdictionem ex iure diuino, vnde in articulo mortis ex eodem iure diuino, habent, vt perfecte abſoluere poſſint ab omnibus peccatis, etiam reſeruatis, ex Concil. Trid. ſeſſ. 23. capitulo 15. id, quod ratio ſatis videtur indicare, nam ſicut præceptum confeſſionis obligat in articulo mortis, ita etiam videtur decuiſſe, vt in illo articulo omnes poſſent ſe cuicumque ſacerdoti ſubmittere.

Conc. Trid.

Character & clauis diſtinguuntur

Sequitur quarto, nos in altero iam edito libello de ſigillo ſacramentali ſufficienter dixiſſe, inter characterem, & clauem non realem, ſed formalem eſſe diſtinctionem, contra Suarium ſupra numero 29. licet enim, quod concedimus Suario, poſſit eſſe character ſine poteſtate iuriſdictionis

A loquendo de poteſtate perfecta, & in actu ſecundo numquam tamen hæc, vt ſic, erit ſine charactere, quem ſemper illa concomitatur; ſed neque priori modo poſſe characterem eſſe ſine iuriſdictione realiter, licet poſſit formaliter, patet ex dictis, & docuit etiam præter alios iam citatos, Toletus libro primo Inſtruct. ſacerd. B capitulo tertio, numero quinto, & octauo, per vnitatem autem realem, quam diximus eſſe inter characterem, & clauem. intelligimus illam, quæ reperiri poteſt in huiuſmodi rebus, quatenus, ſcilicet, illa duo ſemper coniuncta reperiuntur.

Sequitur quinto, Sotum videri non eodem ſemper modo loquutum in hac re; nam vt patet ex arC ticu. 2. & 4. vbi ſupra, aperte aſſeruit Chriſtum inſtituiſſe iuriſdictiones; & tamen deinde idem concludit, iuriſdictionem audiendi confeſſionem etiam in articulo mortis eſſe Pontificiam; Nam ſi iuriſdictio ſit iuris diuini, vt ipſe habet, certe cum illa ſolum conferatur in ipſa ordinatione ſacerdotis, & ſemper maneat in ipſo; D dicendum potius illi fuiſſet, ſacerdotem in articulo mortis habere auctoritatem abſoluendi ex iure diuino, eccleſiam autem in eo caſu intelligi auferre impedimentum applicationis materiæ, niſi tamen Sotus idem ſentiat, quod nunc nos dicimus, dari ſcilicet iuriſdictionem ab eccleſia; Intelligendo de iuriſdictione perfecta, & actuali, quæ includit ipſam materiæ applicationem.

Sequi-

Digitized by Google

Sequitur vltimo, neque videri Couarruuiam lib.primo var.reſol. cap.10. numero 11. bene loquutum, dū aſſeruit ſacerdotes a Chriſto inſtitutos, per ſacram ordinationem à Deo accipere immediate poteſtatem clauium, & poteſtatem abſoluendi à peccatis in foro animæ; iuriſdictionem autem immediate à Papa, vel epiſcopo; Nā ex quo ipſe concedat ſacerdotes in ſua ordinatione accipere poteſtatem abſoluendi, recte concludere potuiſſet, & debuiſſet accipere etiam iuriſdictionem ipſam, nihil enim aliud eſt, vt iam dictum eſt, poteſtas abſoluendi, quam iuriſdictio ſpiritualis in animam. Atque hæc de hac ſecunda dubitatione.

DVBITATIO TERTIA.

An abſolutio attingat culpam, an pœnam.

OStenſis duobus prioribus punctis; iam ad tertium veniendum eſt; in cuius explicatione, ſolum breuiter attingemus ea, quæ pro breuitate dici poſſe videbuntur, & attinent ad rem noſtram. examinabimus igitur quæ ſit vis ſacramentalis abſolutionis.

Mittimus igitur primo loco, quæ circa præſentem difficultatē dicuntur ab hæreticis, contra quos multa ſcripſerunt Thomas Vvaldenſis in tomo ſecundo de Sacramentis, cap.135.& 147. Epiphanius hæreſi 80. Roffenſis articu.3. *Epiphan. Roffenſ.*

A & ſequentibus, Richard. art. item tertio, & ſequentibus, Sotus in 4. diſt.14.quæſt.1.art.3.& d.18.q.3. art.1. & Illuſtriſſimus Belarminus libro tertio, de pænitentia, & alij quorum dicta ſatis ſuperque ſunt, vt eorum hæreſes, quæ variæ ſunt, funditus omnes è medio tollantur.

Iam vero veniamus ad Catholicorum ſententias, quæ & variæ B ſunt Magiſter Sentent. in 4. ſent. d.18.c.6. quem ſequuti ſunt S.Bonauent. ibidem artic.2.quæſt.1. & 2. Halenſ.4. par. quæſt.21.m.1. & 2. Altiſiod.lib.4. ſuæ ſum. tract. de pænit. qui eſt 6.quæſt.4. Maior q. prima, Gabr.4.d.18.q.1.art.2. concluſ.2. Ochā 4.q.9. in reſponſione ad ſecundam quæſtionem ad primum argumentum Scoti, Abulenſis in 1.par.ſui defenſorij, cap.6. Videtur accedere in re Ioannes Medi- C na, C. de confeſſ.tract.2.quæſt.38. aſſerit, inquam, Magiſter ſent. ſacerdotes nouæ legis, nihil aliud cōferre ad abſolutionem, & remiſſionem peccati, quam olim facerent ſacerdotes veteris legis, ad tollendam lepram, qui ſolum declarabant mundatos eſſe leproſos, quāquam non omnes, qui in hanc ſententiam à nobis relati ſunt, eodem D modo loquantur. *S.Bonau.*

Alij, qui referuntur à D. Bonauentura, vbi ſupra; & proxime accedunt ad priorem ſententiam, aſſerunt, ſemper culpam remitti vi contritionis, abſolutionem autem remittere reatum pœnæ, citantur in hanc ſententiam à Medina loco citato, Hugo libro ſecundo de ſacramentis, & Richardus

Digitized by Google

de S. Victore par. prima, lib. de poteſtate ſoluendi, & ligandi, vſque ad cap. 19. exiſtimarunt enim hi Doctores, remiſſa culpa, adhuc manere reatum damnationis, niſi quis actu confiteatur, cum poſſit; & quamuis hanc ſententiam multis impugnet Medina loco citato ipſe tamen non longe diſtat ab eadem, exiſtimauit enim per contritionem remitti, & culpam, & reatum pœnæ damni, remanere tamen reatum pœnæ ſenſus, & hunc per abſolutionem deleri.

S. Thom. Alij aſſerunt, abſolutionem ſacramentalem vere ex natura ſua remittere culpam, ita S. Thom. in 4. diſtinctione 18. quæſtione prima, artic. 2. diſtinct. 22. quæſtione 2. artic. 1. quæſtione 3. & 3. par. q. 84. artic. 3. & quæſt. 86. articulo 6. Durandus in 4. diſtinct. 18. quæſt. 2. Scotus quæſt. vnica, articu. 3. Richard. artic. 2. Marſilius quæſt. 12. Adrianus quæſt. 2. de Clauibus. Argentina diſtinct. 18. quæſt. vnica, art. 3. quamquàm hic citetur a Suario in ſententiam Magiſtri diſput. ſua 16. ſectione 2. artic. 1. ſed falſo, vt patet legenti ipſum loco citato, numquam enim negauit Argentina, claues remittere peccata, ſi reperiat. Caietanus tomo opuſculorum primo, tractat. 18. quæſt. quinta, Sotus in 4. diſtinctione 14. quæſtione prima, articulo 3. diſtinctione 18. quæſtione 3. articulo 1. diſtinctione 20. articulo primo, Nugnus ad D. Thom. 3. par. quæſtione 84. articulo 3. dubio ſecundo, Suarius ſup. diſputat. 16. ſect. 2. & diſput. 19. ſectione 2. Coſmas

A Phil. lib. 2. de ſac. penit. ca. 23. Illuſtriſſimus Belarminus lib. 3. de pænit. quamquam hi non omnes eodem loquantur modo; in re tamē conueniunt.

Reſpondetur primo ad dubitationem, certa fide credendum eſſe, auctoritatem abſoluendi, traditam à Chriſto Apoſtolis, pertinere non ſolum ad pœnam; ſed etiā ad culpam.

B Probatur primo ex ſcriptura ſacra, vt Matth. 16. & 18. & Ioā. 20. ex quibus clare patet, ſacerdotes habere hanc poteſtatem remittendi culpas, & optime deduxit Concil. Trident. ſeſſ. 14. canon. 3. vbi ſic habet, *Si quis dixerit verba illa Domini Saluatoris: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt, non* C *eſſe intelligenda de poteſtate remittendi, & retinendi peccata in ſacramento Pænitentiæ, ſicut eccleſia catholica ab initio ſemper intellexerit, &c. Anathema ſit*, legatur Belarminus in allegata loca ſcripturæ lib. 3. de pænit. cap. 2. vt cæteros omittamus. Matth. 16. & 18. Ioan. 20. Conc. Trid.

Secundo probatur ex Concil. Trid. ſeſſ. 14. capit. 3. vbi ſic habetur; D *Sane vero res, & effectus huius ſacramenti, quantum ad eius vim, & efficaciam pertinet, reconciliatio eſt cum Deo, &c.* cap. 6. ab illis verbis, *quamuis autē abſolutio ſacerdotis alieni beneficij ſit, diſpenſatio tamen non eſt ſolum nudum miniſterium, vel annunciandi euangelium, vel declarandi remiſſa eſſe peccata, ſed ad inſtar actus iudicialis, quo ab ipſo, velut a iudice* Conc. Trid.

ſen-

Digitized by Google

ſententia pronunciatur, &c. & canon.9. *Si quis dixerit, ſacerdotes, qui in peccato mortali ſunt, poteſtatem ligandi, & ſoluendi non habere, aut non ſolos ſacerdotes eſſe miniſtros abſolutionis, ſed omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus eſſe dictum; Quæcumque ligaueritis ſuper terram, &c. Anathema ſit.*

Patet etiam hoc ipſum ex c. Si quis presbyter, 26.q.6. vbi ſic dicitur, *quod presbyter denegans pænitentiam, id eſt, abſolutionem morientibus, reus ſit animarum,* ergo in presbyteris reſidet auctoritas abſoluendi peccata ſacramentaliter, ex Concil.

Tertio probatur concluſio ex Patribus, qui oſtendunt auctoritatem ſacerdotalem pertinere etiã ad culpam.

S.Chryſoſt. S.Io.Chryſoſt. hom.85. in Ioã. ad illa verba, *Accipite Spiritum ſanctum: non dixit,* inquit, *accepiſtis, ſed accipite Spiritum ſanctum, non tamen quiſpiam erraret, ſi tũc eos poteſtatem quamdam, & gratiã ſpiritualem accepiſſe diceret, non tamen, vt mortuos ſuſcitarent, & virtutes oſtenderent, ſed vt peccata dimitterent, &c.* lib.3. de ſacerdotio, quo loco diſtinguit ſacerdotes veteris legis, & nouæ: *corporis,* inquit, *lepram purgare, ſeu (verius dicam) haud purgare quidem; ſed purgatos probare, Iudæorum ſacerdotibus ſolis licebat, neque neſcis, quanta cum ambitione, quanto cum ſtudio, & concertatione ſacerdotalis dignitas id temporis acquireretur. At vero noſtris ſacerdotibus non corporis lepram, verum animæ ſordes, non dico pur-*

A *gatas probare, ſed purgare prorſus conceſſum eſt.*

S.Athanaſ. S.Athanaſius in Matth. 21. vbi explicat datam eſſe poteſtatem vere ſoluendi; ad finem ſic ait, *nos ipſos examinemus, num ſoluta ſint noſtra vincula, vt in melius proficiamus. quod ſi nondum ſoluta ſint vincula; tradas teipſum diſcipulis Ieſu, adſunt enim, qui te ſoluant pro poteſtate ea,* B *quam a Saluatore acceperunt, quæcumque enim ligaueritis, inquit, in terra, erunt ligata, & in cælis, & quæcumque ſolueritis in terra, erunt ſoluta, & in cælis. & ſi quibus remiſeritis peccata, remittuntur ei.*

S.Ambroſ. S.Ambroſius lib. 1. de pæniten. cap.7. *Vult,* inquit, *Chriſtus, plurimum poſſe diſcipulos ſuos, vult a* C *ſeruis ſuis nomine ſuo ea fieri, quæ ipſe faciebat in terris,* & paulo poſt, *in baptiſmo remiſſio omniũ peccatorum eſt, quid intereſt; vel per pænitentiam, vel per lauacrum hoc ius ſibi datum ſacerdotes vendicent.*

S.Hieron. S.Hieronymus in epiſtola ad Heliodorum, *Abſit,* inquit, *vt de his quicquam ſiniſtrum loquar, qui apoſtolico gradui ſuccedentes,* D *Chriſti corpus ſacro ore conficiũt, per quos & nos Chriſtiani ſumus, qui claues regni cælorum habentes, quodammodo ante diem iudicij iudicant.*

S.Leo. S.Leo epiſtola 91. *Chriſtus Ieſus,* inquit, *hanc præpoſitis eccleſiæ tradidit poteſtatem, vt & confitentibus actionem pænitentiæ darent, & ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem*

Digitized by Google

Sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.

S. Gregor.

S. Gregorius hom. 26. in Euãg. explicans illa verba, *Quorum remiſeritis peccata, &c. videndum eſt*, inquit, *quæ culpa, aut quæ ſit pænitentia ſequuta poſt culpam, vt quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam viſitat, illos Paſtoris ſententia abſoluat: tunc enim vera eſt abſolutio præſidentis, cum æterni arbitrium ſequitur iudicis.*

S. Innocent.

S. Innocentius Papa in epiſtola prima ad Decentium Epiſcopum, cap. 7 *Cæterum*, inquit, *de pondere æſtimando delictorum, ſacerdotis eſt iudicare, vt attendat ad confeſſionem pænitentis, & ad fletus, atq. lachrimas corrigentis, ac tum iubere dimitti, cùm viderit congruã ſatisfactionem.*

S. Auguſt.

S. Auguſtinus lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 9. *non hoc*, inquit, *putandum eſt de vltimo iudicio dici; ſed ſedes præpoſitorum, & ipſi præpoſiti intelligendi ſunt, per quos eccleſia nunc gubernatur, iudicium autem datum nullum melius accipiendum videtur, quam id quod dictum eſt: Quæ ligaueritis in terra, ligata erunt in Cælo, vnde Apoſtolus: quid enim mihi eſt, inquit, de his, quæ foris ſunt iudicare? nonne de his, qui intus ſunt, vos iudicatis?*

S. Bernard.

S. Bernardus ſermone primo de Apoſtolis. *quid*, inquit, *Petro potentius, qui claues cæli tam ſingulariter accepit, vt præcedat ſententia Petri ſententiam cæli.*

S. Cyrillus.

D. Cyrillus Alexand. lib. 12. in Ioan. tract. 56. ad finem oſtendit, *vere ſacerdotes habere auctoritatem abſoluendi, & remittendi peccata, quia*, inquit, *certe abſurdum non eſt, peccata remitti poſſe ab illis, qui Spiritum ſanctum in ſeipſis habeant, nam cum ipſi remittunt, aut detinent, ſpiritus qui habitat in eis, per eos remittit, & detinet.*

Origenes.

Origenes denique, vt alios omittamus Patres, quos habet, & affert Belarminus vbi ſupra lib. 3. de pænitent. ſic habet in Matth. tractat. 12. capit. 20. ad medium, *Omnis qui confeſſus, inquit, fuerit coram me, & ego confitebor in illo coram Patre meo, qui in cælis eſt, Confitetur ergo coram Patre ſuo Saluator omnem hominem, qui confeſſus fuerit eum coram hominibus, etſi fuit ante confeſſionem aliqua habens peccata, &c.* & iam idem et dixerat hom. 2. in Leu. *Eſt adhuc*, inquit, *& ſeptima, licet dura, & laborioſa per pænitentiam remiſſio peccatorum, cum lauat peccator in lachrimis ſtratum ſuum, & fiunt ei lachrimæ ſuæ panes die ac nocte, & cum non erubeſcit.*

Quarto probatur ratione, quia ſi abſolutio ſolum declaret remiſſum peccatum, ergo nec quicquam confert ad ſalutem, ſi adſit, neque obeſt, ſi abſit, at certum eſt, plurimos damnari, quia carent abſolutione, vt docuit S. Auguſtinus epiſtola 180. *vbi*, inquit, *ſi miniſtri deſint, quantum exitium ſequetur eos, qui de hoc ſæculo vel non regenerati exeunt, vel ligati*. & Leo epiſtola 90.

S. Auguſt. *S. Leo.*

Quinto probatur, quia alias, vt inquit Belarminus, libro tertio de penit. capitulo tertio, fruſtra

abſolutio

Digitized by Google

abſolutio daretur ſurdis, & ijs,qui ex accidente morbi, vix ſunt compotes ſui, & tamen nulla ratione dicendum eſt, illis adhiberi fruſtra, vt teſtantur S. Auguſtinus libro primo de adulterinis cõiugijs, capitulo vltimo, Leo epiſtola 91.citata,Concil. Carthag.4. cano.76.& Araxicanũ cano.duodecimo.patet ſequela,quia hi non poſſunt audire quæ dicantur a ſacerdotibus, ergo abſolutio non eſt ſola annunciatio verbi diuini, ſed vere remiſſiua culpæ.

S. Auguſt. *S. Leo.* *Con. Carth* *Araxic.*

Sexto probatur concluſio, forma ſacramentalis, cum ſit vera, & efficax, operatur id quod ſignificat, ſicut & cætera ſacramenta, ſed forma huiuſmodi ſignificat fieri ipſam remiſſionem peccatorum, ergo illam efficit.

Septimo probatur ex ipſo nomine clauis, qua denotatur vis abſolutionis ſacramentalis, illa enim datur, non ad oſtendendam ianuam apertam, ſed formaliter ad ipſam aperiendam, vt patet ex illo Apocalypſi. 3. *qui habet clauem Dauid, aperit, & nemo claudit*, vt obſeruauit D.Auguſtinus, loco citato epiſtola 180.quæ eſt ad Honoratum: de hac autem metaphora clauis, plura legere quis poterit apud Belarminum, libro tertio, de pęnitent.capit. 3. Sotum, in 4.diſtinct.20. quæſtio. prima, articulo tertio, Suarium, diſputatio.16.ſectio.quarta, numero ſecundo, Tolet. libro primo, inſtructio. ſacerdot. capitulo tertio, numero octauo, vt alios antiquiores omittamus. confirmatur ex ipſa metaphora ligandi, & ſoluendi, qua vtitur Chriſtus, Matth. 16.& 18. nihil enim eſt aliud ligare, & ſoluere, niſi aut remittere peccata, aut retinere in hoc foro ſacramentali; id quod tamen non dicitur abſolute in ordine ad omnes, ſed cum iudicio; *Quorum remiſeritis, &c.* Confirmatur, quia hoc indicant verba Ioan 20. *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* quia enim aliqua peccata ſunt retinenda, aliqua remittenda, ideo in hoc opus eſt iudicio, & diſtinctione; & quia datur Spiritus Sanctus, innuitur aliud quid requiri, vt obſeruauit S.Leo Papa ſermo. 2. de Sanctis Apoſtolis vbi ſupra,& ſermon.de transfigur. Domini, & confirmat Conc.Trid.ſeſſ.14.cap.6.

Apoc.3. *S.Auguſt.* *Matth.16. & 18.* *Ioan.20.* *S. Leo.*

Vltimo, quia alias nulla eſſet ratio, quare auctoritas abſoluendi reſeruaretur ſacerdotibus, poſſet enim eſſe communis laicis, ſi illi poſſent iudicare de contritione, ergo ſacerdotes non declarãt, abſoluendo remiſſam culpam, ſed vere remittunt illam.

Conc. Trid.

Neque contra hanc noſtram concluſionem facit, quod habet Sanctus Hieronymus Matth.16.& citatur a Magiſtro in ſuę ſententię fauorem.

S. Hier. erui tur à calumnia.

Nam miſſis ijs, quæ diximus in priori noſtro iam edito libello, qđ attinet ad ſanctiſſimum Hieronymum, ſatis patet, illum recte ſenſiſſe de auctoritate ſacerdotis, vt patet ex epiſtola ad Heliodorum ſupra ad verbum relata, & pręterea ex comment.ad ca.10.Eccleſiaſtæ, vbi ſic habet, *Si quem ſerpens Diabolus occulte momorde-*

rit, & nullo conſcio, peccati veneno infecerit, ſi tacuerit, qui percuſſus eſt, & non egerit pænitentiam, nec vulnus ſuum fratri, & magiſtro noluerit confiteri: Magiſter qui habet linguam ad curandum, facile ei prodeſſe non poterit, &c. Hæc ille. ex quibus clare patet, quam bene ſanctiſſimus pater Hieronymus de hac re ſenſerit.

A

Ad locum autem, qui ex Matt. 16. citatur, vbi ſic habet ad mediũ: *legimus*, inquit, *in Leuitico de leproſis, vbi iubentur, vt oſtendant ſe ſacerdotibus, et ſi lepram habuerint, tunc à ſacerdote ita mundi fiant, non quo ſacerdotes leproſos faciant, & immundos, ſed quo habeant notitiam leproſi, & poſſint diſcernere qui mundus, quive immũdus ſit: quo modo ergo ibi leproſus ſacerdos, mundum, vel immundũ facit, ſic et hic alligat, vel ſoluit epiſcopus, & presbyter, non eos qui inſontes ſunt, vel noxij, ſed pro officio ſuo, cum peccatorum audierit varietates ſcit, qui ligandus ſit, quive ſoluendus*, hæc loco citato D. Hieronymus: dicimus autem D. Hieronymũ, his verbis reprehendere quoſdam ſacerdotes, qui ſibi vſurpabant, modo Phariſaico, auctoritatem abſoluendi, & eſt quod D. Hieronymus reprehendit; nam etiamſi habeant ſacerdotes auctoritatem abſoluendi, non tamen id poſſunt facere pro ſuo arbitratu, vt exponunt Sotus in 4. diſt. 20. quæſt. 2. artic. 1. Belarm. ſupra libro 3. de pæniten. cap. 9. & Suarius ſupra diſput. 16. ſect. 2. num. 14. affert autem ibidem Hieronymus ſimilitudinem illam ſacerdotum nouæ, & veteris legis, in eo ſolum eſſe, quia ſicut leproſi illi nõ alia ratione mũdabantur à ſacerdotibus antiquæ legis, niſi quia in ipſis leproſis fieret mutatio, ita etiam nunc, neque ſacerdotes per abſolutionem tollere peccata, niſi præceſſerit vera mutatio in ipſo peccatore, aut per attritionem, aut per contritionem; legatur Belarminus lib. 3. de pęnit. capit. 5. vbi multis hanc rem declarat.

B

Neque etiam ſecundo contra eandem concluſionem faciũt verba D. Ambr. relata de pęnit. diſt. 1. can. Verbum; vbi, *Verbum*, inquit, *Dei, hoc eſt filius Dei, dimittit peccata, ſacerdos eſt iudex, ſacerdos quidem ſuum officium exhibet, & nullius poteſtatis iura exercet*, ex quibus videtur innui, ſacerdotem vere non abſoluere. **Eruitur etiã S. Ambroſ. à calumnia.**

C

Nam diximus ex Soto vbi ſupra, illis verbis tantum ſignificari ius, quod habent ſacerdotes abſoluendi peccata, non habere ex ſe, ita vt dici poſſit proprium ius, ſed illud habere à Chriſto, tamquam eiuſdem miniſtros.

Ad S. autem Ambroſium dicimus, ipſum non negaſſe huiuſmodi auctoritatem in ſacerdotibus, vt patet ex alijs locis ipſius, quæ ſupra allegauimus, & præterea ex eodem loco, quem in contrarium adduximus, ſic enim habet ibidem S. Ambroſius, *Dominus par ius & ſoluendi eſſe voluit, & ligandi, qui vtrumque pari ratione commiſit*, & infra, *certum eſt*, ait, *quod eccleſia vtrumque licet.*

D

Se-

Digitized by Google

Sequitur primo, illam priorem ſententiam Catholicorum, quæ olim multis videbatur probabilis propter auctoritatem Theologorum, nunc non poſſe defendi, cũ ſit contra determinationes tum Conc. Florentini in decreto vnionis, tum Tridentini, cap. 3. capit. 4. cap. 6. & can. 9. ijs enim in locis clare patet, ſacerdotes in hoc ſacramento vere remittere peccata; accedit videri illam ſententiam iam etiam cõdemnatam a Pio V. & Gregorio XIII. in quadam Bulla, vbi damnatur hæc propoſitio, pęnitens vi ſacramenti non viuificatur, ſed viuificatur a Deo: tertio eſt etiam falſa, quia eſt contra communem ſcholam Theologorum in 4. diſt. 18. S. Tho. q. 1. art. 3. quæſtiuncula 1. Scoti, quæſt. vnic. Richardi artic. 2. quæſt. 1. Durand. quæſt. 2. Th. Argent. quæſt. 1. ar. 3. Soti, & aliorũ, ſup. citat. Caiet. to. 1. Opuſc. tract. 18. quæſt. 5. Petri Soto lect. 4. vnde nihil facit Nugn. cum conetur Magiſtrum vbi ſup. in bonum ſenſum trahere, quia, vt patet ex ipſius contextu, vere neque poteſt trahi in bonum ſenſũ, cum vere in ea ſententia, vt iacet, ipſe fuerit; quamquã & hæc ſentẽtia Magiſtri differat ab illa Hęreticorum, nam Magiſter admittebat ſaltem aliquam vtilitatem ex abſolutione, quam tamen funditus tollebant hæretici, teſte VValdẽſe t. 2. cap. 144. & Belarmino li. 3. de pęnit. vbi ſupra.

Conc. Flor.

S. Thom.

Sequitur ſecundo, ſententiam Hugonis, & Richardi nullo modo poſſe defendi, tum quia teſte Medina, C. de confeſ. tract. 2. q. 38. A in eo falluntur, quod exiſtimarint remiſſa culpa, adhuc remanere reatum damnationis, nam ſi culpa remiſſa eſt, certe non niſi per gratiam; ex gratia autem, vt ſupradictum eſt, fit filius, ſi filius, ergo hæres Regni æterni, tũ quia videtur omnino gratis dictum, & ſine vllo fundamento, reatũ dãnationis ęternæ ſolũ per accidens remitti à Deo; quando nõ poteſt haberi cõfeſſio; B nã certũ eſt ex cõi ſnĩa, remitti illũ ſimul cũ culpa in ſacr̃o.

Sequitur tertio quo modo ſit intelligendus D. Th. 3. p. q. 84. art. 3. ad 4. vbi ſic hẽt. *Ad quartum dicẽdum, quod Apoſtolis nõ eſt data poteſtas vt ipſi ſanarent infirmos, ſed vt ad eorum orationes infirmi ſanarẽtur; eſt aũt eis collata poteſtas operandi inſtrumentaliter, ſiue miniſterialiter in ſacramentis, & ideo* C *magis poſſunt in formis ſacramẽtalibus exprimere actũ ſuũ, quã in ſanationibus infirmitatum, in quib. tamen non ſemper modo deprecatiuo vtebantur, ſed quandoque modo indicatiuo, & ĩperatiuo, ſicut Act. 3. legitur, qđ Petrus dixit claudo; Quod habeo, hoc tibi do: In nomine Ieſu Chriſti Nazareni, ſurge, et ambula.* Hæc ille. ex quibus ſatis D patet, ſanctiſſimum præceptorem agere de forma quidẽ huius ſacri pnĩæ, nõ ſimpliciter, ſed quatenus ſit exprimenda in hoc ſacr̃o, an, ſ. modo indicatiuo, an deprecatorio, & videtur aſſerere illo modo eſſe exprimendã, quo ſignificatur id, quod in ſacramento fit, iuxta, ſcilicet, proportionẽ propriæ materię, vnde colligitur non tam S. Thomam velle explicare, quo differat

Exponitur D. Thom.

rat

rat poteſtas data Apoſtolis in ordine ad abſolutionem ſacramentalem, ab illa, quæ iiſdem a Chriſto data eſt, ad facienda miracula, vt viſus eſt voluiſſe Didacus Nugnus contra Suarium ſup. ad art. 3. dub. ſuo 2. ad 3. argumentum, quam aſſignare modum quendam congruum, quo huiuſmodi auctoritates ſunt vſui demandandæ, vt ſcilicet altera ſit demandanda per modum indicatiuum, ſicut eſt illa ſacramenti pænitentiæ, altera vero per modum deprecatiuũ (quanquam & hoc ipſum a diuerſa natura, & ratione conceſſæ a Chriſto poteſtatis, pendeat, & peti debeat) vt ſcilicet, quoniam in hoc ſacramento abſolutio datur a iudice Sacerdote per modum iudicij, ideo requiratur modus indicatiuus. i. Abſoluo te: at vero in curandis morbis, quoniam ſacerdotes non faciunt ſanitatem eodem modo, auctoritate iudiciaria, ſed potius auctoritate deprecatoria, ideo adhibeatur modus deprecatorius: Addit tamen Sanctus Doctor ita eſſe ĩ hoc, & in ſacramẽtis has formas neceſſarias, vt tamen aliquando poſſit eſſe in illis variatio, vt in curandis quidem malis poſſint miniſtri vti forma imperatiua, ſeu indicatiua, vt patet ex ijs, quę adducuntur à D. Thom. ex Act. 3. & in ſacramentis etiam poſſint miniſtri vti forma deprecatiua, vt accidit in ſacramento extremæ vnctionis, & patet ex Iacob. 5. quamquam id non expreſſerit loco citato D. Thom. optime tamẽ deduci poteſt ex ijs, quæ dixit ibidem, vt patet conſideranti ſingula; nam ex quo concedat Sanctus Doctor poſſe fieri mutationẽ in forma curandi morbos, videtur etiam concedere id ipſum accidere in forma ſacramentorum quoad modum illam deferẽdi; vt poſſit illa in aliquo ſacramento deferri per modum deprecatorium, effectus enim ſacramentales non tam ex puro modo vſus verborũ, vt ſic, quam ex inſtitutione Chriſti, quoad vſum, adhibita traditione, & interpretatione Eccleſiæ recipientis talem vſum pendẽt, & in hoc quidem pænitentiæ ſacramento, vt ſit talis vſus formæ, inſtitutus a Chriſto, & receptus ab Eccleſia, quo ſimul exprimatur & perſona, quæ abſoluitur, & auctoritas, qua ſacerdos fungitur, quod maxime fuit conueniens formæ iudicii, quæ in ſacramento hoc exercetur; at vero non ſic fuit conueniens in ſacramento extremæ vnctionis, in quo vſus ipſius eſt per modum deprecantis, ex ratione, quam paulo poſt allegabimus, quamquam & hoc ſacramẽtum ſuam efficiat gratiam, & miniſter per illa verba deprecatiua ad eandem concurrat cauſaliter inſtrumentaliter, ſicuti & ad cætera ſacramenta, ratio autem huius differentiæ in modis ſacramẽtorum, & aliis eſt, quam habet loco citato Sanctus Thomas, quia Apoſtolis collata eſt poteſtas inſtrumentalis, & miniſterialis, vt ſcilicet in ſacramentis efficerent gratiam, & ideo merito factũ eſt, vt illi vterentur in illis conficiendis modo imperatiuo, ſeu indicatiuo; at vero poteſtas cauſandi ſanita-

nitatem, non ſic illis collata eſt, teſte Soto vbi ſupra, quia ipſi Apoſtoli non erant miniſtri ſanitatis corporalis, ſed ſpiritualis; non iudices, ſed mediatores corporeæ ſanitatis: Quare quod Nugnus vbi ſupra ait S. Thomam bene fuiſſe philoſophatum, quia poſuerit aliter Apoſtolos curaſſe peccata per abſolutionem, quam curauerint ſanitatem corpoream, verum aſſerit, ſed non erat in cauſa, vt inueheretur contra Suarium, perinde quaſi hic non intellexerit S. Th. vbi ſupra, circa illum variũ vſum formarum in ſacramentis, & in ſanandis morbis: quod vero Nugnus ait, mentem D. Tho. vbi ſupra formaliter ſolum fuiſſe, vt daret hanc poteſtatem diuerſam Apoſtolis, in ordine ad peccata, & in ordine ad ſanandos morbos, non videtur ſic verum aſſeruiſſe; nam formaliter ſolum voluit D. Thom. exprimere, vnde oriatur illa diuerſitas explicãdi vario modo illum vſum auctoritatis, in ſacramentis, & in curandis malis corporeis: non placet autẽ, quod Suarius habet ſupr. diſput. 19. ſection. 1. num 12. dum ponit differentiam inter ſacramentum extremæ vnctionis, & cętera ſacramenta, ideo enim aſſerit illa differre, quia ſacramentum extremæ vnctionis non habet effectum infallibilem, niſi quatenus expedit recipienti, & fidei ipſius; & ideo detur per modum deprecatiuũ, alia vero ſacramenta habent effectum infallibilem, & ideo dentur per modum imperatiuum, ſeu indicatiuum: non placet, inquam, cum quia ſi agatur de præcipuo effectu ſacramenti extremę vnctionis, ille ſemper eſt infallibilis, tum quia etiam ſanitas corporis ſuo modo, id quod concedit etiam Suarius ibidem, infallibiliter confertur, ſiue quia confertur, vt expedit ſaluti animæ ſuæ, quia tanta ſanitas confertur, quanta requiritur, ne homo oppreſſus morbo ſuccumbat.

Reijcitur Nugnus. *Explicatur Suarius.* *Reijcitur Suarius.*

Sequitur quarto non placere, quod ponit Didacus Nugnus, vbi ſupra ad artic. 3. dub. 2. ante ſolutionem ad primum argumentum quo loco ipſe carpit Suarium, qui ſup. diſput. 19. ſect. 2. a numer. 15. ponit effectum primarium ſacramenti pænitentiæ, eſſe gratiam ſanctificantem, remiſſionem autẽ peccatorum eſſe veluti effectum ſecundarium, priorem effectum ſemper poni, alterum vero non ſic; quia ſi reperiantur peccata iã aliunde ablata, non erit ille effectus actu, licet virtute & aptitudine ſemper ſit prior effectus cũ altero, quatenus gratia, quæ ex vi ſacramenti datur, apta eſt, ſi reperiat peccata, illa auferre; quare vult Suarius ſẽper verificari hanc formam ſacramenti; Abſoluo te, quia ſemper ſacramẽtum dat gratiam iuſtificantem, & ſacramentalem, qua abſoluitur formaliter pænitẽs à peccatis, ſi ſint: Nugnus autem carpit Suarium; quia ait, Suarium in hoc, licet vera dicat, non attigiſſe, neque euacuaſſe nodum difficultatis, qui in eo conſiſtit, vt aſſignetur in executione effectus in hoc ſacramento, qui ad verificandam formam requiri-

Reijcitur Nugnus.

Digitized by Google

quiritur, ipſum autem nodum difficultatis vere, ait, & attingi, & ſolui, ſi dicatur, quod de neceſſitate ſacramenti non eſt, vt cauſetur actu aliquis effectus, ſed ſufficit, vt ſacramentum ſit ex natura ſua cauſatiuum talis effectus; Addit præterea Nugnus effectum, qui actu ſemper cauſetur ab hoc ſacramento, eſſe rem & ſacramentum ſimul, ſcilicet, ipſam contritionem: ſed mirandum eſt, Didacum Nugnum id ipſum deſiderare in Suario, quod in ſeipſo deſiderare debuiſſet; Nugnus ait, non eſſe de neceſsitate, vt ſacramentum hoc actu habeat effectũ, ſed vt poſsit habere ex ſe: Iam, bone Deus, hoc ipſum dixit Suarius, ſufficere ad verificandam formam huius ſacramenti, vt ex ſe ipſa ſit ſufficiens ad talem effectum ſacramentalem cauſandum, licet actu non cauſet, & certe ſi hoc Suarij non tollat difficultatẽ, neque etiam tollit illud Nugni, quare ſunt in eadem naui. Accedit Suarium potius euacuaſſe hanc difficultatem, non Nugnum; nã quod hic dicit, adhuc ſub lite eſt, an ſcilicet res, & ſacramentum ſimul in pęnitentia ſit contritio, vnde non potuit, vt certum, aſſignare effectum primum huius ſacramenti, eſſe illam contritionem, cũ tamen Suarius aſſignarit effectũ, qui ſemper eſt cum ſacramento, ſcilicet, gratiam ſanctificantẽ, per quam fit remiſſio peccatorum, ſi ſint, quod certum eſt in omni ſententia: quare Nugnus aut idẽ dicit cum Suario, aut minus explicat rem, præterquam quod hoc loco non quęritur res & ſacramẽtum ſimul huius ſacramenti pænitentiæ, ſed ſolum effectus primus ſacramenti.

Sequitur quinto, totam rationem formæ ſacramentorum ſumendam eſſe ex interpretatione, & vſu eccleſiæ, quæ in quibuſdam ſacramentis vtitur forma indicatiua; in quibuſdam vero deprecatiua; ſuppoſita natura, & inſtitutione ſacramenti, vnde in hoc noſtro ſacramento pænitentiæ, quia abſolutio profertur per modum ſententiæ, debuit proferri per modum indicatiuum, & auctoritatiuum, & non per modum deprecatiuum; ex quo conſtat, nõ vitiari hanc formam huius ſacramenti eſſentialiter, ſi dicatur, Iubeo te eſſe abſolutum a peccatis, eſſe liberũ, &c. aut ſi dicatur, Remittuntur, aut Remittantur tibi peccata tua, in ſacramento vero extremæ vnctionis, præter auctoritatem Iacobi, vbi ſupra, eſt alia ratio, quia ſcilicet eſt ſacramentũ exeuntium ex vita; vnde, quia hi indigent noſtra commendatione, ideo datur per modum deprecatiuum. *Quæ mutatio poſſit eſſe in hac forma huius ſacramenti.*

Sequitur vltimo, quomodo ſint intelligendi ſancti Patres, ſi quando videantur docere formas ſacramentorum eſſe preces, & ſupplicationes, quæ fiunt a ſacerdotibus, ſic enim loquitur Leo epiſtol. 89. alias 91. & refertur cap. Multiplex de pænit. diſt. 1. S. Io. Chryſoſtomus libr. 3. de Sacerdot. & S. Pater Hieronymus in pſ. 38. non enim placet, quod ait S. Thom. 3. p. quæſt. 84. art. 3. ad 2. & 3. argumentum *Leo. Chryſoſt. Hieron. Non placet D. Thom.*

mentum, Paludanus diſt. 14. q. 3. A & alii, ſanctos illos intelligendos eſſe non de ipſa abſolutionis forma, ſed de illis verbis, quæ pręmittuntur ad formam, & multo minus placet, quod habet Thomas Vualdenſis lib. 2. de ſacramentis capit. 146. qui exiſtimauit, motus his auctoritatibus, illas preces neceſſario pertinere ad formã abſolutionis, nam illud D. Thom. non placet, quia non facile concedendum videtur; B Leonem, & Hieronymum loqui de illis precibus, quæ eo tempore non adhibebantur: alterum vero Vualdenſis minus probabile eſt, quia certum eſt illas preces non pertinere ad formam. intelligendi igitur ſunt illi Patres, vt loquantur de precibus, & ſupplicationibus, quæ alias veniebant nomine formæ huius ſacramenti, ſicut & cæterorum ſa- C cramentorum, dicebantur autem formæ ſacramentorum preces, & orationes, quia ſunt diuinitus inſtitutæ. Itaque nomine ſatis communi, & improprio dictæ ſunt formę ſacramentales à ſanctis Patribus orationes, ſupplicationes, ac preces, quia ſcilicet vt ſic, ſunt a Deo inſtitutæ.

Abſoluo, & proprie, & metaphorice ponitur in forma huius ſacramenti.

Sequitur vltimo, verbum ab- D ſoluendi in hoc ſacramento poni quodammodo metaphorice, & quodãmodo proprie metaphorice quidem, quia ſine dubio primaria ſignificatio deſumpta eſt à vinculo corporeo, & hac ratione, ſicut vinculum metaphorice conuenit ſpiritui, ita etiam abſolutio metaphorice intelligenda eſt: proprie vero quia ſine dubio etiã in humanis, qui alicui pęnæ obnoxius eſt, dicitur obligatus ad illam ſoluendam, & proprie ex communi vſu loquendi dicitur etiã cum ille liberatur, abſolui, vnde in iudicio habemus, & condemnationem, & abſolutionem, dicitur autem ſacerdos interdum abſoluere a culpa, interdum a pęna; a culpa quidem, ſi quis accedat ſolum attritus; a pęna vero, quia ſemper remittitur aliquid pęnæ, & ſic dicitur abſolui.

SECTIO SECVNDA, & Vltima.

De contritione in ordinę ad gratiam ſacramentalem.

EST vltimo loco diſputandum de contritione, quatenus eſt, pars ſacramenti pœnitentiæ, quomodo ſcilicet concurrat ad gratiam, quæ per huiuſmodi ſacramentum confertur: & quoniam multa ſunt, quæ poſſunt quæri in hac quæſtione, ideo ne rei multitudo rem faciat obſcuriorem, a nobis ſigillatim propoſitis ſingulis quæſtionibus, de vnaquaque re erit diſputandum.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO PRIMA.

An, & quomodo ſacramenta dicantur continere gratiam.

Ea mente egimus in ſuperiori ſectione de pænitẽtia ſacramento, quoad aliqua, vt nobis paremus aditum ad hanc partem, in qua agẽdum eſt de contritione vt ſimul cum ſacramento concurrit ad gratiam producendam: & quoniam hoc ipſum pendet ex ijs, quæ dicuntur de ſacramentis in genere: ideo ab ipſis hoc petendum cenſuimus. igitur

Notandum primo; iam nos in hac, & ſequentibus quæſtionibus ſolum eſſe allaturos, quæ ad rem præſentem facient, alia vero, quæ poſſent deſiderari in his quæſtionibus, a citato loco petẽda erunt. Conc. Flor. Concilium igitur Florent. in vnione Armenorum definit, *ſacramenta nouæ legis continere, & efficere gratiam*, id quod ſub an themate Conc. Trid. confirmat Concil. Trident. ſeſsio. 7. can. 6. dicens, *Si quis dixerit, ſacramenta nouæ legis, non continere gratiam, quam ſignificant, aut gratiam ipſam non ponentibus obicẽ, non conferre, quaſi ſigna tantum externa ſint, accepta per fidem gratia, vel iuſtitia, & notæ quædam Chriſtianæ profeſſionis, quib. apud homines diſcernuntur fideles ab infidelibus, anathema ſit*, id quod vt explicarent S.Thom. 3. parte

A quæſt. 62. art. 3. & S.Bonauent. in S. Bonau. 4. diſt. 1. quæſt. 2. adnotarunt multis modis aliquid contineri, & eſſe in alio; inter alios autem modos, aſſerunt dupliciter præcipue aliquid dici eſſe in alio, primo, vt ſit in alio, tanquam in ſigno; ſecundo vt ſit tanquam in cauſa, ſecundum priorem modum affirmant D.Thom. & S.Bonauentura, ibidem, B ſacramenta tanquam ſigna gratiæ, continere gratiam; quã rationem probant quidem, ſed male interpretantur hæretici noſtri temporis, qui volunt cõtineri gratiam in ſacramentis, tanquam in ſignis, quia vim habent excitandi fidem, per quam volunt hominẽ iuſtificari, & hoc modo putant eſſe eundem vſum ſacramentorũ, & verbi Dei, quæ tamen ratio, vt C alia omittamus, quæ fuſius contra eandem dicuntur à Belarmino lib. 2. de effectu ſacramentorum Suario, & Didaco Nugno, in eandem quæſtionem D.Thomæ, Sayro libro primo de eſſentia ſacramentorum capitulo ſecundo, & alijs communiter; illa, inquam, ratio in eo peccat, quod ſupponit per fidem homines iuſtificari formaliter, neque tamen intelligẽdũ D eſt illud D.Thom. de quolibet ſigno, perinde quaſi habeat uim continendi eo modo, quo ſacramenta continent gratiam, quia res ſignificata a ſigno, non eſt realiter, ſed tantum ſecundum rationem: continentia vero, quæ proprie conuenit ſacramentis, eſt vera, & realis, quo modo gratia non potuit contineri in ſacramẽtis veteris legis, tanquam in ſignis, quia ſignum

S.Thom.

Digitized by Google

ſignum non poteſt realiter continere, niſi ſit ſignum aliquo modo efficax, aut practicum, ad eũ modum, quo ſyngrapha Regis obſignata, eſt ſignum efficax ſolutionis pecuniæ. confirmatur, quia Concil.Florent. & Tridentin. vbi ſupr.tribuunt hanc continentiam ſacramentis nouæ legis, vt diſtinguuntur ab illis veteris legis; Accedit quod hæc ratio continentiæ videtur in ipſis ſacramentis eſſe ratio efficientiæ. ſecundum autem poſteriorem modum affirmant etiam ſuprad.cti ſancti aliquid contineri poſſe in alio tanquam in cauſa, & ſic contineri gratiam in ipſis ſacramentis. legatur Suarius 3.p.q.62.diſp.9.ſec.2.quę eſt de ſac.in genere.

Conc. Flor. & Trident.

Notandum ſecundo, tripliciter poſſe intelligi aliquid contineri in alio, tanquam in cauſa, vel in cauſa æquiuoca, & eſt cum effectus eminentiori quodam modo eſt in cauſa, ſicut eſt Sol reſpectu caloris, vel in cauſa vniuoca, & principali, quomodo ignis continetur in igne, vel denique, vt in cauſa inſtrumentali; difficultas autem hoc loco non eſt de primo modo continentiæ, certum enim eſt, gratiam non contineri in ſacramentis, tanquam in cauſa æquiuoca, ſed neque etiam difficultas eſt de ſecũda continẽtia, certũ enim etiam eſt, neque gratiam contineri in ſacramentis tanquã in cauſa vniuoca, & principali, vt patet, tota igitur difficultas de tertio modo continentiæ; an ſcilicet gratia contineatur in ſacramẽtis, tanquam in cauſa inſtrumentali.

Quid ſit cõtineri in alio tanquã in cauſa æquiuoca.

A

Vnica concluſio. Certum eſt gratiam contineri in ſacramentis, tanquam in cauſa inſtrumentali.

Hanc concluſionem habet S. Thom. vbi ſupra, & communiter Scholaſtici, & Thomiſtæ omnes legatur Canus p.4.relect. de ſacr. in genere.

S.Thom.

Eſt præterea Concilium, & Florent. & Trident. locis ſupra citat. quæ eandem affirmant concluſionem.

Conc. Flor. Trident.

B

Sunt auctoritates plurimæ ſanctorum, & ſcripturæ, quæ a Suario, Belarmin. vbi ſup. & Sayro libr.5.de ſacr.in genere c.1.ad eandem probãdam adducuntur, nos tamen interim vnum, & alterũ, tum ex patribus, tum ex ſcriptura hoc loco attuliſſe locum, ſatis adiudicauimus eſſe, & primo

C

Clemens Alex.libr.1.Pędag.c.6. *multis*, inquit, *modis vocatur hoc opus, gratia, illuminatio, perfectum, & lauacrum; lauacrum quidẽ, per quod peccata abſtergimus, gratia autem, qua remittuntur pœnæ, quæ peccatis debentur, illuminatio autem per quam ſanctam illam, & ſalutarẽ lucem intuemur, perfectum autem dicimus, cui nihil deeſt.*

Clem. Alexand.

D

S.Gregor.Nyſſen. in lib.de baptiſmo; *baptiſma*, inquit, *peccatorum expiatio eſt, remiſſio delictorũ renouationis, & regenerationis cauſa.*

Greg.Nyſſ.

S.Hieron.epiſt.83.ad Oceanũ, *quantam vim*, inquit, *habeat baptiſma, & aqua in Chriſto ſanctificata, gratiam, paulo poſt docebo, &c.*

Hieron.

Augu-

Digitized by Google

Auguſt. Auguſtinus denique lib. 19. cõtra Fauſtum, cap. 11. *Sacramentorum,* inquit, *vis inenarrabiliter valet plurimum, & ideo cõtempta, ſacrilegos facit, impie quippe contemnitur, ſine qua non poteſt perfici pietas,* hęc de patribus: de ſcripturis autem

Paul. ad Epheſ. Ad Eph. 5. *Mundans,* inquit, *eã lauacro aquæ in verbo vitæ.*

Ad Tit. Ad Tit. 3. *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.*

Ioan 20. Ioan 20. *Quorum remiſeritis peccata, &c.*

Iacob. 5. Iacobi. 5. *Oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus, et ſi in peccatis eſt, dimittẽtur ei,* ex quibus ſatis patet noſtra concluſio, eſſe de fide, ſicut etiam voluit Didacus Nugnus ad art. 3. vbi ſupra, & ſano iudicio.

Sed probatur etiam ead. concluſio ratione, quia certum eſt, ſacramenta habere aliquam efficientiam, & cauſalitatẽ in ordine ad gratiam, ergo etiam certum erit, ipſam gratiam contineri in illis, tamquam effectus in ſua cauſa inſtrumentali: Antecedens patet ex dictis.

Sequitur, etſi Sotus in 4. diſt. 1. quæſt. 3. art. 1. concedat verbis gratiam contineri in ſacramentis; reuera tamen id non poſſe in ipſius ſententia defendi, ſi enim, vt illi vult, ſacramenta nulla actione attingunt gratiam, profecto, neque dicenda ſunt continere gratiam, ad eum modum; vt ſi homo in productione hominis, non attingeret animal rationale, non diceretur producere, & continere animal rationale.

Reliqua, quæ poſſent deſiderari, pro maiori declaratione huius quæſtionis ex dicendis patebunt.

Sequitur ſecundo, non placere illud, quod ponit Didacus Nugn. vbi ſup. q. 62. artic. 3. ad ſecundam replicam, quo loco proponit illã dubitationem; an gratia exiſtens in anima ab ipſa anima vere, & proprie contineatur; & reſpondet affirmatiue, idque ait eſſe verum in omni ſententia, ſiquidem ait accidens vere inhærens alicui ſubiecto, vere continetur ab illo: nõ placet, inquam, tũ quia, quod ille dixit de accidente, verum eſt, de accidente materiali, quod à ſubiecto pendet in eſſe, & in fieri, cuiusmodi non eſt gratia, vt infra oſtẽdemus, & ideo non eod. modo inhæret animæ & ab ead. continetur, ſicut accidens materiale; tum quia ſi formaliter loquendum ſit, vt probabilius dicimus cum Alexandro Halenſ. 3. parte queſt. 61. membr. 2. art. 4. Henrico, quolibeto 4. q. 10. ad finem, Richar. in 2. d. 26. art. 1. q. 1. Scoto, d. 23. quæſt. 1. Maironio diſt. 29. quæſt. 1. Durando diſt. 26. q. 1. Baſſol. queſ. 1. ar. 2. Marſil. q. 17. art. 1. concl. 2. Gab. q. 1. artic. 2. gratiam immediate eſſe non in anima, ſed in voluntate, quia cum ſit idem habitus realiter cum charitate, & ſit immediate operatiuus, debet eſſe in voluntate, nam voluntas eſt proprius, & totus appetitus hominis, quo recte iubente, per iuſtitiã, & ſanctitatem, totus homo rectus eſt, & ſanctus; accedit, quod voluntas eſt appetitus hominis, qui ſequitur proxime rationem, & medio imperio, *Non placet Nugnus.*

perio, & ductu voluntatis cæteræ A vires ſenſitiuæ aptæ ſunt, ſua natura, ſequi præſcriptum rationis; quare voluntate hominis ſanctificata per gratiam primo, & immediate, totus homo rectus eſt, & iuſtus, quia habet principiũ operã di p gratiã ſanctificatã, ergo gratia immediate ineſſe debet tãquã in ſubiecto in ipſa voluntate, quã quam mediate ineſſe ipſi animæ, non negemus, ſed de hoc alibi. B

Sequitur vltimo, neque probari, quod ait Vgo Victorinus lib. 1. de ſacramentis, c. 4. vbi ait, gratiam eſſe in ſacramentis, tamquã in vaſe, quia ſimilitudo hæc, teſte D. Bonau. vbi ſup. non in omnibus quadrat, præcipue vero, quia vas habet rationem loci mobilis, quod nullo modo concedendum eſt de ſacramẽtis reſpectu gratię, quam continent; quod ſi quo quo modo admittẽda eſſet huiuſmodi ſimilitudo, certe ſolũ ſecundum duplicem rationem admittenda videtur, primo, quia ſicut ea, quæ ſunt in vaſe, ſemper quãtum eſt ex ipſis, parata ſunt, vt ſi quis velit accipere, poſſit, ita, ſi quis velit gratiã ſacramentalem, poſſit, accedendo digne ad ſacramentum, illam habere, ac recipere, & ſicut, qui eget aliquo liquore, recurrit ad vas, ita & qui eget gratia, reccurrit ad ſacramenta: ſecundo quia, quod eſt in vaſe non eſt de ſubſtantia vaſis, neque efficitur de ſubſtantia vaſis, ita etiam gratia ſit in ſacramentis, non tamquam de ſubſtantia ipſorum, ſed tamquã quid ipſis extrinſecum, modo infra explicãdo. legatur Sayrus li. 5. ſup. c. 3. ar. 4. C D

S. Bonau.

Onuph. de Panit.

QVAESTIO SECVNDA.

An, & quomodo ſacramenta attingant productionem gratiæ.

IAm oſtenſum eſt, ſacramenta continere gratiam; iam igitur oſtendendum accedit, quo modo contineant, & attingant illam.

Miſſis autem ijs, quæ fuſius attinguntur, & explicantur circa propoſitam quæſtionem à Soto, Cano, Didaco Nugno, Belarmino, Suario, Sayro, & alijs vbi ſupra, breuiter attingemus, quæ faciunt ad rem noſtram, locus enim tractãdi de his fuſius, pertinet ad materiam de ſacramentis in genere. igitur quod attinet ad rem noſtrã; tota difficultas in hac quæſtione oritur; vt explicetur, quo modo gratia producatur in ſacramentis, an educatur ex potentia materię, an creetur, an concreetur, ideo de hac agemus. in quo

Alij dicunt, gratiam non creari, nec concreari, ſed educi de potentia obedientiali animæ, eſt Henrici 4. diſt. 1. quæſt. vnica, videntur ſequi Belarminus lib. 2. de ſac. in genere a cap. 11. Suarius ſup. diſp. 9. ſect. 1. Nugnus, ſup. ad artic. primum dub. 7. Sayrus lib. 5. ſup. c. 3. art. 13. Barthol. Medin. 1. 2. q. 112. art. 1. & 3. p. quæſt. 8. art. 1. ex antiquioribus, eſt etiam Durand. in 2. d. 18. quæſt. 2. num. 14. S. Tho. de virtutibus, quæſt. 1. art. 3. ad 13. Ca

Digitized by Google

ietanus, in 3.part.quæſt.8. artic.1. Ferrarienſ. 3.contra gent. ca.101.

Alij dicunt, ideo ſacramenta poſſe attingere gratiam, quia gratia non ſimpliciter creatur, ſed cõcreatur, & aliquo modo pendet à ſubiecto, quod poteſt attingi per ſacramenta, ita S.Bonau. .12. diſt. 26.q.4.Ledeſma in 1.4.quæſt.16. art.4.Sotus in 4.diſt.1. quæſt.3.ar. 1.qui ait ideo gratiam dici produci a ſacramentis, quia ſacramenta attingunt ſubiectum gratum, & faciunt hominem gratum, non fit autẽ homo gratus, niſi per gratiã, ſicut homo dicitur generare hominem, licet reuera non attingat ꝓductionẽ animæ rationalis.

S.Bonau.

Alij dicunt, ſacramenta producere gratiam, non quia attingant immediate gratiam, ſed quia producant characterem, & ornatum, ſeu diſpoſitionem quamdam in anima, qua poſita efficitur, & producitur neceſſario gratia, ita Palu. & Capreolus in 4.diſ.1. & Ferrar. lib.4.contra gent.c.56.& 57.

Alij dicunt, gratiam creari, ſic Scotus præſertim in 2.diſt.35.q.1. §.Iſtæ quæſtiones Gabr.quæſt.1.ar tic.2.concluſ.3.Henricus Gandau. quolibeto 5.quæſ.19.Vega in Cõcil.Trid.lib.7.cap.13. de Baſſol.in 2.diſt.39.quæſt.1.art.4.Thom.de Argent.in 4.diſt.2. quæſt.1.art.1. concl.2.& Mallonius in 2.ſenten. diſp.3.ſect.4. ad finem.in hac tamen ſententia ſunt, qui dicunt nõ poſſe coherere hęc duo, gratiam creari, & ſacramenta effectiue attingere gratiam, maximè ſi verũ eſt quod ponit D.Th.p.p.q.45.ar. 5.nullã creaturã poſſe creare, ita

A philoſophatus eſt Th.de Argen. loco citato.

Alij contra affirmant, illa duo poſſe ſimul cohærere, ſic Coſmas Phil.lib.1.de Sacr.in genere, ca.4. pro ſolutione igitur

Notandum eſt, hic nobis ſe offere duas vel grauiſſimas quęſtiones diſputandas, quoniam tamen hactenus à grauioribus Doctorib. fuerunt ſatis diſputatæ; nos tãtum B hoc loco afferemus, quæ nobis videbuntur probabiliora, circa vtrãque: quæ autẽ quæſtiones occurrerent diſputandæ ſunt illæ, vt iam diximus, an gratia creetur, an concreetur? an educatur ex potentia naturali, an ex obedientiali aĩæ? quando in anima, aut potius in volũtate producitur, altera vero eſt, poſſit ne creatura aſſumi ad crea-C tionem. Quoad primã difficultatẽ videtur nobis probabilius dici poſſe gratiam creari, quod idem dicẽdum eſſet de habitibus infuſis, qui ſunt ex ſuo genere, & natura infuſi: & rõ eſt, quia illud dr̃ creari à Deo, quod cum fit, & incipit eſſe, habet totam ſuam entitatem acceptã à Deo, ſine vi alicuius cãę ſecũdę coefficientis, ſed gratia ſecundũ D totã ſuã entitatem incipit eſſe, cũ producitur à Deo, ſine vlla cã ſecũda coefficiente, ergo gratia incipit eſſe per creationem, quare ẽtſi cã ſecũda cooperetur aliquid in ordine ad creationẽ, diſponendo, ſ. materiã, cũ tamẽ nihil coefficiat cum Deo, non tollit rõnẽ creationis in re producta, quæ omnia ſi applicẽtur productioni ipſius gratiæ ẽt in ſacro, videbimus adhuc illã creari in ſacamentis, vt infra oſtẽdemus.

Neque

Digitized by Google

Regulariter creatio non eſt niſi rerũ ſubſiſtẽtiũ.

Neque dicas creationem non eſſe, niſi rerum ſubſiſtentium, nã dicimus, id rerum eſſe regulariter; at vero aliquando poteſt etiã eſſe, & rerum, quæ ſunt accidentia, & formę non ſubſiſtentis, ſi in ſui effectione pendeant ſolum à Deo modo explicato: vt docte aduertit Valent. ad 3. par. D. Thom. quæſ. 45. puncto 1. ad finem. Neque ſecundo dicas, totum eſſe gratiæ eſſe ineſſe, item totũ eſſe gratiæ, cum ſit, neceſſario eſſe dependenter à ſubiecto, cui ineſt, ergo ipſum eſſe gratiæ non creatur, ſed potius educitur ex potentia obedientiali ſubiecti, in quo eſt, dicimus enim, ſicuti innuimus, quamuis diſpoſitio, quæ eſt ex parte hominis ad gratiam, concurrat in genere cauſæ materialis, quia tamẽ non concurrit in genere cauſæ efficientis, ideo illius productio erit creatio, & quamuis accidens inſit ſubiecto, in ſe tamen habet entitatem propriam, ſecundum quã eſt actu extra ſuas cauſas, & poteſt terminare creationem, & videtur per accidens, quod illa entitas quæ creatur ſit, aut non ſit in ſubiecto, modo ſit talis entitas, q̃ poſſit terminare creationem, vnde quemadmodum accidens ſupernaturale, poteſt ex ſua entitate terminare conſeruationẽ Dei, abſque eo, quod aliqua creatura in genere cauſæ efficientis ad eã conſeruationem concurrat, ſic in productione, etiamſi fiat in ſubiecto, ex ſua entitate poterit terminare ſui creationem, nulla alia cõcurrente creatura in genere cauſæ, efficientis, & ſic creari: neque

A tertio dicas, actus ſupernaturales habere entitatem, & ſubſtantiam omnino ſupernaturalem, & tamẽ non dicuntur creari, ſed educi ex potẽtia materiæ, & ſubiecti, ergo habitus et ſupernaturales eodem mõ, neq. dicẽtur creari, ſed educi.

Reſpondemus enim, nõ eandẽ eſſe rationem illorum, & ratio diuerſitatis eſt, quia ad actus, licet ſu-B pernaturales ſint, nos cõcurrimus actiue, non quidem ex ſolis naturæ viribus, ſed adiuti diuino fauore, vt dictum eſt, & hinc eſt, vt actus iſti dicantur vitales, quia. ſ. eliciuntur a principio intrinſeco vitæ, adiuto tamẽ ſpecialiter a Deo; vnde fit, vt actus huiuſmodi non creentur; at vero habitus, cũ in nobis incipiunt eſſe, a ſolo Deo fiũt, nobis ſolum concurrentib. in ge-C nere cauſæ diſpoſitiuæ: & hæc q̃d attinet ad priorem difficultatem: quod vero ſpectat ad ſecundã; iã illud nobis ſemper eſt viſum probabilius, creaturã concurrere poſſe ad creandũ, phyſice inſtrumentaliter, ſi ad id aſſumatur a Deo, vt nouiſsime omnium, ſed doctiſsime, & fuſiſsime probauit noſter Daniel Mallonius, cuius & doctrina, & Religio ſemper poſteritati D demandata eſt, is. n. in ſuo libello de Angelis diſput. 3. ſect. 3. probat hanc eandem concluſionem, tam perpolite, ac docte, vt vix aliquid addi poſſe videatur; itaque lectorem ad illum mittimus, nonnulla tamen attingemus nos, cũ noſtrã concluſionem iamiam ponẽdam probabimus, ex hac. n. doctrina pendebit. His igitur duob. poſitis, iam oſtendemus, q̃uo illa duo nõ

An creatura poſſit aſſumi ad creãdum.

Digitized by Google

repugnent,ſ.gratiam creari, & ſacramenta vt inſtr̃a cócurrere ad illius productionem. ſit igitur

Prima concluſio,etiamſi concedamus gratiã creatã,quod probabilius eſſe diximus, non tamen videtur repugnare, ſi dicamus ſacramenta habere aliquam efficientiam inſtrumentalem, in ordine ad gratiam eandem.

Probatur,quia ſi quid repugnaret,eſſet quia,vt iã dictũ, implicaret inſtrumentũ aſſumi ad creandum, ſed hoc nulla ratione probatur,rationes.n.S.Thom.ſoluũtur a Scoto,& præterea ẽt à noſtro Mallonio loco ſup.cit. vt nihil deſiderari poſſit: Neq; officiũt auctoritates SS. quæ in contrariũ afferuntur a Marſil.vt Irenæi lib.4.c.785. Athan.oratione 3. contra Arrian. Cyril.lib. 2.Theſ.c.2.S.Damaſc.li. 2.c.3. S.Aug.libr. 9. ſuper Gen.ad litt.c.15.lib.3. de Trinit.c.8. li.12. de Ciuit.c.24.Fulgent. lib.de fide ad Petrum,c.3. & aliorũ, quos affert,& explicat loco citato idem Mallonius, nam vel oẽs loquũtur de principali virtute creatiua, vel loquuntur de facto, nã alioquin cum diſputant contra Arrianos, qui dicebant verbũ diuinũ fuiſſe miniſtrũ creationis,& inſtrumentum, nunquã impugnãt hoc,tanquam impoſſibile, ſed dicunt,verbum fuiſſe æqualem cauſã creationis cum Patre,& Spiritu Sãcto. *Irenæus. Athanaſ. Cyrill. Damaſc. Augu ſ. Fulgent.*

Secundo probatur,quia gratia, quæ de facto datur in ſacramẽtis, creatur; vt iam probatum eſt ſufficienti ratione,ſed ſacramenta vere ſunt inſtrumenta gratiæ, ergo inſtrumentaliter illam creant, minor eſt certa in omnium ſñia, & A magis patebit ex ſequenti,ergo.

Secunda concluſio,ſicut nõ repugnat ad productionẽ gratiæ cõcurrere aliquam creaturã per modum ſubiecti,ita neque repugnat concurrere per modum inſtrumenti.

Hæc propoſitio, ita vt iacet videtur de fide, nam in Concilio Tridentino, ſeſsione ſexta, capitulo ſeptimo, baptiſmus dicitur cauſa inſtrumentalis noſtræ iuſtificationis, & ibidem etiam dicit cauſam formalem iuſtificationis, eſſe gratiam,vnde ſequitur, ſi baptiſmus eſt inſtrumentum,aliquã habere efficientiam in ordine ad gratiam, quod de omnibus ſacramentis colligitur ex eodem Concilio ſeſs.7. can.6. vbi affirmat ſacramenta,& continere, & efficere gratiam. *Conc.Trid.* B C

Sequitur primo,ad productionem gratiæ concurrere ſubiectiue,& materialiter animam, non tamen tanquam ſubiectum ex quo, ſed tanquam ſubiectum in quo remoto, & mediato creatur, & præterea etiam diſpoſitiones, quæ quoquo modo præcedũt gratiam, vt ſatis iam explicatum eſt.

D Sequitur ſecundo, contritionẽ aliter concurrere ad gratiam per modum diſpoſitionis, aliter vt eſt pars ſacramenti pœnitentiæ, vt enim eſt diſpoſitio, vt iam dictum eſt, tenet ſe quodam modo ex parte concurſus materialis, vt vero eſt pars Sacramenti, habet aliquam efficientiam inſtrumentalem, quam habet ipſum ſacramentum,

Digitized by Google

mentum, vt poſtea oſtendemus.

Sequiur tertio, ſicut poteſt Deus concurrere pro ſua volũtate cum cauſa ſecunda, tamquam cum inſtrumento, ad effectum, ita etiam poſſe aſſumere ſacramẽta ad producendam gratiam, vt ſatis docte oſtendit Mallonius loco cita. ſectione quarta.

Reijcitur modus Soti, & aliorum.

Sequitur quarto, non placere modum illum aſſerendi, gratiam non creari, ſed concreari, nam certe aut nihil dicit, aut coincidit cum noſtra ſententia: quandoquidem, ſi gratia dicenda ſit concreari, ergo ideo dicitur concreari, quia fit ad creationẽ alterius; ſed nihil aliud eſt, quod creetur, niſi hoc quod eſt hominẽ eſſe gratũ, ergo actionis creationis, qua homo incipit eſſe gratus, terminus formalis erit gratia, ac cõſequẽter gratia erit terminus totius creationis, & eſt qđ nos diximus in noſtra ſententia; Confirmatur, nam cum Sotus dicit, ſacramentum attingere hominem gratum, vel intelligit formaliter attingere, & tunc poneret aliquã efficientiam formæ, vel intelligit tantum materialiter, & tunc eius ſententia non differret ab illa Scoti, qui ponit ſacramenta eſſe tantum conditiones ſine quibus non; præterea exemplum quod affert Sotus ad probandam ſuam ſententiam, non eſt ad rem, nam homo ideo vere dicitur generare hominẽ, tum quia ſubminiſtrat materiam, tum quia concurrit ad veras diſpoſitiones, at ſi ſacramenta in ipſius ſententia non attingunt gratiam, nullus omnino relinquitur effectus ſacramenti, quia

A ipſum ſubiectum non producitur, ſed ſupponitur; plura contra hanc ſententiam Soti habent Suarius, & Sayrus vbi ſupra.

Reijcitur modus Suarij, & aliorum.

Sequitur quinto, neque placere modum aliorum, aſſerentium gratiam educi &c. nã præter quam quod hic modus phyloſophandi nouus eſt, videtur præterea falſus, neque ſatis congruẽs ſcripturis, & Concilijs; falſus qui-

B dem, quia educi de aliqua potentia, quæcumque illa ſit, videtur repugnare qualitatibus ſpiritualibus, quæ potius dicuntur infundi à Deo quam educi, ergo cum a Deo infundantur, non ſunt dicendæ educi è potentia aliqua ſubiecti, neque enim in ſuo eſſe gratia pendet a ſubiecto; & conſequenter, neque etiam in

C fieri ab eodem, vt ſupradictum eſt; ſed neque videtur hic modus loquendi congruus, aut Concilijs, aut Patribus, nam Concilia quidem vtuntur, cum loquuntur de productione gratiæ, verbo Infundi, non verbo Educi, ſic Conciliũ Viennenſe, & refertur de ſum. Trinitate & Fide Catholica. *In baptiſmo*, inquit, *culpa remittitur, virtutes, ac informans* *Conc. Vien.*

D *gratia infunditur, quoad habitum*, *ſic* Concil. Lateranenſ. ſub Leone X. docet *rationalem animam infundi*, vt ſic contra diſtingueret ipſam ab alijs animabus corruptibilibus, quæ educuntur, ſic denique Concil. Trident. ſeſſio. 6. capitul. 7. loquens de ipſa gratia, *In ipſa*, inquit, *iuſtificatione ſimul cum peccatorum remiſſione, hæc omnia ſimul infuſa accipit* *Conc. Lat.* *Conc. Trid.*

homo, fidem, ſpem, & charitatem, Patres autem adhuc hoc verbo vtuntur, S. Auguſt. in epiſtola 105. ad Sixtum, *poſt remiſſionem*, inquit, *peccatorum, niſi mundatam domum habitet Spiritus Sanctus, nonne cum alijs ſeptem redit ſpiritus immundus? vt autem inhabitet Spiritus Sanctus, nonne vbi vult ſpirat? & charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris, non a nobis, ſed a Spiritu Sancto, qui datus eſt nobis*. Idem Aug. lib. 2. retract. cap. 37. & 42. vbi loquitur de gratia Dei, *qua*, inquit, *eruimur de poteſtate tenebrarum, vt in Chriſtum credamus, atque in regnum ipſius transferamur, & qua diffunditur charitas in cordibus noſtris, vt fides per dilectionem operetur*, & ſermon. 15. de Verbis Apoſtoli poſt multa, ait, *charitas enim plenitudo eſt legis: vnde, iſta charitas diffuſa in cordibus noſtris? non vtique a nobis, ſed per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis*, quibus locis Auguſtinus alludit ad illud Apoſto. ad Roman. 5. *Charitas*, inquit Apoſtolus *diffuſa in cordibus per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis*, ad quem etiam Auguſtinus alludit locum lib. de ſpiritu, & litt. capit. 32. dicens, *charitas Dei dicta eſt diffundi in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, non qua nos ipſe diligit, ſed qua nos facit dilectores ſuos*, ſicut etiam Cyrillus Alexand. libr. 6. de Trinit. vbi *calor*, inquit, *ſpiritus eſt, qui ſimul vt charitatem in nobis diffuderit, & eius igne mentes noſtras inflammauerit, iam ſumus iuſtitiã conſequuti*: ex quibus clare patet potius expreſſiſſe, & Concilia, & Patres creationem gratiæ, quam eductionem eiuſdem ex illo verbo, quo vtuntur, dum dicunt, *Gratiã eſſe diffuſam in cordibus noſtris*, quidquid dicat Belarminus libro ſecundo de effectu ſacr. capitulo 11.

S. Auguſt. (margin)

Paul. ad Roman. (margin)

Cyrill. (margin)

Sequitur ſexto, multo minus probari illum modum aliorum, qui dicunt produci a ſacramento neſcio quem characterem, ſeu ornatum, & diſpoſitionem, nam vt omittamus, quæ contra hunc modum ingeruntur, & a Suario, & a Sayro vbi ſupr. nobis ſemper viſus eſt maxime improbabilis, tum quia character non producitur ab omnibus ſacramentis; tum quia ornatus ille videtur omnino confictus, vt etiam ſupra dictum eſt, tum quia ad productionem characteris non neceſſario producitur gratia, legatur etiam Coſmas Philiarc. qui ſuo lib. primo de ſac. in communi capit. 5. plura habet contra hunc characterem, ſeu ornatum, quem iſti ponunt in ſacramentis, tanquam inſtrumentis ad gratiam.

Reijcitur modus aliorũ. (margin)

Sequitur vltimo, noſtrum modum dicendi probabiliorem eſſe, & inter ſe illa duo cohærere in noſtra ſententia, gratiam, ſ. creari, & ſacramenta concurrere ad gratiã inſtrumentaliter, vnde bene infertur, quod ſacramenta gratiam creẽt inſtrumentaliter, iuxta ea quæ ſuperius dicta ſunt, id eſt, vt ſint cauſæ inſtrumentales illius.

Obijcitur, non poteſt creatura, ne per diuinam quidem potẽtiã, habere principalem efficientiam in or-

Digitized by Google

in ordine ad gratiam, ergo neque inſtrumentalem, quia eſt eadem ratio, nam ſicut effectus continetur in cauſa principali, ita etiam in inſtrumentali, repugnat autẽ gratiam contineri in cauſa creata, ergo.

Reſpondetur, diſſimilem eſſe rationem in cauſa inſtrumentali, & principali, vt diximus; diſparitas autem eſt, quia de ratione cauſæ principalis eſt, vt ipſa per formam propriam operetur, & ſeipſam moueat, contra vero inſtrumentum, neque agit per propriã formam, neque ſeipſum mouet; quare cauſa principalis, ſi poſſet producere gratiam in ſe, & in ſua forma continebit gratiam; inſtrumentum vero, quia in motione pendet à principali agente, recipit totam vim ab illo, & ſic poteſt producere gratiam; neque requiritur ex parte inſtrumenti aliqua proportio; cum gratia, quæ producitur, quia infinitas agentis infiniti poteſt ſuperare omnem imperfectionem inſtrumenti, vt propterea nulla in illo prærequiratur diſpoſitio ad gratiam producendam.

Secunda concluſio; neceſſario dicendum eſt, ſacramenta habere aliquam efficientiam in ordine ad gratiam.

Diximus aliquam, abſtrahimus enim nunc ab immediata, & mediata, a phyſica, vel morali efficientia, de quibus infra diſputabimus.

Hæc concluſio eſt de fide, quia & ſcripturæ, & Concilia, & Patres dicunt, ſacramenta noſtra cõferre gratiam; & in hoc diſtingui a ſacramentis veteris legis: legatur Illuſtriſs. Belarm. lib. 2. de effectu ſacramentorum vbi plurib. probat hanc noſtram concluſionem, quã etiam nos ex dicendis probabimus, vt propterea hoc loco illam alijs probare non curemus.

QVAESTIO TERTIA.

An, & quam efficientiam habeant ſacramenta in ordine ad gratiam.

Supponendum eſt primo, cauſam ſeu efficientiam, aliam eſſe phyſicam, aliam moralem; phyſicam vocamus eã, quę vero, & reali influxu producit effectum; moralem vero dicimus eam, quæ pendet ex beneplacito alicuius, vt accidit in actionib. moralibus, vt amicus penes principẽ dicitur cauſa moralis, vt bene explicant hanc rem Mallonius ſup. diſput. 9. ſect. 2. Sayrus ſupra libr. 5. c. 3. art. 2. & Suarius in q. 62. ſup. diſp. 9. ſect. 2. Canus p. 5. de ſacr. & alij. *Duplex efficientia.* *Efficientia phyſica.* *Efficientia moralis.*

Supponendum ſecundo, vtrãque cauſam diuidi in cauſam proprie dictam, & in cauſam quæ dicitur ſine qua non, quam diſtinctionem admittunt Theologi: legatur Gabr. in 4. d. 1. q. 1. attamen nonnulli illam ſolum admittunt in cauſis moralibus, non autem in alijs, nobis vero ſemper viſum eſt

Digitized by Google

probabilius, reperiri etiam in cauſis phyſicis, vt patet manifeſte, nã cauſa, quæ applicat actiua paſſiuis, dicitur etiam in phyſicis cauſa ſine qua non, cuiuſmodi ſunt litteræ, patentes, &c.

His ſuppoſitis, quoniam dictũ eſt, ſacramenta attingere inſtrumentaliter productionem gratię, nunc examinare oportet conſequenter, an huiuſmodi productio ſit phyſica, an moralis

Alij igitur dixerunt, ſacramenta eſſe cauſam ſine qua non, ad modum cauſæ phyſicæ, quia ſcilicet ſacramenta applicant actiua paſſiuis, quatenus Chriſtus in ſacramẽto ineſt peculiari quadam ratione; quare, inquiunt, per applicationem ſacramenti coniungitur nobis Deus ad peculiarem effectum gratiæ producendum, ſicut manus Chriſti, quia in illa erat diuinitas, ſuo contactu applicabat virtutem ad miracula faciẽda: Hæc ſententia ab alijs datur Aureolo, ab alijs, vti à Scoto, refertur ſine auctore. Sed quicquid ſit de Auctore,

Non placet hæc prior ſententia.

Non placet hæc ſententia, tũ quia ille modus exiſtendi Dei in ſacramentis peculiaris, & diſtinctus ab ijs modis, quibus Deus dicitur eſſe per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, eſt omnino fictus; nam quod dicet Paludanus ſup. q. 1. Deum fuiſſe in ſacramentis veteris legis, tanquã in ſigno, in ſacramentis autem nouæ legis, tanquam in inſtrumento, non videtur ad rem, nam eſſe in ſigno, non eſt quid reale, ſed ſecundum quandam repræſentationem; Deum vero eſſe in ſacramentis, tanquam in inſtrumento, abſurdum eſt; quia cauſa principalis non dicitur eſſe in inſtrumento, ſed potius contra: & ſi quis contendat cauſam principalem eſſe in inſtrumento, tunc poteſt concedi, quando cauſa principalis pendet ab inſtrumento; at vero Deus nullo modo pendet a ſacramentis; quia ſine illis poteſt conferre gratiam, tum quia admiſſo etiam hoc modo exiſtendi Dei, non neceſſario ſequitur peculiaris effectus, ſi loquamur de effectu phyſico, & naturali, quia certum eſt, Deum peculiari modo eſſe in ſacramentis per gratiã, & tamen ex hoc modo non ſequitur peculiaris modus; quare nullo modo probatur hic modus dicendi. legatur Suarius ſupra diſput. 9. ſect. 2.

Alij dixerunt, ſacramenta eſſe cauſas ſine quibus non, ſicut cauſa moralis, & voluntaria; ſcilicet ex voluntate, & pacto diuino, ita Sanctus Bonauentura in quarto diſtinctione prima, artic. primo, quæſtione tertia, Richard. articulo quarto, quæſtione prima, Gabriel q. etiam prima, Argentina diſtinctione ſecunda, quæſtione prima, articulo primo, Durandus diſtinct. 1. quæſt. 4. putatur etiam Scotus in hac ſententia quæſtion. quarta, & quinta, quamuis hic ponere videatur maiorem quãdam cauſalitatem in ſacramentis, quã reliqui citati, qui ad explicandam hanc vim ſacramentorum, afferunt exemplum Bullarum, quæ potius habent vim ſignãdi, quam efficien-

S. Bonauẽt.

efficiendi, at vero Scotus ſemper vtitur exemplo meriti in ordine ad præmium.

Non placet. *Conc. Flor. Trident.* Sed neque placet hic modus, quia videtur repugnare Cõcilijs, & Patribus, nam Concilia, & Florent. & Tridentin. ſupra relata aperte aſſerunt, ſacramenta nouæ legis continere, & efficere gratiã; ſecundo, quia ex communi ſententia Theologorum, ſacramenta dicuntur ex opere operato conferre gratiam, ergo ſignificant illa habere aliquam cauſalitatem; tertio, quia ſacramenta dicuntur ex attrito facere contritum, vt ſupra viſum eſt ergo. illa autem cauſa ſine qua non, tantum ponit præſentiam, & nullo modo, nec phyſice, nec moraliter concurrit, plura contra hunc modum habẽtur penes Suarium, & Sayrum locis vbi ſupra.

Alij dixerunt, ſacramenta eſſe cauſam gratiæ ad modum cauſæ exemplaris, non ad eum modũ, quo pictor ex Prototypo tanquã ab exemplari depinxit imaginẽ, ſed ea ratione, qua albefaciens dum facit album, reſpicit albedinem pro exemplari, quia reuera Deus per ſacramentum facit ea omnia in anima, quæ poſſunt per ſacramenta repræſentari, & hoc modo concludunt, ſacramenta eſſe cauſam noſtræ iuſtitiæ, ſicut reſurrectio Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis; refertur hæc ſententia ſine auctore à Paludan. in quarto diſtinction. prima, quæſtion. 1.

Non placet Sed neque placet hic modus, tum quia, vt patet ex phyſicis, cauſa exemplaris nullam habet efficientiam diſtinctam ab efficiẽtia cauſæ efficientis, vel finis: tũ quia exemplar nobiliori modo continet effectum: at effectus ſacramẽtorum imperfectiſſimo modo cõtinetur in ſacramentis, tanquam in ſigno.

A

Alij dixerunt, ſacramenta eſſe veras, & phyſicas cauſas gratiæ inſtrumentales, non tamen immediate, ſed mediante charactere, aut aliqua diſpoſitione præcedente, ita Halenſis, 4. part. quæſt. quinta, memb. 3. articulo quinto, §. 2. S. Thom. in 4. diſtinct. 1. quæſtion. 1. articulo primo, quæſtio. 2. Capreolus, & Paludanus ibidem, Ferrar. quarto contra gent. capitulo 57. Hunc tamen modum dicendi aliter exponunt recentiores, qui dicunt ſacramenta cauſare gratiam, ratione præuiæ diſpoſitionis, hanc autem diſpoſitionem nec eſſe characterem, neque ornatum, ſed aliquid aliud. *S. Thom.*

B

C

Sed & hic omnino falſus videtur; quia, quæcunque ſit hæc diſpoſitio, ſi non ſit ſpiritualis, ſed corporea, vt videntur ſignificare Sotus, Argentin. & Gabriel vbi ſupra, certe nihil aliud erit, niſi illa materialis ſuſceptio ſacramenti, & tunc non tollitur difficultas, de hac enim materiali ſuſceptione difficultas eſt eadem. ſi autem ſit diſpoſitio ſpiritualis, non ſolum non tollitur difficultas, ſed etiam mutatur, & multiplicatur; mutatur quidem, quia quæri poteſt, qua efficientia illa diſpoſitio producat gratiam, cum præſertim videamus illam diſpoſi- *Neloque placet.*

D

ſpoſitionem poſſe ſeparari à gratia; Multiplicatur autem, quia cũ hæc diſpoſitio ſit quid ſpirituale, habet difficultatem, vnde producatur, An creetur, an vero educatur è ſubiecto: plura contra hunc modum legantur penes Suarium, & Sayrum vbi ſupra.

Alij dixerunt, ſacramenta eſſe cauſam gratiæ inſtrumentalem, ad modum cauſæ phyſicæ, ita S. Thom. 3. par. q. 62. quem ſequuntur ibidem multi ex Thomiſtis, Caietanus, Didacus Nugnus, Suarius diſput. vero 9. ſect. 2. Sotus in 4. q. 3. art. 1. Petrus a Soto in Inſtit. ſacerd. lect. 4. Contaren. lib. de ſacram. Martinus Ledeſm. in primo tomo ſui 4. quæſt. 3. art. 4. Cardin. Alan. de ſac. in genere, cap. 36. Valentia tomo 4. diſput. 3. quæſtio. 3. puncto primo, Barthol. Med. in 3. par. quæſt. 13, art. 2. Belarminus toto lib. 2. de effectu ſacrament. Sayrus toto libro quinto, cap. 3. Tolet. lib. 2. Inſtit. ſacerd. cap. 15. Coſmas Phil. lib. primo de ſac. in com. cap. quarto.

S. Thom.

Alij fecerunt, ſacramenta eſſe veras cauſas gratię, ſed ad modum cauſæ moralis, quæ ſententia dicitur a nonnullis noua, perinde qua ſi fuerit adinuenta à Cano relect. de ſac. par. 4. Ledeſma 1. p. 4. quæſtione 3. art. primo circa finem; attamen adhuc illa fuit Antiquorũ, Scoti ſup. quæſt. 4. & 5. Ocham q. prima, Maioris quæſt. tertia, Gugliel. Pariſien. cap. 5. Taper art. primo, quamquam non eodem modo ab his explicetur; nam Guglielmus illam efficientiam vocat impetrationem, Scotus autem vult

A eſſe meritum, fuit etiam S. Thom. 3. par. quæſt. 13. art. 2. quidquid dixerit Sotus vbi ſup. fuit præterea etiam Sanctorum Patrum; nam hi, vt patet ex ipſorum verbis, agnouerunt etiam hoc genus moralis, ſic D. Auguſt. lib. 22. de Ciuit. Dei, cap. 8. Sanctos, inquit, impetrando, & efficiendo facere miracula: En duplex genus cauſæ, & phyſicæ & moralis. S. Gregor. lib. 2. dialog. cap. 30. aſſerit ſanctos, & impetratione, & poteſtate miracula aliquando facere, certe illud impetratione pertinet ad genus cauſæ moralis, illud vero poteſtate ad genus cauſæ phyſicæ; iam igitur non ſunt in cauſa, vt hæc ſententia de morali cauſalitate appelletur nouum Modernorum inuentum ab ipſis.

S. Thom. *S. Auguſt.* *S. Gregor.* *Vere datur cauſa moralis.*

B

C

Pro ſolutione. Notandum eſt ex Sayro, & communi ſententia ſacramenta poſſe intelligi, & vt inſtrumenta Dei, & vt inſtrumenta Chriſti, vt inſtrumenta Dei, quia vt ſic inſtrumentum non habent effectionem diſtinctam ab agente principali, neceſſe eſt, habeant eamdem affinitatem inſtrumentalem, quæ habet Deus, principaliter autem Deus concurrit phyſice, ita etiam ſacramenta; ſi autem conſiderentur, vt inſtrumẽta Chriſti, quia Chriſtus, vt agens principale, non agit actione phyſica, ſed morali, efficitur neceſſario ſacramenta, vt ſic efficere actionem moralem; Diſputari tamen ſolet, vtriusnam ſint inſtrumenta, Sanct. quidem Thom. videtur dicere, 3. par. quæſt. 62. artic. 5. eſſe inſtrumẽta Dei, quia dicit Deum

Sacramenta ſunt inſtrumenta et Dei & Chriſti.

D

Sacramenta An ſint inſtrumenta Chriſti An Dei.

pro-

producere gratiam per humanitatem Chriſti,tamquam per inſtrumentum coniunctum, per ſacramenta vero, tamquam per inſtrumentum ſeparatum; nobis vero probabilius videtur dici poſſe, ſacramenta eſſe inſtrumenta vtriuſque: & eſſe quidem inſtrumenta Chriſti, patet, tũ quia,vt dicemus infra,Chriſtus vt auctor, & inſtitutor ſacramentorum, uim efficiendi dedit ſacramentis; tum quia peculiari quodam modo per ſacramenta communicat nobis ſua merita,quæ quidem à pplicari,colligitur ad Roman.6. *An ignoratis, quia quicumque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu in morte ipſius baptizati ſumus*. ad Galat. 3. *Quicumque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*. Secundo colligitur ex ijs, quæ ſcribit D.Hieronymus dialogo 2. contra Pelag. Ambroſ.lib.2. de ſacram.cap.2. & alijs. Tertio colligitur ex eo, quod communiter ſacramenta dicuntur uaſa meritorum Chriſti, vt habet D.Tho.3.p.q.62.articulo 3. ad 1.

Paul. ad Roman.6.

Ad Gal.

D.Hieron.

D. Ambroſ.

D.Thom.

Prima concluſio; Nulla creatura poteſt habere cauſalitatem,aut efficientiam principalem in ordine ad gratiam,

Hæc concluſio, ſi intelligatur de efficientia plane naturali, eſt de fide, etiam à nobis probata eſt in ſuperioribus diſputationibus, cum oſtendimus ex Paulo, Gratiam dari ex Chriſto; & præterea cum oſtendimus, Gratiam eſſe ordinis ſupernaturalis, & tum demum cum diximus, nullam creaturam poſſe ex ſua natura ha-

A bere vim conciliandi ſibi Deum.

Quod ſi intelligeretur concluſio de vi ſupernaturaliter communicata,adhuc concluſio eſt certiſſima, primo quia omnis effectus cõtinetur in cauſa principali, vel æque perfecte,vel perfectius,& nobilius, ergo oporteret gratiam contineri in hac cauſa, his modis, neutrum autem dici poteſt; non primum, quia alioquin productio

B gratiæ eſſet vniuoca,quod videtur repugnare gratiæ; Confirmatur primo, quia in naturalibus etiam ſecluſis primis qualitatibus, nulla datur productio vniuoca in ſecundis qualitatibus; Confirmatur ſecundo, quia hoc videmus eſſe in moralibus etiam, non enim habitus producit habitum;neque illud ſecundum, quia ſublata vnione

C hypoſtatica, & beatitudinis vnione, non poteſt dari participatio Dei, quæ ſit perfectior, quam per formam gratiæ; Secundo, quia gratia neceſſario ſupponit, vt plurimum coniunctionem ſupernaturalem, & amorem Dei ſuper omnia, nulla autem cauſa videtur poſſe tam multa efficere; Tertio, quia etiamſi videatur diſputari poſſe,vtrum ſubſtantia,verbi gra-

D tia, Angeli, aut animæ rationalis, ſit nobilior qualitate gratiæ; attamen certum eſt, quoad aliquem effectum, vt ſcilicet gratia datius ad gloriam, non contineri in nobilitate, & efficientia alicuius cauſæ.

Secunda concluſio, neceſſario dicendum eſt,ſacramenta in ordine ad gratiam habere aliquam rationem cauſæ.

Proba-

Probatur, nam ſi, vt diximus, A ſacramenta habent aliquam efficientiam in ordine ad gratiam, etiam conſequẽter videtur dicendum habere aliquam rationem cauſæ.

Tertia concluſio, neceſſario etiam dicendum eſt, ſacramenta habere aliquam efficientiam in ordine ad effectum ſpiritualem immediate.

D. Auguſt. Probatur ex Auguſtino tract. 80. in Ioann. vbi ait, *eam eſſe vim aquæ* (loquitur de baptiſmo) *vt corpus tangat, & cor abluat*; quod idem habet lib. 19. contra Fauſtũ, *D. Ambroſ.* cap. 11. & cap. 16. D. Ambroſio libro 2. de ſacram. capit. 6. *vt in hoc*, inquit, *ſaculo nexus Diaboli ſolueretur, inuentum eſt ſacramentum, in quo homo viuus moreretur, & viuus reſurgeret*. *S. Leo.* S. Leone Papa, ſermone 5. de Natali Domini, ait, *originem, quam ſumpſit in vtero Virginis, poſuit in fonte baptiſmatis, dedit aquæ, quod dedit matri; Virtus enim altiſſimi, & obumbratio Spiritus ſancti, quæ fecit, vt Maria pareret Saluatorem, eadem fecit, vt regeneret vnda credentem.*

Secundo probatur ex dictis, quibus patet, proprium effectum ſacramentorum eſſe proprie in anima, & id non niſi, quia producit hunc effectum ſpiritualem in anima, ſcilicet gratiam, ergo.

Quarta concluſio, ſacramenta nouæ legis ſunt veræ cauſæ inſtrumentales, partim phyſicæ, partim morales.

Pro explicatione notandum eſt, ſicuti ſupra innuimus, alias eſſe cauſas morales, alias naturales, ex Sayro, & Suario vbi ſupra; naturales illæ dicuntur, quæ per realẽ, & phyſicum influxum efficiunt aliquid; Morales vero ſunt, quæ pendent ex voluntate, & operantur per modum conſilij, imperij, ſuaſionis, impetrationis, & meriti; porro hæ cauſæ tam phyſicæ, quam inſtrumentales diuiduntur in cauſas principales, & inſtrumẽtales; hę autem inſtrumentales *Cauſa naturalis.* *Moralis.* B cauſæ ita coniunguntur cum cauſa principali, vt non habeãt diſtinctam actionem propriam, ſed dependentem, vt fuſius ſupra, & diximus, & oſtendimus.

Notandum ſecundo, Chriſtum ratione iuſtificationis, & gratiæ habere duplicem influxum gratiæ, alterum principalem in genere cauſæ moralis, alterum inſtrumentalem in genere cauſæ phyſicæ, C & quidem ſi agamus de influxu Chriſti morali, multis modis dicitur Chriſtus cauſa noſtræ ſalutis, & iuſtificationis, ſed ex communi ſententia omnes præcipue reuocantur ad tres, per modum meriti, ſatisfactionis, & impetrationis, vt habet Suarius, vbi ſupra ſect. 2. totidem autem modis ſacramenta intelliguntur eſſe cauſa noſtræ iuſtificationis, quatenus enim *Chriſtus dicitur cauſa noſtræ ſalutis.* D Chriſtus inſtituit ſacramenta, obligauit ſacramentis ſua merita, & in ſacramentis Chriſtus meretur, impetrat, & ſatisfacit, & hoc modo dicuntur ſacramenta cauſa gratię, & hæc dicitur efficientia moralis, quæ ideo maxime probanda eſt, quia veram tribuit efficientiã, & noſtra ſacramenta ſufficienter diſtinguit à ſacramentis veteris legis; *Sacramenta ſunt cauſa noſtræ iuſtificationis.*

Digitized by Google

legis; præter hanc autem efficientiam, ſicut diximus, Chriſtum ſuis meritis id eſſe conſequutum, vt actione ſuæ voluntatis produceret omnem gratiam, ita etiam exiſtimandum eſt, meruiſſe Chriſtum, vt ſacramenta ab ipſo inſtituta aſſumerentur à Deo, tamquam inſtrumenta phyſica ad producendam gratiam, quamquã non eſt neceſſe, vt ſacramenta quocumque tempore, modo, & caſu efficerent phyſice gratiam; hoc autem modo explicata concluſio

Probatur, quia, vt minimum, efficientia moralis negari non poteſt, cum Patres, & Concilia, vt dictum eſt, doceant eſſe aliquam in ſacramentis efficientiam, vt habet Sayrus ſup. art. 3. porro efficientia phyſica, licet non videatur ita neceſſaria, non videtur tamen vllo modo neganda ſacramentis nouę legis; tum quia poſſibilis eſt, tum quia cõmuniter recipitur à Theologis, maxime noſtræ ætatis, tum quia videtur pertinere ad dignitatem Chriſti, ad perfectionem legis euangelicæ, & excellentiam ſacramentorum: legendi ſunt Didacus Nugnus ſup. ad art. 1. quæſt. 62. dub. 7. Sayrus ſup. art. 5. & Suarius item ſup. ſect. 2.

Multa hoc loco poni poſſent, quæ contra prædictam noſtram concluſionem obijci poſſunt; atqui, quia illa potius pertinent ad locum, in quo tractatur de ſacramentis in genere, ideo illa omittenda videntur, ne in illis, quæ minus ad rem pertinent, prolixiores videamur.

A Attamen vnum, aut alterum afferemus, ne difficultatem omnino ſubterfugiſſe exiſtimemur.

Et primo quidem obijcit Sotus contra efficientiam moralem, hãc ſcilicet efficientiam non eſſe admittendam, tum quia nõ agnoſcitur à Patribus; tum quia cauſæ morales non ſunt proprie inſtrumenta agentis, ſed illius potius, qui mouet agens, vt qui perſuadet, aut impetrat aliquod beneficium ſuis precibus mouet eum, qui confert beneficium, nemo autem dixerit, preces eſſe inſtrumenta conferentis beneficium, ſed impetrantis; At ſacramenta ſunt inſtrumenta Dei, non autem impetrantis, ergo. *Argumenta Soti contra efficientiam moralem ſacramẽtorũ.*

B

Reſpõdetur, hoc argumẽtũ dupliciter peccare; primo, quia videtur ſupponere, ſacramenta debere eſſe inſtrumenta ſolius Dei, & non eſſe etiam Chriſti, quod tamen falſum eſt, quia, vt ſupra dictum eſt, Chriſtus eſt cauſa principalis moralis, per modum meriti, &c. & ideo vtatur ſacramentis, tamquam inſtrumentis moralibus, neque enim ſunt audiendi ij, qui fatentur quidem, Chriſtum eſſe cauſam principalem in genere meriti; quia Trinitas non poteſt mereri, non tamen eſſe cauſam principalem moralem, quia ad actionem Chriſti, etiam moraliter, concurrit tota Trinitas per modum præcepti, ſuaſionis, & propoſitionis; licet enim verũ ſit, Trinitatem hoc modo concurrere, tamen non ideo negandum eſt, Chriſtũ eſſe cauſam principalem, quia nos loquimur de cauſa principali, non

C

D

vt

vt excludit cauſam vniuerſalem, ſed vt opponitur inſtrumento; quo modo etſi humanæ actiones regulentur à præceptis Dei; tamen dicuntur emanare ab humana volũtate, vt à cauſa principali, ita & actiones Chriſti, &c. & nos, vt probabilius ſupra diximus noſtram voluntatem in ordine ad ſupernaturales actus dici cauſam principalem, contra Suarium 3.p. quæſt.13.diſput.31.à ſect.3. quãquam ibi loquuti ſimus de cauſis in ordine ad effectus phyſicos: ſatis ergo erit inſtrumenta Chriſti eſſe, qui in ſacramentis meretur, &c. nobis. Secundo peccat argumentum oppoſitum, quia non animaduertunt ij, qui ſunt in ea ſententia, poſſe interdum accidere, vt cauſæ morales, quæ mouent agẽs, ſint inſtrumenta agentis, ſi ab ipſo agente principaliter moueantur, verbi gratia, ſi poſſet princeps dare alteri eloquentiam, preces quibus ille vteretur ad ſibi perſuadendum, poſſent illa verba eſſe inſtrumenta principis, hoc autem ineſt in ſacramentis, Deus enim dedit nobis, & Chriſtum, & inſtitutionem Chriſti, & merita, & illis voluit moueri ad conferendam gratiam, quod vero huiuſmodi efficientia moralis non agnoſcatur; Reſpondetur primo multo minus agnoſci efficientiam phyſicam, vnde cum patres doceant aliquam efficientiam, & illa phyſica non ſit neceſſaria, ſatis erit ponere moralem: Reſpondetur ſecundo falſum eſſe, non agnoſci à Patribus hoc genus cauſæ, ſic S. Baſilius lib. de Spiritu ſancto, capit.15. ait,

Genus cauſæ moralis agnoſcitur a Patribus. S. Baſil.

A *Qui nobis vitam diſpenſat Dominus, baptiſmatis pactum nobis ſtatuit, mortis quidem imaginem, implente aqua, ſpiritu vero vitæ arrham præbente*, S. Ambroſ. libro primo de ſacram. cap.5. *aliud*, inquit, *eſt elementum, aliud conſecratio; aliud opus, aliud operatio; Aqua opus eſt, operatio Spiritus ſancti eſt*. S. Hieronymus in Matth. 3. & in cap.4. Iſa. *Aqua*, inquit, *ex-*

S. Ambroſ.

S. Hieron.

B *hibens forinſecus ſacramentum gratiæ, & ſpiritus operans intrinſecus, beneficium gratiæ, ſoluens vinculum culpæ, reconcilians bonum naturæ, regenerans hominem Chriſto*; ad idem multa habent S. Auguſt. epiſtola 23. & lib.3. de bapt. contra Donat. cap.10. Cyprianus in ſerm. de bapt. Chriſti, ex quibus ſatis patet, Patres loqui de efficientia morali; nam aſſerunt quidem

S. Auguſt.

S. Cyprian.

C ſacramenta eſſe cauſas gratiæ; ſed tamen efficientiam ſoli Deo dant, quamquam nullo modo intendamus negare, dari efficientiam phyſicam, etiam in ſacramentis. ſed intendimus ſolum, moralem eſſe magis neceſſariam, vt ſine hac nullo modo intelligi poſſint ſacramẽta conferre gratiam, ad modum explicatum, cum tamen ſine efficientia phyſica adhuc poſſint con-

D cipi.

Secundo poteſt obijci contra efficientiam eamdem; Gratia eſt quidam effectus realis, ergo debet habere cauſam realiter producentem, ergo phyſicè producitur à ſacramentis, ergo non moraliter; Confirmatur, quia eſſe cauſam moralem, eſt quid rationis, non poteſt autem effectus

realis

Digitized by Google

realis pendere ab ente rationis, A ergo.

Reſpondetur hoc argumentum probare effectum realem, & phyſicum debere habere aliquam cauſam phyſicam, non tamen probat, quidquid aliquo modo concurrit ad effectum, eſſe cauſam phyſicam, verbi gratia, interimere hominem effectus phyſicus eſt, attamen non eſt neceſſe, vt quicumque præ- B cipit hunc effectum, ſit cauſa phyſica. Ad confirmat. reſpondetur eſſe moralem cauſam, non eſſe penitus ens rationis; ſed ens morale pendens à ratione, & poſſe habere effectum realem, quia habet fundamentum reale, ſicut uis legis, & præcepti eſt quid morale, & pendet ab inſtitutione legislatoris, habet tamen effectum realem, & veram obliga C tionem ſic in re noſtra, &c.

Moralis cauſa nō eſt ens rationis.

Ex dictis colligitur, adhuc ſufficienter in eorum ſententia, qui in ſacramentis ponunt efficientiam moralem, diſtingui illa à ſacramentis veteris legis: quia noſtra ſacramenta non tantum per præſentiam, ſed per verum, & realem influxum ex opere ope rato conferunt gratiam, cum ta- D men ſi quam conferrent gratiam, non vi ſacramenti, ſed vi fidei, conferrent ſacramenta veteris legis, vt docuit Canus ſupra.

QVAESTIO QVARTA.

An in ſacramentis ſit aliqua virtus productiua gratiæ.

IAm oſtendimus in ſacramentis eſſe vim effectiuam gratiæ, quia vere efficiunt gratiam, nunc oſtendere opus eſt, quæ ſit hæc virtus effectiua: in quo variant Doctores, præcipue in ſchola Thomiſtica, dum exponunt S. Thom. qui vbi ſupra articu. 4 affirmauit, in ſacramentis eſſe virtutem productiuam gratiæ: Variant autem, quia per illam virtutem Paludanus in quarto diſt. 1. quæſtio. 1 intellexit virtutem corpoream, quæ in materiali elemento ſubiectetur, Capreolus ponit eſſe virtutem ſpiritualem ibidem. Caietanus nullam agnoſcit virtutem, ad modũ qualitatis permanentis, & inhærentis; ſed dicit eſſe motum diuinum, quo ſacramenta mouentur ad efficiendam gratiam: Cæteri verum Thomiſtæ in omnibus ſacramentis conantur ad inuenire aliquam actionem præuiam connaturalem ipſis ſacramentis, vt eleuari poſſint ad gratiam efficiendam, quæ actio, & motio recipiantur in corpore, id quod aſſerunt ſufficere, vt deinde poſſint ſacramenta dici efficere gratiam, corpori coniuncta, ſic philoſophatur Ferrarien. libro quarto, contra Gent. capitulo 56. Nugnus vbi ſupra dubio ſeptimo, Aluarez lib. 7.

S. Thom.
Quæ ſit iſta virtus productiua gratiæ.

de

de aux.diſp.68. Sotus in 4. d.1. q. 3.art.4.

Contra hanc qualitatem, & motionem, multa habent Scotus in 4.diſt.1.quæſt.5.§.contra iſtam opinionem, Durandus ibidem q. 5.num.11.18.& 27.cum ſequentibus. Thom. de Argent.in 4.diſt. 2.quæſt.1.artic.2.concl.1.& 2.Belarminus lib. 2. de effectu ſacram. cap.11.Coſmus Phil.lib.1.de ſacr. in com.cap.4.Suarium,vbi ſup.ſectione 1.Sayrus lib. 5.citato articu. 7.Gabr.4.diſt.1.quæſt.1.articul.2. concl.4.

Alia ratio eſt inſtrumẽtorum Dei, & artificis.

Notandum primo ex Belarm. loco citato, & deſumptum eſt ex Durando vbi ſupra num.18. plurimum intereſſe inter inſtrumenta, quæ aſſumuntur ab artifice, & quæ aſſumuntur à Deo; nam inſtrumenta,quæ aſſumuntur ab artifice, habent duas applicationes; alteram, qua agens applicat ſibi inſtrumentum, & hæc applicatio eſt in agente; ſecundo habet alteram applicationem,qua inſtrumẽtum applicat ad opus, in Deo vero nullo modo requiritur prima applicatio,quia Deus omnibus rebus intime adeſt; requiritur tamẽ ſecunda, vt velit applicare; tertio in applicatione inſtrumenti ad effectum in inſtrumento artificiali, aut naturali, requiritur in inſtrumento aliqua diſpoſitio in ordine ad effectum, vt verbi gratia, in ſerra debet eſſe quoddam acumen, & acies ad ſcindendum; in Deo vero huiuſmodi diſpoſitio inſtrumenti, non eſt neceſſaria, quia nõ pendet à diſpoſitione inſtrumenti; ſed vt dicit Gabriel, poteſt ipſe

A ſupplere hanc diſpoſitionem, vnde ſequitur, poſſe inſtrumentum artificis neceſſario requirere contactum, quod non neceſſario requiritur in inſtrumento Dei.

Notãdum ſecundo ex ijſdem, Deum poſſe vti inſtrumento duobus modis; primo, ita vt ad ſolam præſentiam inſtrumenti ſine influxu ipſius inſtrumenti operetur; ſecundo,ita vt & ipſum inſtru-
B mentum aliquid efficiat, quod poteſt contingere dupliciter, primo vt ille influxus conueniat inſtrumento ex natura rei, vt ſerræ conuenit ſectio, ſecundo vt influxus ſit per diuinam aſſiſtentiam additus, & tunc intelligitur Deus plus efficere, quando vtitur inſtrumento,quam ſi non vteretur; quia prę
C ter effectum, qui ſemper eſt, datur terminus actionis diuinæ in inſtrumento,qui eſt ille influxus, qui recipitur in illo.

Notandum tertio ex ijſdem, Virtutem ſacramenti poſſe conſiderari,vel in ſolo elemento,vel in ſolis verbis,vel in vtriſque; in ſolo quidem elemento,quando ex parte miniſtri ſolum elementum applicatur, vt in Euchariſtia; in verbis autem, quando fit, vt ex parte
D miniſtri tantùm miniſtrentur verba,vt in Pænitentia,& conſecratione Euchariſtiæ; in vtriſque denique, quando vtrumque miniſtratur à miniſtro. His præhabitis ſit

Prima concluſio, ſi ſpectemus modum dicendi, dicendum videtur in ſacramentis eſſe virtutem producendi gratiam.

Probatur ex communi modo loquendi Sanctorum Patrum, ex quibus

quibus aliqui dicunt ſacramẽtum non habere vim ſanctificandi, niſi prius deſcendat Spiritus ſanctus, alij alijs modis: Inter quos

S. Ambroſ. S. Ambroſ. lib. primo de ſacrament. cap. quinto, *Non ſanat*, inquit, *aqua, niſi Spiritus ſanctus deſcenderit, & aquam conſecrauerit*, & lib. 4. capit. 4. *Si tanta vis eſt in ſermone Domini Ieſu, vt inciperent eſſe, quæ non erant, quanto magis operatorius eſt, vt ſint, quæ erant, & in aliud commutentur?* libro ſecundo de pænit. cap. ſecundo, *impoſſibile*, inquit, *videbatur, vt peccatum ablueret aqua, & Naaman Syrus lepram ſuam mundari per aquam poſſe non credidit, ſed quod impoſſibile erat, Deus fecit poſſibile eſſe, qui tantam nobis donauit gratiam*, idem habet lib. 3. de Spiritu ſancto, cap. 11.

Chryſoſt. Chryſoſt. hom. 25. in Io. *Quod*, inquit, *eſt matrix embrioni, hoc eſt fidei aqua. Siquidem in aqua fingitur, & formatur: nam primum dictum eſt, producant aquæ reptile animæ viuentis, ex quo autem Iordanis alueum ingreſſus eſt Chriſtus, non amplius reptilia animarum viuentium, ſed animas rationales, & ſpirituales aqua producit*, idem habet hom. 39. in Geneſ. & hom. 16. ad Roman.

[Cyp]rian. Cyprianus in ſerm. de vnctione chriſmatis, *in ſacramentis*, inquit, *virtus diuina operatur, adeſt veritas ſignificans, & ſpiritus ſacramenti, vt & ipſis rerum efficientijs gratiæ dignitas appareat*, & idem habet ſermone de Cęna Domini, & libro tertio, epiſtola octaua ad Fidum, & alibi etiam.

S. Auguſt. Auguſtinus tract. 80. in Ioann. *Vnde tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat*, libro 3. de baptiſ. contra Donat. c. 1. *diuina virtus*, inquit, *ſacramento ſuo aſſiſtit, ſiue ad ſalutem bene vtentium, ſiue ad perniciem male vtẽtium*, quod idem habet epiſtola 23. in pſal. 77. lib. 3. de baptiſ. contra Donatiſtas, lib. 4. c. 22. & lib. 19. cont. Fauſtum, cap. 11.

Tertull. Tertullianus hanc eamdem cõcluſionem probat, ab effectu ſcilicet, deſcribens in ſacramentis hãc virtutem, in lib. de reſurrectione carnis, *caro*, inquit, *abluitur, vt anima emaculetur, caro vngitur, vt anima conſecretur, caro ſignatur, vt anima muniatur, caro manus impoſitione adumbratur, vt anima ſpiritu illuſtretur, caro corpore Chriſti, & ſanguine veſcitur, vt anima de Deo ſaginetur*; quod idem habet in lib. de baptiſm.

Gregor. Chryſoſt. Leo. S. Thom. Ad idem tendunt Greg. lib. 6. in 1. Reg. cap. 3. Chryſoſt. homilia 60. ad pop. Antioch. Leo Papa ſermone 4. de Natiu. Domini, S. Tho. 3. p. q. 62. art. 1. & 3.

Conc. Trid & Florent. Secundo probatur cõcluſio ex Concil. Trid. ſup. relat. ſeſſ. 7. cano. 6. & Florent. vbi dicuntur ſacramenta noſtra continere, & conferre gratiam.

Tertio probatur ratione, quia vt patet ex dictis, ſacramenta effectiue, & phyſice cõcurrunt ad gratiam, ergo vim habẽt aliquã effectiuam. Confirmatur, quia nõ alia rõne ſacramenta dicuntur cõtinere gratiam, niſi quia continent illam virtute quadam effectiua.

Secunda concluſio; Vis productiua gratiæ, quæ eſt in ſacramentis, non diſtinguitur à ſacramento, tamquam qualitas, aut habitus inhærens.

Hanc concluſionem habent cõmuniter omnes Theologi præter illos, quos ſupra citauimus.

Probatur primo, quia ſi huiuſmodi virtus eſt ſpiritualis, vt vult Capreolus, non poteſt ſubiectari in ſacramento corporeo, ſi autem eſt corporea, tunc non poterit habere proportionem ad gratiam, quæ eſt virtus ſpiritualis, vt aſſerit Durandus vbi ſupra.

Secundo probatur, quia non poteſt aſſignari ſubiectum huius virtutis, ſacramenta enim conſtant rebus, & verbis, non poteſt autem in rebus tam diuerſis ſubiectari vna virtus; Cõfirmatur, quia cum ipſa verba diſcreta, & diſtincta ſint, requirunt ſingula ſuam virtutem, imo vero in ſingulis ſyllabis deberet eſſe propria virtus.

Vltimo, quia non poteſt intelligi, quænam virtus creata poſſit producere, & tranſmutare panẽ, & vinum in corpus Chriſti; Confirmatur, virtus, quæ per modum permanentis inhæret ſubiecto; præterquam quod ad modũ principalis agentis attingit effectum principalem, habet propriũ actũ, & propriam actionem, neutrum autem aſſignat in hac virtute.

Plura pro hac ſententia petantur, vt omittamus antiquiores Scholaſticos, Durandum, & Gabrielem vbi ſupra, à Moderníoribus, quos ſupra citauimus, Belarmino, ſcilicet Suario, Sayro, & Coſma Philiarcho, Cano p.4. de ſacrament. &c.

A

Si petas, Quid ſit iſta virtus ſacramentorum, qua phyſice cõcurrunt ad gratiam?

Quæ ſit hæc virtus ſacramentorũ.

Reſpondetur ex D. Tho. 3. p. q. 62. art. 4. ad 1. & in 4. d. 8. q. 2. ar. 3. ad 4. Caietan. in 3. p. q. 78. articu. 4. Belarm. lib. 2. de ſacram. capit. 11. Henriquez lib. primo de ſacramẽt. in genere, ca. 17. Suario 3. p. quæſt. 13. diſput. 31. ſect. 8. & q. 62. diſp. 9. ſect. 2. Sayro lib. 5. de ſacr. in genere, cap. 3. art. 9. Barthol. Medin. 3. par. quæſt. 13. art. 2. Coſma Philiarc. lib. primo de ſacram. in com. capitu 4. & alijs; ex parte quidem Dei, nihil aliud eſſe, quam aſſiſtentiam illam ad motum, quando ſcilicet ſacramenta actualiter mouentur, ad eum modum, quo cum per auxilium particulare eleuat, aut intellectum, aut voluntatem, dat vim illis producendi effectum ſupernaturalem, vbi intelligimus cauſam ſecundam aliter ſe habere in ordine ad effectum, non quia recipiat qualitatem inhærentem; ſed quia recipit motum: ex parte vero ſacramenti nihil eſt aliud, niſi ipſum ſacramentum, vt eſt in potentia obedientiali, qua poteſt aſſumi à Deo ad quemcumque effectum, qui non repugnat; Virtus autem, quia moraliter concurrit ad gratiam, eſt ipſamet inſtitutio Chriſti, & applicatio meritorum eiuſdem, quæ illis intelliguntur applicata, & operari in vſu ſacramenti, ſic S. Auguſt. tractat. 5. in Ioann. libro 4. contra Creſconium Græcum, cap. 20. lib. 4. contra Donat. cap. 4. Chryſoſt. hom. 8. in primam

S. Thom.

B C D

S. Auguſt.

Chryſoſt.

Digitized by Google

Ambroſ. mam ad Corint. Ambroſ. lib. de iјs, qui myſterijs initiantur, c. 5. Atque hæc de hac quæſtione.

QVAESTIO QVINTA.

Vnde ſacramenta habeãt virtutem conferendi gratiam.

HOc quinto loco merito inquirendum à nobis eſt; Vnde ſit hæc virtus ſacramentalis; nam cum dictum ſit ſacramenta noſtra habere tantam vim conferendi, ſcilicet, gratiam, examinandum venit; vnde nam effluxerit tanta virtus.

Porro circa hanc quæſtionem iam eſt communis cõſenſus Theolog. vim ſacramentorum pendere à meritis Chriſti, ita Alex. Halen. in 4. p. q. 8. m. 4. art. 2. D. Tho. in 4. d. 1. art. 4. quæſt. 3. Tho. de Argent. d. 5. q. 1. art. 2. Durand. indicat ibid. q. 3. & 4. S. Bonau. ad proœmiũ 4. ad finem. Scotus d. 2. q. 1. Richard. d. 1. art. 4. q. 3. Sotus q. 3. ar. 5. ſequuti Magiſt. ſent. in 4. d. 2. ex Modernioribus ſunt omnes, Belarm. lib. 1. de eff. ſacr. ca. 9. Suarius ſup. diſp. 9. ſect. 2. Sayrus lib. 5. ſup. c. q. 1. ar. 8. Valent. to. 4. diſp. 3. q. 3. nume. 1. Didacus Nugnus ad art. quintum vbi ſup. Caietanus ibidem, Canus p. 5. de ſac. ad finem. *S. Thom.*

Difficultas tantum in eo eſt, qđ cõiter dicitur, ſacramenta pẽdere à paſſione, aut à morte Chriſti, vel quod dicantur ſacramenta manaſſe à latere Chriſti. Pro ſolutione ſit

A Prima concluſio. Vis, qua ſacramenta phyſice concurrunt ad gratiam, principaliter emanat à beneplacito diuinæ voluntatis.

Probatur, quia ſicut Deus principaliter ſolus poteſt producere gratiam, & remittere peccatum, ita etiam poteſt ſolus aſſumere inſtrumenta, & communicare vim producendi gratiam.

B Diximus principaliter, quia non videtur negandum ad hanc vim inſtrumentaliter, ad modum inſtrumenti coniuncti, concurriſſe etiam actum voluntatis creatæ Chriſti, quatenus ſua voluntate ipſe determinauit inſtrumenta materialiter accepta.

C Secunda concluſio; Quamquã omnia Chriſti merita potuerunt concurrere ad ſacramenta, & de facto concurrunt; præcipue tamẽ dicuntur ſacramenta pendere à paſſione Chriſti.

Prima pars probatur, quia omnes actiones Chriſti, ratione ſuppoſiti, ſunt infiniti valoris, vt tenet tota ſchola Scholaſt. S. Tho. 3. p. q. 1. art. 2. ad 2. q. 7. art. 11. ad 2. & in quol. 2. art. 2. Alex. Halen. 3. p. q. 17. m. 5. art. 2. S. Bonauent. in 3. d. 3. art. 1. q. 2. Richard. ibidem art. 1. D quæſt. 2. Palud. in 3. d. 20. qu. 2. art. 2. Capreol. ibidem, concl. 2. Caietanus 3. p. q. 1. artic. 2. & Medina ibidem, Ferrar. lib. 4. contra Gentium, cap. 55. Sotus lib. 3. de Nat. & gratia, cap. 6. And. Vega lib. 7. in Concil. Trid. cap. 8. & 9. Suarius 3. p. q. 1. art. 2. diſput. 4. ſect. 4. & alij communiter. *S. Thom.* *S. Bonau.*

Secunda pars cõcluſionis probatur primo ex ſac. ſcript. ad Rom. 3. *Paul. ad Roman.*

Hh 2 vbi

vbi dicitur, *iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius*, en quomodo teſte D.Th.3.p.quæſt.62.ar.5. datur à D.Paulo remiſſio peccatorum ſanguini Chriſti: Quod idẽ habetur Apoc.1. *Dilexit nos,& lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo*.1.Ioan.1. *Sanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato*, quod idem habetur. 1.Petri 1.ad Heb.9.& 10.1.Cor.6. Iob denique dicens,cap.6. *Vtinam appenderentur peccata mea, & calamitas,quam patior,in ſtatera,quaſi arena maris hæc grauior appareret*, quæ verba ad Chriſtum refert Greg.tum lib.7.Moral.cap.2.tum in Pſalm.129.in illa verba, *Apud Dominum miſericordia,& copioſa apud eum redemptio*.

S.Thom. Apoc.1. 1.Ioan.1. 1.Pet.1. Pau ad He. Ad Cor. Iob.6. Gregor.

Secundo probatur auctoritate Sanctorum Patrum, Damaſc.libro 3.c.15.& 19.Clem.Roman.lib.3. conſtit.Apoſt.c.27.& lib.7. ca.23. S.Chryſoſt.hom.84.in Ioã.Cyrill. Alexand.lib.12.in Ioan,ca.39. D. Ambroſ.cap.2.de ſacr.c.2.& lib.5. capit.1.S.Hieronym.epiſtola 83. quæ eſt ad Oceanum,& lib.2.contra Pelag. S.Aug.lib.15.de Ciuit. cap.26.in Pſ.138.& tractat.15.& 120.in Ioan.Leo.epiſtola 4.cap.6. S.Damaſcen.lib.4.capitulo 10. Beda in capit.19.Ioann. Innocentius Tertius cap.Cum Marthæ de celeb.miſſ.

Damaſc. Clem.Rom. Chryſoſt. Cyril.Alex. Ambroſ. Hieronym. Auguſt. Leo. Damaſc. Beda. Innoc.iij.

Tertio probatur auctoritate Cõcil. Later.de ſum.Trin.& fid. cath. c.Firmiter,& Concil.Trid.ſeſſ.5.in Decreto de peccato originali, vbi A dicitur, illud tolli per ſanguinem Ieſu Chriſti, & nobis per baptiſmum applicari.

Conc. Later. & Trid.

Quarto probatur, quia meritũ Chriſti præcipue tribuitur paſſioni, ſiue propter excellentiam operis, ſiue propter quamdam Antonomaſiam, ſiue quia tota vita Chriſti, quæ vnica actio cenſetur, cõtinuatur in ratione meriti, quæ terminatur in paſſione ex diuina B ordinatione, vt habetur ex D.Paulo, præſertim ad Hebr.10. legantur Suarius 3.p.q.1.art.2.diſput.4. ſect.4.Sotus in 4.diſt.1.q.3.art.5. ſiue quia paſſio Chriſti continet neſcio quam maioritatem doloris, vt habet S.Th.3.p.q.4.art.6. Vnde illud Thren.1. *Attendite,& videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus*, legatur Sayrus vbi ſupr.c.6.art.2. lib.5.

Paul.ad Hebr. S.Thom. Thren.1.

C Obijcitur, ſunt aliqua ſacramẽta, quæ ſunt inſtituta ante paſſionem, Ioan.3.de baptiſmo; non potuit ergo hic habere vim à paſſione. ergo non omnia ſacramẽta habuerũt illã virtutẽ a paſſione Chri.

Ioan.3.

Reſpondetur ex Scoto in 4.di. 2.q.1.ad 2.Richard.diſt.1.art.4.q. 3.ad 2.& Soto q.3.art.5. Sayr.ſup. lib.5.q.2.c.6.ar.2.ſacramenta habuiſſe vim à paſſione Chriſti, non D vt exhibita actu exteriori, ſed vt oblata actu interno,& acceptata à patre, in inſtanti.n. conceptionis, Chriſtus obtulit ſe patri, & addũt nõ eſſe improbabile, hæc ſacra, quę ſunt inſtituta ante paſſionem, habuiſſe minorem vim ſanctificãdi, quam poſt paſſionem, quod ẽt docuit Didacus Nugnus vbi ſup. ad ar.5.D.Tho. neque videri illud abſurdum,

Quomodo baptiſmus ante mortẽ inſtitutus dicatur habuiſſe viam paſſione.

ſurdum, quia ſacramenta non erant inſtituta pro illo ſtatu, ſed poſt ſtatum conſequentem; Addit Nugnus loco citato, quod maxime placet; opera Chriſti non quidem phyſice, ſed moraliter potuiſſe etiam tunc ante paſſionem, habere vim à paſſione Chriſti futura, ſicut merito paſſionis iuſtificati ſunt Patres antiqui, vt alibi oſtenditur.

Quare dicantur ſacramenta manaſſe ex latere Chriſti.

Si petas, quare communiter dici ſoleat, ſacramenta manaſſe ex latere Chriſti, nam non videtur illud vulnus habere vim merendi, cum iam Chriſtus eſſet mortuus, cum vulneratus fuit, at ad rationem meriti, vt alibi dicitur, requiratur, vt is, qui meretur, ſit in via teſte D.Tho.3.p.q.57.art.7.& tamen adhuc dicuntur ſacramenta habuiſſe vim ex illo vulnere, vt habent Cyrillus, Chryſoſt. Theophil. in c.19.Ioan. Ambroſ. lib.10. in Luc.c.105. Auguſt. lib.15. de Ciuit.c.26.& in Pſal.65.

D.Thom.

Cyrill. Chryſoſt. Theophil. Ambroſ. Auguſt.

Reſpondetur miſſis multis ſolutionibus, quas fuſius affert, & cõfutat Sayrus vbi ſup.c.6.q.3. breuiter videtur dicendum, vulnus illud, vt præuiſum, & volitũ, habuiſſe vim merendi, ita Medina ad 3. p.q.50.artic.6. quamquam id non placet Sayro, ſed immerito, & ſine vllo fundamento. Poſſumus etiam reſpondere, Patres citatos non ſignificaſſe de facto fluxiſſe ſacramenta de latere Chriſti, ſed vim ſanctificandi, quę ineſt in ſacramẽtis, fuiſſe ſignificatam in illo fluxu, vt colligitur ex cap. iam citat. Marthæ de celeb. miſſ. & ca. Firmiter de ſum. Trin. & c. ſic S.Tho.3.p.

Reijcitur Sayrus.

A q.62.art.5. Scotus in 4.d.2. p.1. in fine. Sotus in 4.d.1.q.3.ar.5. Greg. de Valent.to.4. diſput.3.q.3. puncto 1. Didacus Nugnus ſup. ad art. 5.& alij. Addi poteſt ſanguinem effuſum in illo vulnere ratione rei fuiſſe meritorium, quia erat precium, quo Chriſtus merebatur, obtulit enim Chriſtus ſuam vitam, & ſanguinem pro precio.

B Alia quæ poſſent deſiderari circa præſentem difficultatem, à materia de ſacramentis in genere peti poſſunt.

QVAESTIO SEXTA.

Quænam ſit gratia ſacramentalis.

C OStendimus huc vſque cauſam efficientẽ gratiæ, nunc de ipſa gratia diſputandum eſt.

1. Difficultas autem eſt, An gratia, quæ eſt effectus ſacramenti, vt dictum eſt, diſtinguatur à cauſa iuſtificante, & quomodo.

Notandum eſt, ex Concil. Florent. & Trid. ſup. relat. primo, certum eſſe per ſacramenta nouæ legis conferri gratiam habitualem; D omnibus non ponentibus obicẽ; & hoc adeo certum eſt, vt contrarium ſit contra fidem, vt tenet cõmunis conſenſus Doctorum, ſecũdo certum etiam eſt, ſacramenta omnia poſſe conferre gratiæ augmentum, ſi iam reperiant ſubiectum gratum, hoc ſequitur ex dictis; nam ſi non habenti obicem detur gratia, ergo etiam iam habẽti augebitur ex eadẽ ratione, vn-

Conc. Flor. & Trid.

Onuph. de Panit.

Digitized by Google

Conc. Trid. de Concil. Trid. ſeſſ. 7. can. 7. dixit, *Si quis dixerit, non dari gratiam per huiuſmodi ſacramẽta ſemper, & omnibus, quantum eſt ex parte Dei, ſed aliquando & aliquibus, etiamſi recte ea ſuſcipiant, anathema ſit*: ex quibus patet, in ſacramẽtis, non ponentem obicẽ ſemper recipere gratiã; ſed qui iam eſt in gratia, accedens ad ſacramentum, nõ ponit obicem, ergo recipit gratiam, vel augmentum eiuſdem, ſi illam iam habeat. Tertio etiã certum eſt, non omnia ſacramẽta nouæ legis eſſe, ex propria ratione, inſtituta ad dandã primã gratiam, ſicut neque omnia ad dandũ augmẽtũ eiuſdẽ, ſed quædam eſſe per ſe primo inſtituta ad dandã primã gratiã; alia vero ad augmẽtũ, id quod manifeſte patet diſcurrendo per omnia ſacramẽta, nam ſi inſpiciatur ratio ſacramẽtorum Baptiſmi, & Pænitentiæ, certe illa videtur primo inſtituta ad dandam primã gratiam, qua primo tollantur peccatum originale, aut actuale mortale, quod ſi inſpiciatur ratio confirmationis, Euchariſtiæ, & cæterorum ſacramẽtorum, illa potius eſt primo ad augmentũ gratiæ, vt patet: legatur Suarius ſup. ad 3. p. q. 62. diſput. 7. ſect. 2. in initio. Quarto certum etiam eſt, omnia ſacramenta poſſe aliquando conferre primam gratiam, id quod etſi non ita ſit certum, ſicut & priora tria, atqui certe nobis ſemper viſum eſt probabilius; & ratio in cõmuni eſt quia, vt eſt iam dictum, omnia ſacramẽta inſtituta ſunt ad dandũ aliquẽ gradũ gratię, ergo ſubiecto non habenti obicẽ, ſemper illũ cõferunt, vel per modum augmenti, ſi gratiam iam habeat, vel per modum primæ gratiæ, ſi nondum habeat, & non ſit iuſtificatum; eſt caſus ſi quis, v.g. accederet ad ſacramentum aliquod bona fide, putans ſe eſſe iuſtificatum, & haberet attritionem de peccatis, certe ex parte recipientis nõ poneretur obex, ergo ex parte ſacramẽti neque repugnabit, tunc dari primam gratiam; & probatur, quia vt ſacramentum conferat gratiam, ſolum requiritur, vt qui illud ſuſcipit, nõ ponat obicem, ſed ille nõ poneret obicem, ſic accedẽdo, ergo. Vltimo certum eſt ex communi omnium ſententia, virtutes infuſas, & dona Spiritus ſancti ſimul infundi, & ſimul augeri, cum infunditur, vel augetur gratia ſanctificãs, & ratio eſt, quia virtutes, & dona Spiritus ſancti ſunt veluti paſſiones, & proprietates cõſequẽtes gratiã, ergo ſi cũ datur forma datur etiã ipſe proprietates, & paſſiones ipſam conſequẽtes, et cũ ipſa forma intẽditur, aut remittitur, remittẽtur ipſe paſſiones ex eadem ratione, ſequela de ſe patet. Hoc poſito

Alij dixerunt, Gratiam ſacramentalem ſolo nomine, & ſola ratione diſtingui a gratia donorum, & à gratia iuſtificante, ita Gabr. in 4. d. 2. quæſt. 1. artic. 3. dub. 2. & alij quos refert Paludanus in 4. diſt. 1. quæſt. 3.

Alij viſi ſunt dixiſſe, gratiam ſacramentalem eſſe alium habitum realiter diſtinctum à gratia communiter dicta, ita Palud. vbi ſupra. Capreolus diſt. 2. q. 3. quamquam hic exiſtimet, gratiam ſacramen-

talem

Digitized by Google

talem nihil aliud eſſe, quam characterem, & ornatum.

Alij exiſtimarunt, gratiam ſacramentalem, & gratiam gratum facientem, eſſe eumd. habitũ realiter, ita S. Thom. 3. part. quæſt. 62. art. 2. Caietan. Didacus Nugnus, ibidem Sotus in 4. diſt. 1. quæſt. 3. art. 2. Thom. de Arg. diſt. 2. quæſt. 2. art. 2. concluſ. 2. Greg. Valen. to. 4. diſput. 4. quæſt. 3. pun. 2. Suarez, ſup. diſput. 7. ſect. 3. videntur accedere Alb. in 4. diſt. 1. Halenſ. 4. par. quæſt. 5. mem. 4. art. 2. §. 1. S. Bona. in 4. diſt. 1. art. 1. quæſt. 6. Richard. art. 4. quæſt. 4. quãquam non conueniant hi, in quo poſita ſit hæc diſtinctio.

S. Thom. *S. Bonau.*

Notandum eſt, præter illũ effectum ſacramentorum, quem ſup. prænotauimus, eſſe, & reperiri in omnibus ſacramentis: habere ſacramenta ſingulares effectus, & patet in ſacramento quidem extremæ vnctionis; quod habet præcipue, tollere reliquias peccatorũ; confirmationis dare robur ad fidẽ Chriſti proteſtandam; Euchariſtiæ ad nutriendam charitatem; ordinis ad ſancte, & religioſe exercendas ſacras functiones, ad cultũ Dei ſpectantes; matrimonij ad ponendam ſanctitatem, & fidelitatem inter coniuges; baptiſmi, & pænitentiæ ad infuſionem primæ gratiæ, & remiſſionem peccatorum. Vnde Concil. Florent. in inſtitutio. Armeniorum dixit, quodlibet ſacramentum habere proprium effectum; legantur Tertullianus lib. de reſurect. carnis Chryſoſto. hom. 60. ad Pop. Antioch. vnde patet, gratiam ſacramentalem nihil

Conc. Flor. *Tertull.* *Chryſoſt.*

A eſſe aliud, quam ipſam gratiam iuſtificantem, quatenus per tale, & tale ſacramentum ordinatur ad talem, & talem finem, ſecundum proprium cuiuſq; ſacramenti effectum: his poſitis

Prima concluſio, gratia ſacramentalis, à gratia donorum non diſtinguitur ſolo nomine, aut ſola ratione, ſed ex natura rei.

Quid ſit gratia ſacramentalis.

B Probatur, quia niſi admittamus ſacramenta aliquid realiter efficere diſtinctum, fruſtra videtur etiam tanta diuerſitas ſacramentorũ; Confirmatur, quia alioquin liberum eſſet hominibus expiare ſuum peccatum per quodlibet ſacramentum.

Plura pro hac noſtra concluſione habent Sotus in 4. diſt. 1. quæſt. 3. art. 2. Suarius ſupra ſect. 3. Sayr. C lib. 5. cap. 5. quæſt. vnica art. 2. Nugnus vbi ſupra ad 3. part. quæſtio. 62. art. 2.

Sequitur primo, non poſſe eſſe tantam diſtinctionem inter gratias ſacramentales, quantam excogitauit Paludanus, qui vult diſtingui tamquam qualitates diſtinctas, quia ad ſaluandã diuerſitatem effectus, non eſt neceſſaria tanta diſtinctio, vt patet exemplum D lucis ſolis, quod affertur à Thoma de Argent. ſupra ad hoc ipſum probandum, radius n. ſolis adhuc vnus exiſtens realiter, poteſt liquefacere ceram, exiccare terram, qui ſunt contrarij effectus, ergo ab vna & eadem qualitate poſſunt eſſe diuerſi effectus, ergo non eſt illa diſtinctio inter gratias ſacramentales.

Sequitur ſecundo, neque eſſe

probandã ſentẽtiam Nominaliũ, A aſſerentium ſolo nomine, aut ſola ratione illa diſtingui, quia ſic nullo modo diſtinguerentur; quod eſt manifeſte falſum, vt clare patebit ex ſequenti concluſione, & probatur, quia cum reperiamus in effectibus ſacramentalis gratiæ donorum, & iuſtificantis diuerſitatem, recte colligimus aliquam rationẽ diſtinctionis in ipſo principio, vnde illa diuerſitas emanat. B

Sequitur tertio, neque etiam probari ſententiam Capreoli, vbi ſupra; nam certum eſt etiam in ſententia D. Thomæ, gratiam ſacramentalem diſtingui a charactere, quia S. Thom. diſputat de gratia ſacramentali in 3. parte q. 62. cum tamen de charactere diſputet in quæſt. 63. vt de ſecundario quodam effectu ſacramentorum: C accedit quod ille ornatus, vt iam dictum eſt, omnino confictus eſt: vltimo quia alium effectũ operatur character in anima, ac operetur gratia ſacramentalis, vt patet diſcurrenti per omnia ſacramẽta; & quidem de baptiſmo, vt cætera omittamus, patet euidenter, nam effectus characteris baptiſmi, eſt efficere, vt baptizatus à non baptizato diſtinguatur, & hominem aliorum ſacramentorum capacem conſtituere; at vero gratię baptiſmalis eſt, hominem in vitam nouam regenerare, & membrum Chriſti efficere.

S. Tho.

Secunda concluſio, gratia ſacramentalis diſtinguitur quidem ex natura rei formaliter à gratia donorum, non tamen realiter.

Prima pars cõcluſionis patet ex dictis: ſecunda autem pars probatur, quia effectus ſacramentorum, cùm poſſint manare ab habitibus infuſis, non oportet ponere eſſentialem, & realem diſtinctionem: Confirmatur, quia omnia poſſumus ſaluare ſine reali diſtinctione, & multiplicatione entium, poſita ſola diſtinctione formali, vt patet exemplo lucis allato.

Plura pro hac concluſione libẽter afferremus, niſi id alium peteret locum, ſcilicet materiam de ſacram. in genere, interim legantur Thom. de Arg. Suar. Nug. Sayrus, vbi ſupra.

Sequitur primo, gratias ſacramentales magna ex parte accedere ad gratias gratis datas; tũ quia ſicut gratiæ gratis datæ non ponũt habitum in anima, ſed tantum ordinem quemdã ad actiones, ita ẽ gratia ſacramentalis non ponit habitum, tum quia gratia ſacramentalis, vt ſic, non coniungitur neceſſario cum gratia iuſtificante; ſed ſine illa infundi poteſt, nam ſi quis ficte recipiat ſacramẽta, vere ſiue propter characterem, ſiue propter ipſam materialem ſuſceptionem ſacramenti, recipit illum D ordinem ad actiones ſacramentales, & tamen non recipit gratiam iuſtificantem; ſi quis deinde recepto ſacramẽto, & recepta gratia, peccet, amittit quidem gratiã iuſtificantem; non tamen ideo amittit illum ordinem gratiæ ſacramentalis, & ideo propter pęnitentiam non eſt neceſſe infundi omnes gratias ſacramentales aliorum ſacramentorum præcedentiũ, ſed tantum propriam pniæ ipſius.

Sequi-

Quid addat gratia ſacramentis ad gratiam iuſtificantem.

Sequitur ſecundo. Hanc gratiã ſacramentalem non tam intrinſece contineri, quam connotare extrinſece aliquid ſuper additũ gratiæ iuſtificanti, ſcilicet illum ordinem ad effectum: ſi petas quodnam ſit fundamentum huius ordinis, aut habitudinis. Reſpondetur, non in omnibus ſacramentis fundamentum hoc, eſſe eiuſdem rationis, nam ſacramenta, quę imprimunt characterem, habẽt pro fundamento characterem, quæ vero non imprimunt, non videntur habere aliud fundamentum, præter ipſam realem ſuſceptionẽ ſacramenti, ſicut actio præcedẽs, qua quis v.g. ſuſcipit gradum Doctoratus, eſt fundamentum illius habitudinis in ordine ad alias dignitates, & ſic de alijs. Sed de hoc alibi fuſius.

QVAESTIO VLTIMA.

An, & quomodo contritio ad gratiam ſacramenti pœnitentiæ concurrat.

QVæ in ſuperioribus à nobis pertractata sũt de ſacramentis, in communi, ideo præmiſſa hoc loco fuerunt, vt tãdem explicarentur ea, quæ in hac quęſtione quæruntur, nam certe ſine illis vix intelligi, aut percipi poterant; vnde nemini mirum videri debuit, ſi tantiſper ab inſtituto digreſſi ſimus, & ſin minus ea ex A dignitate pertractata ſint, breuitati. n. quantum fieri potuit, ſtuduimus; quare vt ad rem noſtrã reuertamur, hoc loco quærimus de contritione in ordine ad ſacramentum pænitentiæ, quam, ſcilicet, vim habeat, pro quo

Supponendum eſt, ad effectũ ſacramentorum, multa concurrere alia, & alia ratione; & primo quidem concurrit voluntas Dei, B ſecundo merita Chriſti, tertio forte etiam voluntas creata Chriſti, quarto ipſum ſacramẽtum; quinto auctoritas ſacerdotis conferentis illud: ſexto probitas, & gratia conferentis; vltimo diſpoſitio ſuſcipientis. & quidem volũtas Dei concurrit principaliter, vt prima cauſa influens omnib. modis; merita autem Chriſti concurrunt, vt C applicata, & acceptata a Patre, p modum cauſæ moralis principalis, de voluntate Chriſti creata, non eſt ita certum, ſed ſicut ſacramenta poſſunt phyſice concurrere, vt dictum eſt, ita veriſimile eſt meruiſſe Chriſtum, vt voluntas ipſius creata concurreret phyſice; iam ſacramentum concurrit per ſuam applicationẽ, vt inſtrumentum aſſumptum; auctoritas miniD ſtri etiam concurrit ad modum ſacramenti, & hæc omnia intrinſece concurrunt, quaſi aliquid ſacramenti, cętera vero concurrũt, ſed extrinſece.

Supponendum ſecundo, quoniam ex Concil. Trid. ſeſſ. 7. de ſacr. in genere can. 8. hĩ, *ſi quis dixerit noua legis ſacramenta ex opere operato non conferre gratiam, ſed ſolam fidem diuina promiſſionis* *Conc. Trid.*

ad

ad gratiam conſequendam, ſufficere, anathema ſit, ideo examinãdum hoc loco breuiter eſſe, quid ſit ſacramenta conferre gratiam ex opere operato: pro quo ſciendum eſt, gratiam duobus modis comparari poſſe, primo ex opere operantis, ſecundo ex opere operato; tunc comparatur gratia ex opare operantis, quando illa obtinetur ex merito, aut ratione propriæ diſpoſitionis præciſe, vt eſt ab operante; in qua ſemper eſt aliquod meritum ſaltem de congruo; tunc autem ex opere operato, quando ſcilicet datur gratia vltra omne meritum operantis; tam de condigno, quam de congruo; ſolum ex ratione operis externi, aut ſacramenti applicati, ex Gabriel.in 4. diſtinctio. prima, quæſtio.3.in principio, & quia in ſacramento duo ſunt opera, alterum Dei, ſeu Chriſti; alterum ipſius hominis, Dei quidem baptizantis, ſcilicet, abſoluentis, &c. ſicut Ioan.primo dicitur, *hic eſt, qui baptizat*; Hominis vero, ſcilicet, voluntas, fides, & pænitentia; Hæc ſunt opus operans, illud opus operatum, ideo, quæ gratia datur ex vi priorum operum, dicitur gratia ex opere operato, quæ vero ex vi aliorum, dicitur ex opere operantis; ſacramenta ergo gratiam ex opere operato conferre dicuntur; quia Deus operatur gratiam ex opere ſacramenti exhibiti, quo tanquam inſtrumento vtitur ad illam cauſandam; non autem ex fide, aut merito, aut pænitentia ſuſcipiẽtis ſacramẽtum. & hinc colligimus, A diſpoſitionem in hoc ſacramento pænitentiæ, quæ eſt contritio, vt habet rationem diſpoſitionis, & ſe tenet ex parte recipientis, eſſe quidem neceſſariam ad rite recipiendum ſacramentum pænitentiæ, non tamen intrinſece concurrere ad effectum ſacramenti per vllam efficientiam, & de hac contritione vt ſic, hoc loco, non loquimur; loquimur autem, vt eſt pars B ipſius ſacramenti. Vtrum, vt ſic, concurrat ad effectum ſacramentalem. In quo ſunt duæ ſententię.

Quid ſit gratiã dari ex opere operato, & quid ex opere operantis.

Ioan 1.

S.Tho.

Prima eſt Scoti in 4.diſt.14.q.4. Vegæ in Concil.Trid.libr.13.c.15. Ferrarien.libr.4. contra Gent. c.72. Capre.in 4.diſt.16.q.2.art.3. ad 1. videtur indicaſſe Bona.d.17. ar.1.quæſtio. 6. qui exiſtimarunt, C contritionem eſſe ſolum diſpoſitionem neceſſariam in pęnitente, exiſtimauit enim Scotus cum ſuis, vt iam viſum eſt, omnem efficientiam huius ſacramenti eſſe penes formam, fuit olim in hac ſententia quoad priorem partem S.Thom.in 4.diſtinction.22.quęſtion.2.art.1.quæſt.1.ad 2.& 3.

S.Bonau.

Altera ſententia eſt S.Thomę, quam habet mutatam a priori, 3. D parte, quæſt.84.art.1.& 2.& quęſtio.86.art.6. Halenſ.4.p.q.61.m.6. Richard.d.16. art.1.q.2. Caiet. ad quæſt.84.3.par.art.2. Sot.4.diſtinct.14.art.2.& 3. Canus relect. de pæn.p.4.fundamento 5. S.Anton.3.p.tit.14.c.17. Suarius quęſt.50.D.Tho.diſput.18.ſect.2. a numer.11.

S.Thom.

S.Antonin.

Prima concluſio, neceſſario dicendum videtur contritionem habere

Digitized by Google

bere aliquam efficientiam in ordine ad effectum ſacramenti.

Probatur primo ex Concil. Trident. ſeſs. 14. c. 3. vbi Patres definiunt, vim & efficientiam huius ſacramenti poſitam eſſe præcipue in abſolutione, ergo videtur etiā ſupponere eſſe adhuc illam efficientiam in alijs partibus, & paulo poſt inquit Concilium ibidem, contritionem quatenus requiritur ad iuſtificationem ex inſtitutione diuina eſſe partem ſacramēti, ergo debet habere aliquam peculiarem rationem, cum ſit pars ſacramenti.

Conc. Trid.

Secundo probatur ex Auguſt. tract. 80. in Ioan. vbi, *accedit*, inquit, *verbum ad elementum, & fit ſacramentum*, certum autem eſt in hoc ſacramento pænitentiæ nullum aliud eſſe elementū, præter actus pænitentis, ergo ex coniunctione horum actuum cū verbo naſcitur efficientia huius ſacramenti.

S. August.

Tertio probatur ex ijs, quæ diximus de ſacramento ſecundum ſe, ſacramentum ſcilicet vt ſic, habere vim effectiuam, ergo etiam omne illud, quod tanquam pars ſacramentum conſtituit, cuiuſmodi eſt contritio in ſacramento pænitentiæ, etiam habebit eandem vim effectiuam, diximus autem ipſam contritionem, tanquā partem, ſed materialem, conſtituere hoc ſacramentum pænitentiæ: vnde quemadmodum efficere in naturali compoſito tribuitur, & toti, & ſingulis partibus eiuſdem, ſub diuerſa tamen ratione, & appellatione, ſic ſuo modo effectus ſa-

A cramentalis dandus erit cōtritioni, vt parti huius ſacramenti, quāquam principalior vis detur abſolutioni, tanquam formæ, vt dictum eſt.

Quarto probatur ex natura, & conditione huius ſacramenti, dictum eſt enim ſacramentum pænitentiæ eſſe veluti actionē quandam forenſem, certum autem eſt in iudicio humano præter ſenten-

B tiam, requiri ex parte rei confeſſionem, & probationē criminis, ergo etiam in hoc iudicio ad ſententiam rite ferendam concurrit non modo iudicis auctoritas, ſed etiam requiritur ex parte rei, id vnde rite, aut abſoluitur, aut ligatur; Cōfirmatur, quia vere ad abſolutionem in foro contentioſo non ſolum concurrit auctoritas iudicis

C abſoluentis, ſed etiam innocentia probata ex parte rei, ergo.

Quinto, quia nullum eſſet diſcrimen inter alia ſacramenta, & hoc ſacramentum pænitentiæ, cōſtat enim alia ſacramenta requirere tāquam diſpoſitionem attritionem, vt dictum eſt, iam ſi in hoc ſacramento contritio, aut attritio nihil aliud habeat, nulla erit ratio, cur dicatur pars ſacramenti,

D ergo vt diſtinguatur ab alijs, debet poni efficientia in ipſa contritione, quatenus eſt pars, vt dictum eſt.

Si obijcias, inde ſequi peccatorem ſe ipſum abſoluere, ſi ſcilicet contritio concurrat ad effectum ſacramenti, ſic enim & ipſa remitteret peccata. Miſſis ijs, quæ ſupra diximus ad idem argumentum,

Reſpondetur, nos propter hoc argu-

Digitized by Google

argumentum, ſupra maluiſſe dicere ſacramentum pęnitentiæ, vt eſt cauſa gratiæ, magis ſupponere pro abſolutione, quam pro actib. pænitentis, quia reuera vis efficiēdi magis pendet ab abſolutione, vt ēt fatetur Suarius diſputat. 18. quę eſt de eſſent. ſac. pænit. ſect. 2. nu. 14. alioquin ſi facienda ſit vis in verbis, dicimus (etſi Suarius ibi nu. 16. id non audeat concedere) id non eſſe abſurdum, quia quando aliquis ex opere operantis iuſtificat ſe ipſum, ipſe ſe abſoluit, cum autem hic in re noſtra iuſtificet ſe ipſum, quanquam imperfecte, & partialiter, eodem etiam modo poterit dici, ſe abſoluere; Diximus ex opere operantis, quia ſi loquamur ex opere operato, non dicitur pænitens ſibi aut conferre gratiam aut remittere peccata, quia ipſe non eſt ſimpliciter miniſter ſacramenti, neque, vt inquit Suarius loco citato, confert ſacramentum, ſed ſolus ſacerdos, qui habet talem auctoritatem remittendi peccata, quia ipſe ſolus poteſt conferre hoc ſacramentū pænitentiæ, vt etiam dictum eſt.

Secunda concluſio, contritio, vt eſt pars ſacramenti, habet aliquā efficientiam in ordine ad gratiā, quam extra ſacramentum, aut in alijs ſacramentis non habet.

Probatur, & explicatur ſimul concluſio, ſi quis enim accedat ad hoc ſacramentum contritus, præter illam gratiam, quam haberet ex opere operantis, habet præterea ex opere operato aliam gratiam, & contritioni ex æquo correſpondentem, ſin autē accedat

A attritus; quia attritio ex opere operantis nihil confert in ſacramēto, recipit ex opere operato gratiam iuxta mēſurā ſuæ attritionis: Hoc autem intereſt inter hoc ſacramētum pænitentiæ, & alia ſacramenta, quod in alijs, licet gratia, quæ confertur ex opere operantis, ſequatur diſpoſitionem recipientis, gratia tamen quæ datur ex opere operato, eſt taxata, & definita, nec

B creſcit pro diſpoſitionibus: in hoc autem ſacramento, quia attritio, aut contritio eſt veluti elementū, & pars ſacramenti, intendit, aut remittit gratiam, quæ datur ex opere operato iuxta ſuam menſuram, vt habet Concil. Trid. ſeſs. 6. cap. 7. *Conc. Trid.*

Sequitur; contritionem, vt partem ſacramenti concurrere in genere cauſæ efficientis inſtrumentalis ad gratiam ſacramentalem

C producendam, & conſequenter ad peccatorū remiſſionem, pænā ęternam, & aliqualem temporalem; Diximus remiſſionem peccatorum, quia hic eſt veluti effectus primarius ipſius ſacramenti, ex quo enim per ſe primo producat gratiam ad modum explicatum, remittit etiam peccata, ex

D priuatiua repugnantia, quę inter illa reperitur, vt alibi poſuimus.

Diximus, pænam æternā, quia certum eſt, ex communi omniū ſententia, hanc ſemper tolli ſimul cum ipſo peccato mortali; vnde quia contritio, vt pars ſacramenti cauſat gratiam, & tollit peccata, etiam tollet pænam æternam illis debitam, vt docet Concil. Trid. ſeſs. 6. c. 14. *Conc. Trid.*

Dixi-

Digitized by Google

Diximus vltimo, aliqualẽ tem A poralem, quia ſemper tollitur aliqua pæna temporalis. Quoniam autem id maiorem aliquam petit explicationem, ideo ſit dubium.

An remiſſa culpa, maneat reatus pœna.

Pro cuius ſolutione illud certũ eſt, iam communi omnium conſenſu Catholicorum admitti, poſt dimiſſam culpam, manere reatũ pęnæ temporalis, ſic S.Tho.3.p.q. 86.art.4.Scotus in 4.diſt.22.q.vnica art.2.Halenſ.4.p.q.24. memb. 1.Vega in Conc.Trid. lib.13.cap. 28. Medin. C.de ſatisf.q.1.verſus finem, Nugnus ad 3.p.q.5.art.2. Suarius ad q.86.D.Th. diſput.10. ſect.3.etiamſi id non omnes eodẽ modo explicent, item Alphonſ.à Caſtro aduerſus hæreſes, verb.pænitentia.

Dimiſſa culpa manet reatus pæna. *S.Thom.*

Reſpondetur ad dubitationẽ, certa fide credendũ eſſe, dimiſſa culpa, non ſemper deleri omnem pænam temporalem.

Probatur primo, auctoritate Sacr.Script. Exod.14.vbi apparet dimiſſum peccatum vniuerſo populo, & tamen in pænam arcet illos omnes à terra promiſſionis Deus, ſic 2.Reg.12.*Dominus tranſtulit peccatum tuum*, quo loco legimus, Dauidi eſſe remiſsũ peccatum, & tamen non fuit illi remiſſa tota pæna temporalis ſic 2. Reg.c.24.idem repetitur.

Exod.14. *2.Reg.12.*

Secundo probatur SS.Patrum, Auguſt. in pſal.50. in illa verba, *ecce veritatem dilexiſti; veritatẽ,* inquit, *dilexiſti, id eſt, impunita peccata etiam eorum, quibus ignoſcis, non reliquiſti*, & de vera, & falſa pænit.c.8.*conuerſus*, inquit, *vita viuet, non tamẽ promittimus quod euadat omnem pænam.* Idem habent Gregor.lib.9. moral.c.17. explicans illud Iob.9.*ſciens quia non parceres delinquenti*, Chryſoſtom.hom.5.de pænit.Cypr.libr. de lapſis, & aliorum, qui dicũt per agendam eſſe diuturnam pænitentiam, & tantam debere eſſe pęnitentiam, quãta fuit malitia pec- B cati, quod non põt intelligi, niſi de ſatisfactione ꝓ pæna, vt dictũ eſt.

S.Auguſt. *S.Gregor.* *Iob.9.*

Tertio probatur auctoritate Cõcil.ſeſs.6.c.14. & 30.ſeſs.14.c. 2.& 8.& can.12.13.& 14. *Conc.Trid.*

Si petas, cur poſt dimiſſam culpam interdum maneat obligatio pęnæ.

Reſpondetur breuiter, id primo petendum eſſe ex diuerſa ap- C plicatione meritorum Chriſti, ſiue in Sacramento, ſiue in actionibus, aut paſſionibus noſtris, certũ enim eſt merita Chriſti aliter applicari in ſacramento baptiſmi, aliter in ſacramento pænitentiæ, ſacramentum enim baptiſmi remittit omnem pænam, quod non eſt in pænitentia rurſus perfectiſſimus actus contritionis ex iiſdem meritis Chriſti habet vim remittendi omnem pænam, in aliis au- D tem actibus iuxta perfectionem actus, maior, aut minor pæna remittitur, vt deducitur ex Concil. Trid.ſeſs.14.c.8.vbi ait, pertinere ad æquitatem diuinæ iuſtitiæ, vt aliter applicet ſua merita in ſacramento baptiſmi, aliter in ſacramẽto pænitentiæ, quare tota ratio huius diſcriminis pendet ex diuerſa applicatione meritorũ Chriſti, *Conc.Trid.*

Digitized by Google

ſti, quod videtur maxime cõgruere diuinæ iuſtitiæ, quia enim ſacramentum baptiſmi ex natura ſua eſt inſtitutum ad tollendum peccatum originale, vel ad tollenda peccata, quæ ſunt commiſſa ante fidem, & ſacramentum pœnitentiæ, quia eſt ad remiſſionem peccatorum poſt baptiſmũ, quæ minus videntur digna venia; ideo applicatio meritorum Chriſti nõ habet eandem remiſſionem pęnæ in illis, & eodem modo.

Sequitur igitur, nos vera dixiſſe ſupra, ſemper remitti aliqualẽ pænam in hoc ſacramento, vt.n. contritio confert per ſacramẽtum remiſſionem peccati, vi gratię, de- A let ſemper aliquid pęnæ temporalis, ſicuti etiam contritio, vt eſt virtus ex gratia, quam ſemper, & infallibiliter habet adiũnctam, eſt ſatisfactoria de condigno, & meritoria, vt ex iuſtitia illi tollatur aliquid pęnæ temporalis, & magis, vel minus pro vt illa maiór, vel minor fuerit, imo tollatùr omnis B pæna temporalis, ſi tanta ſit contritionis perfectio, vt deducitur ex Patribus ad illum locum Lucæ 7. *remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum*, & D. Thom. tertia parte, quæſtion. 86. articulo quarto, & libro quarto, contra Gentes c. 72. *Luc. 7.* *S. Thom.*

Atque hęc dicta ſint de tota hac vltima diſputatione, ac præterea de ijs omnibus, quæ in hoc libro explicanda erant. Ad laudem præpotentis Dei, B. V. ac B. Patris noſtri Hieronymi.

Quæ tamen omnia ita à nobis dicta, atque explicata volumus, vt ex nunc, & in omnia tempora, illa eadem omnia, & ſingula, vel minima, ſubijciamus Sanctiſsimæ Inquiſitioni.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

F I N I S.

Ioanne Thuilio Tirolenſi Correctore.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

6-2-3

Digitized by Google